M. ANNÆI

LVCANI

PHARSALIA,

SIVE,

DE BELLO CIVILI CÆSARIS ET POMPEII LIBRI X.

Adiectis ad marginem Notis T. FARNABII, *quæ loca obscuriora illustrent.*

IOH. MAVRITIVS.

LONDINI,
Excudebat RICHARDVS FIELD.
1618.

M. ANNÆI

LVCANI

PHARSALIA,

SIVE

DE BELLO CIVILI

CÆSARIS ET POMPEII

LIBRI X.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

LONDINI,

Excudebat Richardvs Field,

1618.

NATALIBVS CLARISSIMO, VIRTVTIBVS TAMEN CLARIORI V. VNDIQVAQVE NOBILI

FRANCISCO STVART

Equiti Aurato.

QVis putasset futura tam famelicæ inuidiæ mendicabula, quæ pellem roderent vacuam? inuenta tamen sunt misella rubiginosi luoris propudia quæ in his nugis (neque enim ipse melius vnquam de ijs existimaui) scabros fatigabant dentes, vel hinc virulenti fellis pabulum captantia. aduersus quæ cum mihi difficile esset (vt ait ille) habere quotidie bonum stomachum; manum sinu recondidi, stylum repressi. reclamante tum meo ipsius animo, memori honorifici illius affaminis quo me in dedicatione Iuuenalis & Persij dignatus Illustrissimus Princeps, mihi semper acerbæ semper honoratę memoriæ, D. Henricus, ad parem in omnibus Poetis operam seriò hortabatur; tum resident eiuratæ scriptionis pertinaciam incusantibus indies

 amicis,

amicis, quamplurimis, doctissimis, probatissimis. quorum omnium de hac qualicunque facultate mea (nisi facilitas potius sit dicenda) siue iudicij fidem, siue amoris erratum cum non liceret, autoritatem certè desugere mihi licere semper iudicaui. Quamprimùm tamẽ mihi voluntatis tuæ V.C. de Lucano lustrando atque illustrando factum est indicium; malæ fidei videri posse verebar, nisi adeo luculento ampli testimonij munere vadatus, lubentiæ tam honestæ, humanitati tam prolixæ morem gessissem. A qua Euocatus, me utut rude donatum atque Emeritum antiquo ludo & desultoriæ scientiæ stylo reddo: conceptisque Comici verbis, *Tibi lætus lubens, laudes ago, & grates gratiasq; habeo.* Verùm longè infra merita tua, intra laudes erit, quidquid balbutienti huic infantię paupertinum suggesserit ingeniũ, dum dubitat quid primùm miretur. Nataliúmne fastigatissimum splendorem; an Nobilitati ingenium par; an, quæ vtrunque antestat, Virtutem. Cuius multijugæ adoreas cumulatissimas si ad numerum referre velim, frustra animi fuero. vbi quidquid dixero, minus erit. simũl veritus, ne adulationis, ad quã, qui me norunt, norunt neque natum neque effictum, opinionem incurrat ingenuus affectus, video mihi modestiæ sufflamine stringendũ esse procliue hoc gloriæ curriculum: quam & te scio in conscientia quàm præconio positam malle. redeoque ad *Gratias*, quas gratas memini tibi V.C. per quem & ipse redij in gratiam cum amœnioribus his Musis. E quarum sacello ecce tibi Lucanum, iam tuum; qui Nobilitate, Scientiâ, ingenti spiritu illustris, illustrius tamen sibi iam gratulatur nomen, postquam rediuiuus in

lucem

lucem postliminio vindicatus sit à te, non dignitatem tuam denenustatam verito, quod sub nomine tuo publicum indipiscitur. Quamuis, quid est quod te denenustet? cuius iam auspicijs non è prelo exit poeta, sed in prælia prodeunt validissimæ legiones, victrices aquilæ, duces summi, totius orbis vires, vates denique ipse Pompeianus, interpres Cæsarianus. qui omnes à te victoriæ omen expectant, momentum expetunt. abundè luculentum vtrunque; si, quidquid contra venerit malignitatis, clarore tuo dispellatur; quidquid in se opus habet obscuritatis, serenitate tuâ discutiatur; quidquid humilitatis, magnitudine tuâ sublimetur. Quæ omnia cùm sperare potiùs quàm petere iubeat tua humanitas, ad quam natus & in quâ clarus es, gratæ mentis testimonia tibi V. C. pleno ore, pleno animo affectum, obsequium, cultum, se denique totum & in æternum consecrat, qui est

Amplitudinis tuæ

cliens deuotissimus

THO. FARNABY.

AD LECTOREM.

Lucani propriũ diem frequentet
Quisquis collibus Isthmiæ, &c.
Lucanũ canimus, fauete linguis.
Modestiùs vtinam amorem tuum, ô Papini, in celebrando Lucani natali testatus fuisses! quanquam & hoc ipsum amantis fuerat, non onerasse amicum laudibus. præfiscino magis opus erat, quod, tanquam seruus triumphali curru simul aduectus, Nemesin, gloriæ enormioris carnificem, à tergo exoraret. Dum enim Bætin in certamen cum Melete & Mantua prouocas; amico summam conflauisti inuidiam, neque tu Criticorum suggillationes effugisti. è quibus vnus, Lucanum igitur, si dijs placet, *inquit*, etiam Maroni parem facere ausi sunt. qui non tam illius magnitudinem, quim suam insolentiam ijs ineptijs prodidere. *Haud facilè sanè reperias autorem alium tot censuris notatum; ijsq; tam varijs, atque in tantum sibi oppositis, vt non alio vindicis patrocinio opus sit autori nostro, quàm suis ipsorum inter se digladiantium contradicentiumq; Censorum testimonijs. è quibus ingenium hi, illi iudicium nostro abdicant, alij eum ex albo Poetarum expungere laborant. Quintiliano magis oratoribus quàm poëtis videtur admumerandus; quem tamen Valerij Martialis bibliopola poëtam putat.* Ecce, *inquit Petronius*, belli ciuilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longè

melius historici faciunt, sed per ambages, deorumque ministeria & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, vt potiùs furentis animi vaticinatio appareat, quàm religiosæ orationis sub testibus fides. *Iul. Scaliger contrà*: Fatemur in illo ingenium magnum. equidem etiam plusquam poeticum condonabo. Effrœnis mens, sui inops, serua impetus, atque iccirco immodica, raptaque calore simul & calorem ipsum rapiens, &c. Proinde, *inquit*, vt nimis fortasse libere dicam; interdum mihi latrare, non canere videtur. *Nimis, profectò, liberè, magne Iuli, & licenter. non tamen mordet, quod quidam facit. examinatis tandem taxatisq; variis locis, vice corollarij reducere vis ad tuum temperamentum fabulam Antæi ab illo expressam; quam dum quasi semicentonem, vti ipse profiteris, contexis, non video ego quid profeceris, nisi (quod aiunt) in deterius. quot verò parasangis te præuertat Petronij specimen, quis non videt? Heres paternæ Critices Ios. Scaliger, dum ad exactos Mathematicæ canones & calculos reuocat Astronomiam Poetæ, inuectiualiter & declamatoriè ei insurgit. immanè quam læuâ atque iratâ arte, dum* pedes illius (*quod Marillio dicenti, Necesse sibi esse per spinosum locum ambulantem suspensos pedes habere, respondit Porcius Latro*) non mehercules spinas calcant, sed habent. *Cur autem, qui in vitijs Lucani perspiciendis tam oculei & Lynceï sunt, in virtutibus ipsius agnoscendis lippi cæcutiunt? inuenias forte idiotismos aliquot & loquutiones duriusculas, transpositiones Hyperbaticas, excursus haud ita multos & diuerticula accersita, partium fauorem, leuia in Astrologia & Geographia errata, genti illius omnia, magistris, temporibus imputanda; condonanda certè ætati illius,*

lius, qui, ut ait Statius, Hæc primo inuenis canebat æuo Ante annos Culicis Maroniani; excusãda denique eo nomine quo Ouidius, Emendaturus, si licuisset, erat: *At cur non potius mirari iubeat altam illius indolem libertatis vsque acerrimam propugnatricem; liquidum eloquij flumen, materiam haud sequacem puro carmine ducentis quo voluit? adeo vt non ruere immenso fragore (quod de Nilo Plinius) sed fluere videatur; feruentis ingenij fulmẽ cũ gratia & gloria exprimentis historiã nobilissimam gentis illius, quæ cum antiquæ religionis Cybele & fortitudinis ancilibus suis cælo delapsa, cum sacri consilij Ganymede & virtutis Romulo in cœlũ sublata mihi videtur. Quid ego dicam acumen nobile & diuinũ, spiritum ardentem & concitatum, musam masculã ac planè militarem, omnia denique in illo alta, clara, casta? quem legant vel ambitiosè tristes & tetrici, qui fatali illo Graiæ Helenæ correpti delirio, non dubitant Poetas, Musarum flamines, gloriæ præcones, Theologiæ veteris antistites nuncupare fidicines. Cæterùm quando hi suo delectati studio, contemnunt alia, despiciunt alios; immanes cum sint, & suos patiuntur Manes; contemnuntur, despiciuntur. nec immeritò, quia studijs hisce humanitatis vti cũ possint, frui malunt. tu interim, Benevole Lector atque Humane, quem Cognitorem citare malo, quàm me præcone vti, quid in hoc Autore exponendo, ipsius Pompeianis partibus fauentioris historiam ad veritatem ex optimis Historicis Cæsare, Hircio, Valerio, Suetonio, Plutarcho, Floro, Appiano, Dione, Paterculo, Orosio, Eutropio, &c. redigendo, Astronomiam & Geographiam subinde concinnando, tabulam Chorographicam quæ ad expeditiones & gesta belli huius intelligenda faciat adjiciendo, præstiterim; tu inquam, Lector candide, his vtere mecum & Vale.*

T. P.

M. Annæi Lucani vita.

MArcum Annæum Lucanum Caia Acilia, Acilij Lucani oratoris filia ex Annæo Mela Senecæ Stoici fratre equite Rom. peperit Cordubæ III. Non. Nouemb. C. Cęsare Germanico iterum, & L. Cæsiano Coss. Octo mensium infans Romam à patre aduectus est: ibique Palæmone Grammatico, Virginio Flauio rhetore, & Cornuto poeta ac philosopho præceptoribus vsus est, vnà cum Saleio Basso, & A. Persio, quos præcipuo amore dilexit. Cumque Neroni, cuem adolescentem patruus instituebat, esset non incundus, ante annos Quæstor est factus: & munus gladiatorium edidit. Inde cunctis suffragijs in auguratus sacerdotium ascitus est. Vxorem habuit Pollam Argentariam, Pollij Argentarij filiam, nobilem, ditem, & eruditam. In Neronis odium cupiditate ostentandi ingenij incidit. Nam cùm ille per Cluuium Rufum Nioben in Theatro Pompeij pronunciaturum se indixisset, Lucanus Orpheum extempore decantauit, coronamque à iudicibus reportauit. Post illud famam carminum eius premente Nerone, qui eum publicè recitare, & ostentare carmina prohibuerat, Pisonianæ coniurationi adhæsit, accusatusque, & tortus matrem indicauit, impunitate promissa, vt Tacitus ait. Mox mori iussus, calida aqua immersus venas medico præbuit. Profluente sanguine, vbi frigere pedes, manusque. & paulatim ab extremis cedere spiritum sensit, feruido adhuc, & compote mentis pectore, hos versus ex lib. 3. enunciauit.

Scinditur ausus, nec sicut vulnere sanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis:
Diffunditque animæ diuersa in membra meantis,
Interceptus aquis, nullius vita perempti
Est tantæ dimissa via.

Hæc illi summa vox fuit. Decessit autem Prid. Calend. Maij, Nerua Syllano, & Vestinio Attico Coss. cum Cos. designatus cum Plautio Laterano esset. Vitæ verò anno 27. sepultus est hortis suis, quos pulcherrimos habuit. Hæc de eo. Inscriptio vetus, & marmorea in D. Pauli templo Romæ conspicitur. M. ANNAEO LV-

Scripsit penè puer, vt Papinius docet, Certamen Hectoris, & Achillis: cum cadaueris Hectorei redemptione. Fabulam Orphei inferos adeuntis. Incendium vrbis. Lauream, & laudes vxoris. Declamauit etiam, & cauſſas orauit. Poſtremo loco Pharſaliam ardenti animo eſt aggreſſus, ſed non perfecit. Primos tres libros, adiuuante vxore correxit. Septem reliquos, ſi vixiſſet, emendaturus. In ijs ordinem ſequitur, quo res geſtæ ſunt. Mens eius eſt, ſe commendare immortalitati, & ciuilia bella diſſuadere. Pharſaliam autem inſcripſit, à Pharſalo Theſſaliæ oppido, in cuius campis Pompeius à Cęſare eſt ſuperatus.

In Lucanum, operâ Cl. V. Thomæ Farnabæi rediuiuum.

PHarſalicos enſes longa rubigine tinctos,
Deterſos ſocero quis genero q́ dabit?
Hic fecit; clypeos qui ſic deterſit & haſtas,
Vt ſolitus redeat fulgor ad arma Ducum.
Pergite Romani mediis certare tenebris,
Lucanus lucem fert nouus ecce nouam.
Pharſaliæ multo conſtabant ſanguine pugnæ;
Pharnabias ſudor fluxit ad vſque notas.

In eundem.

COgnatas acies, & multo ſanguine iunctas
Qui cecinit: venas cædere iuſſus, obit.
Hinc cruor emanat membro profuſus ab omni:
Proq́ vno totum vulnere corpus erat.
At ſanguis rediit, rediit iam ſuccus: vtrumq́
Vati Farnabij reddidit alma manus.
Hunc non vlterius depaſcet dextra Tyranni,
Diues inexhauſto gurgite vena fluit.
At tu crudelem Vates ſectaberis vmbram,
Farnabium inſtas admoueatq́ faces.

R. A. M. D.

Ad V.C. Th. Farnabium, de Lucano perpetuis illius Notis explicato, & in lucem iam prodituro.

Dum Vatum Genios chorus Serorum
(Vatum, quels veteris perennat aui
Nomen) Caſtalij ad caput liquoris
Accitos, monuit parare lucem
Tutelis reliquis, ne ſingularum
Nodoſa tenebræ diu morentur
Lectores timidos, retardat anceps
Quos ſeu carminis ordo, ſeu vetuſtas
Docto emblemate turbat inuoluta:
Haùt eſt ingenio repertus alter,
FARNABI, *potior ſcientiórve*
Aut priſcæ hiſtoriæ Poëticésve,
Cui mandetur honos vices gerendi
Tutorum, & tenebris faces parandi,
Quàm tu, cui veteres reconditiq;
Ritus ex adytis patent & omnes
Theſauri Sophiæ nimis reducti.
Muſæum ergo tuum petunt, ſacrantq;
Excepti hoſpitio, nec inde cedunt
Quin, nacti Penetral, ſimùl ſecundant
Votum Pieridum, tuo labore
Vſi ac aſſiduò tibi viciſſim
Adſtantes taciti docent miniſtri.
Sic ſe res habet. & palàm loquemur;
Quid tu diſſimulas? Parùm videmus
Si his non auſpicijs magè imputamus
Tuis quam ſtudijs, quod aut Aquinas
Quódve alter Satyrâ reductiorè
Qui torquet, radijs tui coruſcem
Solis, nec lateam, ſalesq; acuti
Quos iactat Salo; quódque ſic Cothurno
Reddatur ſua lux, & à ſalebris
Quod Pharſalica bella detonantem
Jam purges. Genios quis audet ipſos
Suggeſſiſſe tibi probus negare?
Tantùm non Genios videmus ipſos.

I. Selden. I.C.

Argumentum Pharsaliæ.

CVm prouinciæ consulares, Hispaniæ Pompe
Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari G
lia Germaniaque datæ essent; Crassusque pe
isset,& Cæsari in alterum lustrum prorogata esset p
testas, decretusque à X.tribubus Consulatus, & Pom
peius Iuliâ defunctâ suspectas haberet Cæsaris ope
Marcellus Cos.de Cæsaris successione agere cœpit.Hi
verò pacatâ iam intra nouem annos vniuersâ prouin
ciâ, non abnuebat, modò in proximis comitijs sui ab
sentis ratio haberetur. Sed aduersantibus Pompeiani
decretum est, vt dimisso exercitu veniret, & petere
more maiorum. Ille, nisi & Pompeius ab armis cede
ret,& nisi decretis staretur, se non dimissurum respon
dens, pro hoste habetur. Iratus igitur prouinciâ cum
exercitu Romam versus egreditur, tantumque terroris
vrbi incutit, vt Pompeius cum Senatu Capuam, inde
Brundusium fugerit. ibi obsessus à Cæsare vix euadit in
Græciam. Cæsar Romam reuersus ærarium direptum
suis militibus diuidit. Hinc in Hispaniam contendens,
Massiliæ, in via,oppugnatione Bruto delegatâ, ipse Pe
treium & Afranium Pompeianarum ducum partium, in
Hispania superauit. Inde Romam reuersus in Epirum
traiecit, vbi tum rei frumentariæ inopiâ laborans,tum
à Pompeio pressus ac penè deuictus,castra in Thessa-
liam transtulit. hic acie superatus Pompeius Lesbon
fugit; inde cum vxore Corneliâ in Ægyptum nauigauit,
fretus Ptolemæi regis amicitiâ: cuius tamen iussu, con-
silio Pothini interfectus est,spectante coniuge & altero
filio. Cæsar fugientem Pompeium in Ægyptum sequu-
tus,ab Achilla regis præfecto in Alexandria obsessus in
Pharon euasit. ibi ab hostibus oppressus se è naucula
coniecit, ac per ducentos passus ad suam classem na-
tauit.mox perfidiam hostium vltus, rege sublato,Cleo-
patram sororem regis in regnum confirmauit.

M. AN-

SARMATIA EVROPEA
Hamaxobij
Rhipæi montes
Roxolani
Callipedæ
Lazyges
Tyras fl.
Arpij
GETÆ
Peuce Inf.
PONTVS EVXINVS
Taurica Chersonesus
Maeotis Palus
Bosphorus Thracius
PONTVS ET

TYPUS REG
per quas grassa
lum hoc ciuil
POMPEIUM

OCEANUS BRITANNICUS
BRITANNIA
HIBERNIA
CELTICA siue LUGDUNENSIS
GALLIA BELGICA
OCEANUS AQUITANICUS
CANTABRICUS OCEANUS
HISPANIA TARRACONENSIS
HISPANIA BAETICA
LUSITANIA
MARE MEDITERRANEUM
HERCULEUM FRETUM
BALEARES Insulæ 2
SARDINIA
CORSICA
TYRRHENUM MARE
SICILIA
MAURITANIA Tingitana
MAURITANIÆ duæ Cæsariensis
NUMIDIA
AFRICA
Atlas minor
Atlas maior
Mauritij
Pfylli
Syrtis minor
Syrtis maior
Pelorum Pr.
Lilybæum Pr.
Mercurij Templum
Apollinis Templum
Pallas palus
Mampsarus mons
Thambes mons
Eisrack sculpsit.

EGIONUM,
ssatum est bel-
nale inter
UM et Cæs:
ARAM.

SCYTHIA SIVE SARMATIA EVROPEA

Hæmi montes

Rhipæi montes

Rossolani

HERCYNIA SILVA

Callipedæ

Iazyges Metanastæ

Basarnæ

Carpates mons

Tyras fl.

Agathyrsi

Arpij

Tauricæ Chersonesus

Pars Asiæ

Tibiscus fl.

PANONIA

DACIA

GETÆ

Peuce Insula

Ister fl. qui et Danubius

PONTVS EVXINVS

ILLYRICI DALMATIA

MOESIA SVPERIOR

MOESIA INFERIOR

Bosphorus Thracius

PONTVS ET BITHYNIA

THRACIA

ASIA

PHRYGIA MAIOR

Lycaonia

PROVINCIA

Lycia

Caria

Cilicia

Rhodus

Cyprus

MARE IONIVM

Pachynum prom.

MARE CRETICVM

Creta

DITERRANEVM

Meninx Insula

Apollonia

Cyrene

Pentapolis

Hesperidum Horti

Catabathmus Maior

Marotis

Libya exterior

Ammon

Cyrenaica

Marmarica

Lotophagi

Syrtis minor

Syrtis maior

Lepcis magna

Tripolitana regio

Thisibi mons

Erebidæ

Nasamones

Lacus Auxalis

Nilus

50

60



M. ANNÆI LVCANI CIVILIS BELLI SIVE [a] PHARSALIÆ LIBER PRIMVS.

Bella per [b] Emathios [c] plus quàm ciuilia campos,
[d] Iusq; datum sceleri canimus, papulumq; potentem
In sua victrici conuersum viscera dextrâ:
[e] Cognatasq; acies: & [f] rupto fœdere regni

Pompeius cum Cæsare de summa rerum dimicauit, victoſque fugit, cuius pugnæ euentum, totius belli fortuna secuta est. b Macedonia olim dicta est ἀπὸ Μάκ. A. Gell. l. 4. l. 6. c. Plin. l. 4. c. 10. & Solin. c. 14. Ad Dyrrhachium quidem Macedoniæ oppidum difficiliore pugnâ certatum est: de bellatum autem in campis Pharsalicis inter Macedoniam & Thessaliam, dictis à Pharsalo Thessaliæ oppido. Passim verò noster promiscuè hoc nomen vsurpat, quod proprie Macedoniæ debetur. c Cæsaris furor atque Pompeij (inquit L. Florus, l. 4. c. 2.) vrbem, Italiam gentes, nationes, totum denique qua patebat Imperium, quodam quasi diluuio & inflammatione corripuit: adeo vt non recte tantum ciuile dicatur, ac ne sociale quidem bellum, sed nec externum, sed potiùs commune quoddam ex omnibus, & plus quàm bellum. d Cui non dictus Hylas? Quis in scelere hoc explicando non assumit sibi ius criticum? Video quid sentiat H. Grotius: *Lucretium fallam sceleribus.* Audio quid moneat doctiss. I. S. *Ius Imperij, per bellum hoc scelestum, translatum ad Cæs.* Cæteros interpretes nihil moror. Verum Poeta, vt ego arbitror, profitetur velle se bellum ciuile quod patrum, l. 1. v. 16. & 228. l. 5. v. 311. &c. *scelus* vocat, canere; idque non temerario quodam tumultu aut cœco furore, intra vrbis mœnia aut Italiam, vt in Syllana modò tempestate aut Cinnana rabie: sed iustis, vti præ se ferebant, vtrinque causis, iustis exercitibus & prælijs, pari gratia atque auctoritate gestum. v. 668 huius lib. *Scelerique nefando nomen erit virtus.* vide & l. 2. v. 540. & l. 3. v. 228. e Hinc inde, socerum & generum; parentes, liberos; fratres, cognatos, &c. f Quo conuenerat, vt Pompeius Hispanias & Italiam, Cæsar Galliæ, Crassus Asiam obtineret. Quod fœdus disiluit morte Crassi apud Parthos, & Iuliæ Cæsaris filiæ, infra vers. 100. &c.

a Verè *inscriptum* videtur mihi Iulius Cæs. Scaliger in Hypercritico suo cap. 6. vbi inter alia Lucanū notat, quòd pessimo consilio operi huic inscripsisset Pharsaliam. Quippe ne tantilla quidem operis pars illius est regio: vti Thebais, Ilias, &c. Quod tamen viri tanti pace dictum, optimâ ratione nomen huic operi inditum arbitror ob illo loco in quo

Certatum [g] *totis concussi viribus orbis,*
In commune nefas: [h] *infestisq́ obuia signis*
Signa, pares [k] *aquilas, & pila minantia pilis.*
Quis furor ô ciues? quæ tanta licentia ferri,
Gentibus [m] *inuisis Latium præbere cruorem?*
[n] *Cumq́ superba foret Babylon spolianda* [o] *trophæis*
[p] *Ausonijs, umbraq́ erraret Crassus inulta,*
Bella geri placuit [r] *nullos habitura triumphos?*
Heu, quantum potuit terræ, pelagiq́ parari
Hæc, quem ciuiles hauserunt, sanguine, dextræ!
[s] *Vnde venit Titan, & nox vbi sidera condit,*
Quaq́ dies medius flagrantibus æstuat horis,
Et qua bruma rigens, ac nescia vere remitti,
Astringit Scythicum glaciali frigore pontum:
Subiuga iam [t] *Seres, iam barbarus esset* [u] *Araxes,*
[x] *Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.*
Tunc, si tantus amor belli tibi Roma nefandi,
Totum sub Latias leges cum miseris orbem,
[y] *In te verte manus: nondum tibi defuit hostis.*
At nunc semirutis pendent quod mœnia tectis
Vrbibus Italiæ, lapsiq́ ingentia muris
Saxa iacent; nulloque domus custode tenentur,
Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat:
Horrida quod dumis, multoque inarata per annos
Hesperia est, desuntq́ manus poscentibus aruis,
Non tu [z] *Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor*
[a] *Pœnus erit: nulli penitus discindere ferro*

g Pompeium secutis Hispanijs & Oriente, Cæsarem Gallijs.
h Constans certatum fuisse non sine nefario vtriusque partis scelere in oppressionem libertatis, communis salutis adeoque Reip. interitum.
i Robur vtrinque floris Italici, ijsdem freti auspicijs, signis vocalibus ac mutis, virtute pari, pugnæ genere & armis vsi ijsdem.
k Rom. Imperij insignia & vexilla.
l Pilum erat Romanorum telum missile, de quo vide Polyb. lib. 6 & Lin. l. 32. Veget. l. 1. c. 23.
m Nomini R. infestis, Imperij nostri hostibus.
n Cumque è re & gloria nominis R. fuisset, eadem Crassi vlcisci, spolia & insignia R. repetere, quibus Crasso ademptis superbiunt iam Parthi & Persæ, quorum imperij sedes est Babylon opibus & potentia florens.
o Propriè victoriæ monimentis, hostium exuijs in eo loco, quo τρέπεσθαι, i. fugæ dare terga cœpissent, suspensis.
p Romanis, Italis, ab Ausone Circes & Vlyssis f. q Circa Stygiam paludem; non admittendus transeuntesque nisi sepulturæ compos & vindicta. r Bello ciuili vincentibus nullos decernebatur triumphus. s ἀνατολαὶ & plagarum cœli & orbis terrarum. t Scythiæ pop. vellere nobiles. Plin. l. 6. c. 17. Solin. c. 63. vide infra l. 10. v. 290. u Armeni, Araxis fl. accolæ iamprídem victi fuissent. x Et si qui ad Nilum orientem accolunt. Nili autem fontes ignorauit vetustas, quos è montibus Lunæ in Mauritania ascendunt recentiores. y Hostem, vbi foris cessauit, domi reperisti, neque solitudinem tuam, desolationem & vastitatem exterorum hostium potentiæ aut sæuitiæ imputes, sed armis tuis & Roma sua et ipsa Roma viribus ruit. z Pyrrhus Epiri etarum rex in auxilium à Tarentinis accitus, magno Romanis terrori fuit, mari terrâ, viris, equis, incognitisque in id tempus elephantis; neque armis solùm sed consilijs & dolis eos aggressus eisdemque victus, castris exutus, ab Italiaque exactus. a *Generaliter.* Pop. Carthaginensis, vel Annibal, qui bello Punico secundo, Italiam vastauit, seque Romanos attriuit.

Contigit

Contigit: alta sedent ciuilis vulnera dextræ,
[b] Quòd si non aliam venturo fata Neroni
Inuenêre viam, [c] magnóque æterna parantur
Regna deo, cœlumque suo seruire Tonanti
Non nisi sæuorum potuit post bella gigantum:
Iam nihil [d] Superi querimur: [d] scelera ipsa, nefasq́,
[e] Hac mercede placent: diros [f] Pharsalia campos
Impleat: [g] & Pœnis saturentur sanguine manes.
[h] Vltima funesta concurrant prælia Munda.
His, Cæsar, [i] Perusina fames, [k] Mutinæq́, labores
Accedant fatis: & quas premit aspera, classes,
[l] Leucas: & ardenti [m] seruilia bella sub Ætna.
Multum Roma tamen debet ciuilibus armis,
Quòd tibi res antè est. Te, [n] cùm statione peracta
Astra petes [o] serus, [p] prælati regia cœli
Excipiet gaudente [q] polo: [r] seu sceptra tenere,
Seu te flammigeros Phœbi conscendere currus,
Telluremq́, [s] nihil mutato sole timentem
Igne vago lustrare iuuet: tibi numine ab omni
Cedetur: [t] iurisq́, tui natura relinquet
Quis deus esse velis, vbi regnum ponere mundi.
[u] Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe:
Nec polus aduersi calidus quà [x] mergitur Austri,
Vnde tuam videas obliquo sidere Romam.

b Assentatio, quam vix excusaueris Ironia.
c Idque Iouis exemplo, ad quem deuictis gigantibus firmius cœli deuenit regnum.
d Scelesta & nefaria bella ciuilia, quæ mox recenset.
e Quòd hinc Neroni ad Imperium Rom. patuit aditus.
f De campis Pharsalicis supra. in his depugnatum est inter Pompeium & Cæsarem, mox inter Octauiũ Antoniũq; & Cæs. percussores. sed vide inf. v. 687.
g Sanguine nostro inferias referimus vmbris Carthaginensium, qui bellis Punicis interierunt.
h Ad Mundam Hispaniæ vrbem, Pompeij liberi deuicti sunt, Cæsus, Sextus fuga lapsus: Pompeianorum cæsa 30. M. Cæsar vt victos obsideret, & congestis cadaueribus aggerem struxit.
i Perusium Thusciæ vrbem quò L. Antonius confugerat, Augustus per famem in deditionem compulit. k Antonius D. Brutum in Mutinæ vrbe Cisalpinæ Galliæ obsedit, in quo obsidione leuando vterque Consul Hirtius & Pansa cæsus est. quem tamen Augustus obsidione liberauit. l Ipse Cæsar in sinu Ambracio, item promontorium Epiri, inter quod & Actium Octauius Antonium & Cleopatram nauali certamine vicit. m Non seruile illud bellum à Syro Euno in Sicilia motum A. V. DCXVII. L. quod nihil ad rem præsentem, verùm intellige nauale bellum in Siculo mari, ad quod Sex. Pompeius concitauerat armamentaque ergastula contra Augustum à quo Sextus victus in Asiam profugit. n Emensus vitæ spatium, & imperio feliciter functus. o Longæuus. p Quod te præstitisti terris. q Cœlestibus. r Seu Iouis, seu Phœbi nunus, locumque velis, &c. Arbitrio tuo permittetur, quis deus esse velis. Imitatio Virg. 1. Georg. *Tuque adhuc quem mox sint hab. &c.* s Non metuentem incendium mutato sole, vt quondam Phaëtonte. t Al *Iurisque tui nat.* u Relatus verò in deos, & fidelibus addictus noli sedem tibi eligere versus alterum polorum vnde obliquo ictu, impedito, pudituque efficaci Romam conspicias, sed iuxta æquatorem, vt recto, propinquo & gratioso numine nos intueris. Hæc omnia Ironicè & Amphibologicè dicta quidam volunt, vt quæ Neronem inuitant strabum & obesum; sed persistere videtur in illa inuocatione & imitatione Virgilliana 1. Georg. *Qui locus Erigonen inter Chelasque, &c.* x Al. vertitur.

Aetheris immensi partem si presseris vnam,
Sentiet axis onus. librati pondera cæli
Orbe tene medio: pars æthere illa sereni
Tota vacet, nullæq; obstent à Cæsare nubes.
Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inq; vicem gens omnis amet: pax missa per orbem
Ferrea [y] belligeri compescat limina [y] Iani.
[z] Sed mihi iam numen: nec, si te pectore vates
Accipiam, [a] Cirrhæa velim secreta mouentem
Sollicitare deum, Bacchumq; auertere [b] Nysa.
Tu satis ad dandas Romana in carmina vires.
Fert animus [c] causas tantarum expromere rerũ
Immensumq; aperitur opus, quid in arma furentem
Impulerit populum, quid pacem excusserit orbi.
[d] Inuida fatorum series, summisque negatum
Stare diu, [e] nimióque graues sub pondere lapsus,
Nec se Roma ferens. [f] sic, cùm compage soluta
Secula tot mundi suprema coëgerit hora,
* Antiquum repetent iterum chaos omnia; mistis
Sidera sideribus concurrent: ignea pontum
Astra petent: [g] tellus extendere litora nolet,
Excutiétque fretum: [h] fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum [i] bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totaque discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.
In se magna ruunt. Lætis hunc numina rebus
Crescendi posuêre modum. [k] nec gentibus vllis

[y] Iani belli pacisq; Indicis, ex instituto Numæ, templum aperiri significabat vrbem in armis esse, clausum erat pacis signum, quod contigit sub Numa, iterum post primum Punicum bellum, & sub Augusto ter.

[z] Alijs post mortem & δεὸν θεωσιν Deus expectenis, mihi in vitis Deus haberis propitius & præsens adeo, vt mihi tuo numine afflato non sit opus, quod alij faciunt vates. Delphici Apollinis vel Nysæi Bacchi, quorum in tutela Poetæ sunt, εὐθυσιασμὸν votis expetere.

[a] Cirrha, oppidum Phocidis haud procul à Delphis.

[b] Nysa fuere decem, omnes ferè Baccho sacræ; præsipuæ, Indica, Arabica, Delphica.

[c] Causas sex recenset noster. sed vide quas & Cæsar reddit lib. 1. ciuilis belli.

[d] Primæ causæ, fatalis necessitas quæ periodum crescendi, & κάκλιν consecuta iam declinare & ad occasum vergere cœperit. *Inuidens Fortuna principi genitum populo, ipsum illum in exitium suum armauit.* Florus l. 4. c. 2. [e] Suo sub pondere, viribus & amplitudinis mole defatigata, pressa, & ruens. *Ipsa suis virtutibus Romana iuuentus, & quas struxit opes, male sustinet.* Petr. Arb. [f] Non secus atque ipsa vniuersi machina, consummato tandem tempore & quasi ætate sua, solutis compagibus, legibus atque fœderibus rerum, in Chaos & confusam molem, vnde initio extracta & concinnata est, reditura sit. * Ita legit Ianus Rutgersius, cum vulgati habeant. *Antiquum repetens iterum chaos, omnia mista Sidera.* [g] Litora extensa & opposita non valebunt, vt antea, mare coercere & excutere quo minus terra obruatur. [h] Luna non sequetur solem certis & solutis per Zodiacum vicibus: sed contrario feretur meatu. [i] Lunam bigis, solem quadrigis vehi fingunt poetæ. [k] Neque tamen vlli exteræ gentium permissum est exercere odium suum inuidiamque erga nos.

Commodat

Commodat in populum, terræ, pelagiq; potentem,
Inuidiam Fortuna suam. l tu causa malorum
Facta tribus m dominis communis Roma, nec vnquã
n In turbam missi feralia fœdera regni:
o O malè concordes, mimiáque cupidine cæci,
Quid miscere iuuat vires, orbémque tenere
In medio? p dum terra fretum, terramq; leuabit
Aër, & longi volucm Titana labores,
Noxq; diem cælo totidem per* signa sequetur;
Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit. q nec gentibus vllis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Nec pretium tanti tellus, pontusq; furoris
Tunc erat: exiguum dominos commisit r asylum,
f Temporis angusti mansit concordia discors,
Paxq; fuit non sponte ducum. t nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora. Qualiter vndas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isthmos,
Nec patitur conserre fretum: si terra recedat, (mos,
Ionium Ægæo frangat mare: sic, vbi sæua
Arma ducum dirimens, miserando funere Crassus
Assyrias Latio maculauit sanguine u Carras,
Parthica Romanos x soluerunt damna furores.

l *Ferunde causa.* Fœdus trium principum (quam Varro Tricipitinam appellauit) Crassi, Cæsaris, Pompeij, qui opibus, dignitate, gloria & spiritu florentes, sibi inuicem conciliati, atque affinitate coniuncti inierunt societatem, ne quid in Rep. agi paterentur, quod ipsis tribus non placuisset, partiti itaque prouincias & exercitus, Pompeius Hispanias & Libyam per legatos administrabat; Crassus, cui Syria contigit, ad bellum Parthicum profectus est; Cæsari imperium Galliæ in alterum quinquennium prorogatum. ferale autem & pernicioium extitit hoc imperium inuisi fœdus. quippe, *Nec regna socium ferre, nec toda scium.*

m Dominus, & rex, nomina inuidiosa, & Romanis libertatis assertoribus semper exosa.

n In plures principes diuisi. o O malè fartã gratiã coniuncti, atque inuadendæ Reip. aãi, speraltisne diuturnã hanc potuisse fieri *πολυαρχίαν*? p Quamdiu constabunt fibi rerum naturæ fœdera, vt aquas sublevet terra inferior, vt aer, quasi orbis *σφαῖρα* contineat & vndiq; coerceat terram quasi centrũ, pondere librata suo, v. 91. l. 5. vt sol diurnos annuosq; absolaat cursus, vt nox diei vicisim succedat; tandiu, i. semper, diisilient consociati regni fœdera. * Zodiaci, cuius sex signa per vices obscurata admittunt noctem, tanquam in æquinoctio. q Neque Argis & Thebis petenda erunt exempla, ipta prima vrbis nostræ rudimenta maduerunt sanguine alterius è conditoribus, Remi fœdi fratre Romulo cæsi, praterquã contemptus, quòd nouum vallum transiliisset. r Romulus asylum, in vrbe aperuerat, quò omnes qui confugerant in partem & fortunam nouæ vrbis inuitanit. f Modico admodum tempore duranit concordia hæc inter Pompeium & Cæsarem non sincera; expectante vtroque dissidij occasionem. t *Tertia causa.* Cædes Crassi apud Parthos, quem, quoad vixit, vterque respexit, metuens scilicet ne nouas res molientibus ille interueniret. Medius itaque intercedens dirimebat bellum ciuile. non secus atque Isthmos Achaicus ten Corinthiacus, i. angusta terra inter duo maria, obstat quo minus confundantur & commiscerant se Ionium ab Occidente & AEgeum ab Oriente. u Vrbem Mesopotamiæ, quò nostri se fugiens receperat Crassus. *Charan.* x Aperuerunt viam simulauti Cæs. & Pomp. cupiens.

Plus illa vobis acie, quàm creditis, actum est
f Arsacidæ: bellum victis ciuile dedistis.
Diuiditur ferro regnum: [a] populiq; potentis,
Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem,
Non cepit fortuna duos. [a] Nam pignora iunctis
Sanguinis, & diro ferales omine tedas
Abstulit ad manes, Parcarum, Iulia, sæua
Intercepta manu. quòd si tibi fata dedissent
Maiores in luce moras, tu sola furentem
Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem;
Armatasq; manus excusso iungere ferro,
[b] Vt generos soceris mediæ iunxêre Sabinæ.
Morte tua discussa fides, bellumq; mouere
Permissum est ducibus: [c] stimulos dedit æmula virtus.
[d] Tu noua ne veteres obscurent acta triumphos,
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times: [e] Ie iam series, vsusq; laborum
Erigit. [f] impatiensq; loci fortuna secundi.
Nec quenquam iam ferre potest, Cæsarve priorem,
[g] Pompeiusve parem. quis iustius induit arma,
Scire nefas: magno se iudice quisque tuetur:
Victrix causa deis placuit [h] sed victa Catoni.
Nec coiêre pares: [i] alter vergentibus annis
In senium, longóque togæ tranquillior vsu
Dedidicit iam pace ducem: famæq; petitor
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plausuq; [k] fui gaudere [k] theatri:

f O Parthi, ab Arsace authore imperij. Ll. v. 218.

a Imperij R. amplitudo non ferebat duos, non sufficit duobus, ad 120. v. infra.

a Querta causa. Mors Iuliæ Cæsaris filiæ, quæ nupta Pompeio & iam grauida, vbi coniugis vestem, temere domum è comitijs in quibus, ortâ contentione, cæsus fuerat Domitij sermones, delatam cruore respersam vidisset, animo consternata & viro suo timens abortum fecit mortuúmque est. Hæc immaturâ propter Reip. morte intercepta, fœdas & in stipitatis pestimo ciuilis belli omine abstulit.

b Cum Sabini armis vim & illatam ignominiam vltum, repetereut virgines suas à Romanis sub Romulo raptas; Sabinæ inter vtranque aciem passis crinibus progressæ, precibus & lacrymis pacem exorabant, patresque viris conciliabant.

c Quinta causa. Duorum deorum æmulatio. Iam (inquit Florus l. 4. c. 2.) Pompeio suspecta Cæsaris opes, & Cæsari Pompeiana dignitas grauis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Nesciebant sic de principatu laborabant, neuquam duos tanta imperij fortuna non caperet. d Tu, Pompei, times, ne noua Cæsaris gesta, ac triumphi de Gallis, Germanis & Britannis qui eum manent, obscurêt veteres illos tuos triumphos de Armenijs, Mithridate, Asijs, Siculis, Hispanis, Cilicibus piratis.

e O Cæsar. f In transgresso oppidoli cuiusdam in Alpibus, Cæsar dixisse fertur: Mallem hîc primus esse quàm Romæ secundus, Plutarch. & Velleius Paterc. g Pompeius neminem secum dignitate exæquari volebat. 1. com. Cæs. h Magna certè Catonis laus, vtpote cuius iudicium de iustioue causa conferatur iudicio deorum. verùm vt ait Cic. pro Ligario. *Nunc miser certè es iudicanda est, quem etiam dii adiuuerunt.* i Pompeius iam prope sexagenarius, vt quorum otio fractus, artes, vsum, & munia strenui Imperatoris dedidicerat, ex largitionibus & ludis captans populi fauorem. k Quod ad Mitylenæi theatri exemplar, sed multò magnificentius à marmore Romæ extructum. cùm (inquit Florus) Pontieos & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma exstaret, nimis Pompeij potentia apud otiosos (vt solet) ciues inuidiam.

Nec

Nec reparare nouas vires, multúmque priori
Credere fortunæ. stat [l] magni nominis vmbra.
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
[m] Exuuias veteres populi, sacratáque gestans
Dona ducum: nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est: nudósque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit vmbram;
At quamuis [n] primo nutet casura sub Euro,
Tot circùm siluæ firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur. Sed non in Cæsare tantùm
Nomen erat, nec fama ducis: sed [o] nescia virtus
Stare loco: solúsque pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus; quò spes, quóque ira vocasset,
Ferre manum, & nunquam [p] temerando parcere ferro.
Successus vrgere suos: instare fauori
Numinis: [q] impellens quicquid sibi summa petenti
Obstaret: gandénsque viam fecisse ruina.
Qualiter [r] expressum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulsi sonitu, mundíq; fragore
Emicuit, [s] rupitq; diem, populósque pauentes
Terruit, [t] obliqua præstinguens lumina flamma:
[u] In sua templa furit: nulláque exire vetante
Materia, magnamq; cadens, magnamq; reuertens
Dat stragem latè, sparsosq; recolligit ignes.
Hæ ducibus causæ fuerant: [x] sed publica belli
Semina, quæ [y] populos semper mersêre [z] potentes.
Namque vt opes [a] nimias mundo Fortuna subacto
Intulit, [b] & rebus mores cessêre secundis,
Prædáque & hostiles luxum suasêre rapinæ:

l Quod ob terrarum gestarum magnitudinem consecutus est, salutatus primùm à Sylla exercitus nomine Magni.

m Spolia, ἀνάθηματα, tropæa.

n Primo quocunque vento casum minata.

o Ad loni vsque patens Cæsar (inquit Paterculus) supra humanam & naturæ fidem auctus, dux erat bello peritissimus, ciuis in toga (nisi vbi vere retinere quem haberet parem) modestissimus.

p Temerè cruentando, vbi res vim & arma poscerent. infra l. 2. v. 439.

q Ita Seneca de Xerxe. *Diuina atque humana impellente & mutantem quicquid obstiterat, irruenti stare insuetum.* l. 6. de Benef. c. 31.

r Ex opinione Zenonis, qui fulmen volùit esse validam incensionem è nubibus inter se vi ventorum collisis erumpentem & vehementi cum impetu ad terras ruentem.

s Protulit lucem, vel, clarore suo & fulgore diei lucem superauit.

t In Iouis ipsius fulmine stante, pergit & retorquetur, & dissipatam flammam conglobat. Iosch. Canonic.

u Causa & vltima causa. Romanorum vitia. ex diuina pace & nimis felicitate luxus in ædificijs, cibis, vestibus; auaritia, ambitio, dominandi libido, seditiones, studia partium, &c.

x Persas, Lacedæmonios, Carthaginenses, Corinthios, Milesios &c. y Asiaticas, Attalicas, Ponticas, Cyprias, Corinthiacas. Luxuriem Falernam & conuiua furentem Petron.

z Et boni mores cesserunt deprauati vitijs, quæ fundunt ars &c. cunctis. Martial. l. 11. ep. 6. 27.

Non [a] auro, teclísve modus: [b] mensáſque priores
Aſpernata fames: [c] cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuère mares: [d] fœcunda virorum
Paupertas fugitur, totóque arceſſitur orbe,
[e] Quo gens quæq; perit. [f] tunc longos iungere fines
Agrorum, & quondam duro ſulcata Camillo
Vomere, & antiquos Curiorum paſſa ligones,
Longa ſub ignotis extendere rura colonis.
Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret,
Quem ſua libertas immotis paſceret armis.
[g] Inde iræ faciles, &, quod ſuaſiſſet egeſtas,
Vile nefas: magnúmque decus, ferróque petendum,
Plus patria potuiſſe ſua: [h] menſuráque iuris
Vis erat: hinc [i] leges, & [i] plebiſcita coactæ;
[k] Et cum Conſulibus turbantes iura Tribuni:
Hinc [l] rapti pretio faſces, ſectórque fauoris
Ipſe ſui populus, lethalíſque ambitus vrbi;
Annua venali referens certamina Campo:
Hinc [m] vſura vorax, auidúmque in tempore fœnus;
Et [n] concuſſa fides, & [o] multis vtile bellum.
Iam gelidas Cæſar curſu ſuperauerat Alpes,
Ingentéſque animo motus, bellúmque futurum
[p] Ceperat: vt ventũ eſt parui [q] Rubiconis ad vndas,

a Vaſis aureis, vel, Heraclidæ Auaritiæ teclis, lacunaribus auro renidentibus.
b Veterum Romanorum continentiam & frugalitatem cibi iam fatidici, Ingeniosa gula eſt. Sicubi ſcarus, &c. Petron, vel ipſe mẽſæ Nil rhombus, nil dama ſapit, niſi ſuſtinet orbes Grande ſibur è cistro fuſtes, &c. Iuuenal. 1. Sat. & noſter, 10. lib. Orbes feſtos Atlantidis ſylua. Et Petronius, Rara Afra cruta terrã Cirtea remiſa.
c Multitia, veſtes ſericas & bombycinas quæ fœminis vix indulgerentur, ſumpſere viri. Et tot nouæ nomina veſtis, Quæq; virum quærunt. Petron. Arb.
d Quæ ſtrenuos & egregios olim produxit viros. Fabricio, & incompti Curiorum capitis, vtilem bello tulit, & Camillum ſæua paupertas & auitus apto cum lare fundus. Horat lib. 1. ode 12. & Val. Max. l. 4. c. 4.
e Autum. luxus, omniumque vitiorum materia. Lacedæmoniis aliiſque gentibus fatalis.
f Iam non contenti agellis, quos viri continentiſsimi, Camillus aranit, Curius fodit, cenſentes illum perniciosum eſſe ciuem cui non ſufficerent 7 iugera; extendebant hos agros vſque ad ignotos ſibi colonos, vicinorum coëmptione & adiectione. vel, Ipſi non ſua manu agros colebant, ſed alienis colendos elocabant. vel latifundia in prouincijs ſub ignotis colonis poſſidebant.
g Ab hoc faſtu & luxu faciles erant ad iras, vindicandaſque iniurias; hinc pro leui erat omne aggredi nefas, ad quod ſua egeſtas ære alieno grauatos impulerat. vel, peccata, quæ quis è tenuioribus atque egenis deſignaret pro vili & leui habebant. grandia aggrediebantur ſcelera, viſumque eſt decus magnum, &c. vt ſeq.
h Quod quiſque potuit, licuit.
i Coſſ. & Senatus ferebant leges. Tribuni & plebs, plebiſcita. ſtatim plebs.
k Tribuni contra nitentes quam Coſſ. omnia confundebant iura,
l Conſulatus enim loſtgnia faſces & ſecures, venalis factus eſt: dum populus fauoris ſui auctionatque largitionibus potentium corruptus ſuffragia vendebat, nec ſine contentione & rixis, non quod ad eadem vſque in Campo Martio, quo Cal. Ianuar. ad comitia deſcendebat. Emptique Quirites Ad prædam ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt. Venalis populus, venalis curia Patrum. Eſt ſuum in pretio. Petron. Arb.
m Grauius deprenſam gurgite prædam Fœnoris illuuies vſuræque exedere. Arbiter.
n Labefactata credito.
o Qui re profligatâ & perditâ miſceri omnia turbarique cupiebat; opeſque ex bellis ciuilibus, proſcriptionibus & auctionibus ſperabant.
p Contrepit.
q Fluuij qui Italiam à Gallia citeriore diſterminat.

[r] Ingens visa duci patriæ trepidantis imago,
Clara per obscuram vultu mœstissima noctem,
Turrigero[s] canos effundens vertice crines,
Cæsarie[t] lacera, nudisq; adstare lacertis,
Et gemitu permista loqui: Quò tenditis vltrà?
Quò fertis mea signa viri? si iure venitis,
Si cives[u] hucusque licet. Tunc perculit horror
Membra ducis, riguêre comæ, gressumque coercens
Languor in extrema tenuit vestigia ripa.
Mox ait: [x] O magnæ qui mœnia prospicis vrbis
Tarpeia de rupe tonans, [y] Phrygiiq; penates
Gentis Iuleæ, & [z] rapti secreta Quirini,
Et residens celsa [a] Latialis Iuppiter Alba,
[b] Vestalésque foci, summique ô numinis instar
Roma, fave cœptis: non te furialibus armis
Persequor: en adsum victor terráque, marique
Cæsar, vbiq; tuus, (liceat modò) [c] nunc quoque miles.
Ille erit ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.
Inde moras soluit belli, [d] tumidumque per amnem
Signa mouet properè. sic cùm squalentibus aruis
Æstifera Libyes viso Leo comminus [e] hoste
Subsedit dubius, totam dum colligit iram,
Mox vbi se sæuæ stimulauit verbere [f] caudæ,
Erexítque iubam, & vasto graue murmur hiatu
Infremuit: tum torta leuis si lancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
[g] Per ferrum tanti securus vulneris exit.
Fonte cadit modico, paruisq; impellitur vndis
[h] Puniceus Rubicon, cùm feruida canduit æstas:
Pérque imas serpit valles, & Gallica certus

r Videtur hæc affinxisse poeta, ex eo somnio, quo Cæsar (vt refert Plutarchus) sibi visus est matri stuprum inferre. vide, fis, ostentum quod Cæsari ad Rubiconē cunctanti & cogitabundo factum est. apud Sueton. 32. c. Iul. Cæs.

s Propter antiquitatem.

t Ob discordiam.

u Ad Rubiconem, in columnâ erectâ insculptum erat senatus consultum, quo cautum est. Ne cui vltra hos fines arma proferre liceret.

x O Iupiter qui colleris in monte Capitolino, ceu Tarpeio, dicto à Tarpeiâ Vestali, quæ ibi obruta est scutis Sabinis, ex pacto proditæ arcis. *Iupiter omnipotens, & tu Saturnia Tellus, &c. Testor ad hæc aciem inuitum arcessere Martem, Inuitas me ferre manus, &c.* Cæsar apud Petronium.

y Quos Troiæ flammis ereptos secum in Italiam Æneas duxit. Apollinem & Neptunum vt quidam volunt, vt alij Mineruam, Iouem, Iunonem. h. e. tres aëris regiones. penates, q. per quos penitus spiramus, è gente autem Iuli Cæsar originem duxit. z Sacra mysteria Romuli in cœlum translati. Plutarch. in Romulo. a Cui tanquam Latij præsidi sacra in monte Albano dedicauit Ascanius, statuam, ferias, victimationem. b Ignis, quem è Troia ab Æneâ in Italiam aduectum, virgines inextinctum conseruant in Vestæ templo, huc à Numa ex Alba translatum. c Etiam nunc quum videar arma contra te ferre, propugnator tamen tuus defensorque sum. d Imbribus & resolutis niuibus auctum. mox v. 217. e Venatore. f Caudâ, quæ animi index, crebro ictu se flagellat, atque ad iracundiam excitat. Plin. 8. g Per ipsum, quo transfigitur, venabulum in venatorem vult. h A colore terræ, vel alluvium ad Etymon. Alij leg. *Punicus.*

Limes

Limes ab Ausonÿs disterminat arua colonis.
i *Tunc vires præbebat hyems, atque* k *auxerat vndas*
l *Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu,*
Et madidis Eurì resolutæ flatibus m *Alpes.*
n *Primus in obliquum sonipes opponitur amnem*
Excepturus aquas, molli tum cætera rumpit
Turba vado fracti faciles iam fluminis vndas.
Cæsar vt aduersam superato gurgite ripam
Attigit, Hesperiæ o *vetitis & constitit aruis,*
Hîc, ait, hîc, pacem, p *temeratáque iura relinquo;*
Te Fortuna sequor: procul hinc iam fœdera sunto.
Credidimus fatis, vtendum est q *iudice bello.*
Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger, & r *torto Balearis verbere funda*
Ocyor, & missa Parthi s *post terga sagitta:*
Vicinúmque minax inuadit t *Ariminum,* u *vt ignes*
Solis lucifero fugiebant astra relicto.
Iámque dies primos belli visura tumultus
Exoritur: x *seu sponte deûm, seu turbidus Auster*
Impulerat, mœstam tenuerunt nubila lucem.
Constitit vt capto iussus deponere y *miles*
Signa foro, stridor lituûm, clangórque tubarum
x *Non pia concinuit cum rauco classica cornu.*
Rupta a *quies populi, stratisq; excita iuuentus*
b *Diripiunt sacris affixa penatibus arma,*
Quæ pax longa dabat: nuda iam crate c *fluentes*
Inuadunt clypeos, curuatáque cuspide pila,
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses.

i Mense Ianuario.
k Alij leg. *hauserat*, quia leq *grauido* cornu, h.e. aquis pleno.
l Tertia luna ab interlunio, quæ ferè pluuis est, vel, quid si intelligamus, pluisse iam tres noctes?
m Nimes ex Apenninis Alpibus.
n Equites primùm ingressi amnem, fluminis impetum sistunt, quo tutiùs transeant pedites.
o Et, Senatus Consulto, vt supra v. 183. & quia Rubicon terminus erat prouinciæ Cæsaris.
p Violata. Confecutus cohortes (inquit Suetonius) ad Rubiconem fl. qui prouinciæ eius finis erat, paulum constitit ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos, *etiam nunc* inquit, *regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.* Cunctanti effectum tale factum est, &c. Tunc Cæsar, *Eatur*, inquit, *quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat. Iacta est alea.* Suetonius Iul. Cæs. c. 32. & Appian. l. 2. de ciu. bello. *Iudice fortuna eadem alea.* Cæsar apud Petronium.
q Al. *vtudice.*
r Lapide misso è funda Balearica. Baleares insulæ duæ sunt in mari Mediterraneo. Gymnasiæ olim dictæ, hodie *Maiorca & Minorca*, quarum incolæ erant funditores peritissimi, quibus id vsum ab infantia studium. Cibum puer à matre non accepit, nisi quem ipsâ monstrante percussit. Flor. l. 3 c. 8.
s Parthi dum se fugere simulant, sagittas ab inguine ductas in hostem à tergo mittunt.
t Vmbriæ vrbem, in Flaminia via.
u Oriente Sole stellas obscurante *quarum vltimus extat Lucifer.*
x Seu deorum voluntate euenit hoc ciuilis tempestatis signum, siue indoctis ab Austro nubibus mœstus vtique erat, sic initio l. 7.
y Cæsaris milites, iussi occupato foro classica canere, equites ponere.
a Impios belli ciuilis concentus.
b Somnos.
c Obuia quæque & templorum parietibus suspensa arma rapiunt.
c Dissolutos, vimineas sc. crates corio à blattis & vetustate exeso nudatas.

VI

Vt notæ fulsere aquilæ, Romanáque signa,
Et celsus medio conspectus in agmine Cæsar,
[d] *Dirigere metu, gelidos pauor alligat artus,*
[e] *Et tacito mutos volunt sub pectore questus.*
[f] *O malè vicinis hæc mœnia condita Gallis!*
O tristi damnata loco! pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populos: nos præda furentum,
[g] *Primáque castra sumus. melius Fortuna dedisses*
[h] *Orbe sub Eoo sedem, [i] gelidáque sub [k] Arcto,*
[l] *Errantésque domos, [m] Latij quàm claustra tueri.*
Nos primi [n] Senonum motus, [o] Cimbrumq; ruentem
Vidimus, & [p] Martem Libyes, cursumque furoris
Teutonici. quoties Romam fortuna lacessit,
Hac iter est bellis. [q] gemitu sic quisque latenti,
Non ausus timuisse palàm: vox nulla dolori
Credita: sed quantũ volucres cum bruma coërcet,
Rura silent, mediúsque iacet sine murmure pontus;
Tanta quies. Noctis gelidas lux soluerat vmbras:
[r] *Ecce faces belli, dubiæq; in prælia menti*
Vrgentes addunt stimulos, cunctásque pudoris
Rumpunt fata moras: iustos Fortuna laborat
Esse ducis motus, & causas inuenit armis.
Expulit ancipiti discordes vrbe Tribunos
[s] *Victo iure* [t] *minax iactatis curia Gracchis.*
Hos iam mota ducis, vicináque signa petentes
[u] *Audax venali comitatur Curio lingua.*

d Arimenses.
e Hypallage. vel lege. *Et tacitus mutos vol.*
f O vrbem nostram malè fitam contra Gallias, & in confinibus Italiæ, expositam omnibus qui Italiam inuaserint.
g Primum oppidum in quo hostis castra ponit.
h *Sub curru nimium propinqui solis, in terra* (vt veteribus creditum) *domibus inepta.*
i *Vel sub gel.* coniunctione copulatiua frequentius ad sensum vsurpatâ pro disiunctiua.
k *Quod latus mundi nebula malúsque Iuppiter urget.*
l Scytharum ἀμαξοβίων. vel etiam, Nomadũ, Numidarum. *Quorũ plaustra vagas rite trahunt domos.*
m Fauces & limites Italiæ.
n Hi vlturi iniurias Fabij legati, qui contra ius gentium Gallorum ducem hastâ traiecerat, exercitũ à Clusio mouent ad Vrbem, Romanos occurrentes ad Alliam fl. profligant, Romam contendunt, quam diripiunt, diruunt, incendunt, Capitolium 7 menses obsident. tandem Camilli interuentu Roma liberata est. A. V. 365.
o Cimbri è Germaniæ Chersonesso & Teutones post multos Rom. coss. & procoss. cum exercitibus fusos, à Mario victi tandem cæsique sunt. A. V. 652. diuisim posuit eos poeta, quòd diuersis pugnis & diuerso itinere superati sunt.
p Secundum bellum Punicum, quàmuis non hâc iter erat Annibali. Asdrubali fortè.
q Indignabantur hæc Ariminenses, sed tacitè. comparatione ductâ ab suibus hyberno frigore constrictis, & à motis medij tranquillitate.
r Q. Cæsius & M. Antonius trib. pl. à Marcello & Lentulo Coss. Senatu excedere iussi, quòd pro Cæsare intercederent, vrbe egressi noctu, conducto curru, seruilique veste amicti ad Cæsarem profugerunt. & cum ijs Curio de quo l. 4. v. 702. erat autem is eo tempore Rauennæ, vt habet Cæsar. 1. com. expectabantque suis lenissimis postulatis responsa.
s Violato Tribunitiæ potestatis sacrosancto iure.
t Senatus, exprobratâ Tribunis Gracchorum seditione, his eundem exitum interminatus est, ni curia discederent.
u Curio super Trib. pl. Cæsari infestus, populo acceptus, ad dicendum paratissimus, plurimo ære alieno grauatus à Cæsare leuabatur, factusque suarum partium.

Vox

Vox quondam populi, libertatémque tueri
Ausus, & armatos plebi [x] *miscere potentes.*
Vtque ducem varias voluentem pectore curas,
Conspexit: Dum voce tuæ potuêre iuuari
Cæsar, ait, partes, quamuis nolente Senatu,
[y] *Traximus imperiũ,* [z] *tunc, cùm mihi Rostra tenere*
Ius erat, & dubios in te transferre Quirites.
Sed [a] *postquàm leges bello siluêre coactæ,*
Pellimur è patrijs laribus, patimúrque volentes
Exilium: tua [b] *nos faciat victoria ciues.*
[c] *Dum trepidant nullo firmatæ robore partes,*
Tolle moras: semper nocuit differre paratis.
[d] *Par labor atque metus pretio maiore petuntur.*
[e] *Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris,*
Pars quota terrarum. facili si prœlia pauca
Gesseris euentu, tibi Roma subegerit orbem.
[f] *Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi*
Excipit, aut sacras poscunt Capitolia [g] *laurus:*
Liuor edax tibi cuncta negat: gentésque subactas
Vix impunè feres: [h] *socerum depellere regno*
Decretum est genero. partiri non potes orbem:
Solus habere potes. Sic postquam fatus, & ipsi
In bellum prono tantum tamen addidit iræ,
Accenditq; ducem, quantum [i] *clamore iuuatur*
[k] *Eleus sonipes, quamuis iam* [l] *carcere clauso*
Immineat foribus, [m] *pronisque repagula laxet.*
Conuocat armatos extemplò ad signa [n] *maniplos:*
Vtque satis trepidum turba coëunte [o] *tumultum*
Composuit vultu, dextráque silentia iussit:

x Non reconciliare, vt volunt quidam. sed inter se committere, propter participium *Ausus*, vel intra conditionem priuatorum redigere. laborabat enim, vt & Pompeius exercitus deponeret.

y Produximus, vt tibi Imperium in alterum quinquennium prorogaretur.

z Quandiu licuit mihi è suggesto (rostris nauium Antiatum exculto) concionem ad populum habere, eumque tibi conciliare, ad partes tuas inflectere.

a Postquam leges vi oppressæ inter arma siluêre, Imperiumq; à Senatu & Cossdeiarum est Pompeio, tribuni Curia electi.

b Nos restituat.

c Sed maturè facto opus est, vt imparatos aggrediaris.

d Labore eodem quo Gallos debellasti, Romam tibi subijcies, totumq; terrarum orbem.

e Decem quidem annorum Imperium decretum Cæsari fuerat, sed peractis iam intra 9 annos Gallijs, C. Marcellus ad Senatum retulit, vt Cæsari ante tempus succederetur. ita superarat annos decimus.

f Negatur tibi de Gallia deuicta triumphum agere. imò vix impunè feres bene gestum bellum.

g Lauro coronati triumphantes ascendebant Capitolium, & ipsum lauro ornatum.

h Pompeius quasi rex non admittet Cæsarem locorum suum in partem dignitatis. supra ver. 126.

i Certantes equos adhortationem & gloriam intelligere, scribit Plinius.

k Equus in certamine Olympiaco, prope Elidem Achaiæ oppidum.

l Loco, vnde celeres, vel curres dato signo prosilirent.

m Feros lentet & impellat obices & funes ἀφετηρίαι, quæ prouolaturum coercerant.

n Militum contubernia, l. 7. v. 508. ordines, centurias, legionis decimæ tertiæ, hanc enim euocauerat, reliquæ nondum conuenerant.

o Murmur, fremitum.

y Bellorum

p Bellorum 6 socij, qui mille pericula Martis
Mecum (ait) experti, decimo iam vincitis anno.
Hoc cruor q Arctois meruit diffusus in armis,
Vulneráque, & r mortes, hyemesq; sub Alpibus actæ?
f Non secus ingenti bellorum Roma tumultu
Concutitur, quàm si Pœnus transcenderet Alpes
Annibal. implentur valido tirone cohortes:
In classem cadit omne nemus: terráque mariq;
Iussus Cæsar agi. t quid? si mihi signa iacerent
Marte sub aduerso, ruerentque in terga feroces
Gallorum populi? nunc, cùm Fortuna secundis
Mecum rebus agat, Superiq; ad summa vocantes,
Tentamur. veniat longa u dux pace solutus
Milite cum x subito, y partésque in bella togatæ,
z Marcellúsque loquax, & a nomina vana Catones.
Scilicet b extremi Pompeium, c emptiq; clientes
d Continuo per tot satiabunt tempora regno?
e Ille reget currus nondum patientibus annis?
Ille semel f raptos nunquam dimittet honores?
Quid iam iura querar totum g suppressa per orbem,
Ac g iussam seruire famem? quis h castra timenti

p Oratio gen. Deliberatiui, hortatoria, continens conquestionem de iniurijs suis, iniquitate aduersariorum, à quibus re bene gestâ tã indignè excipiantur. Insectationem Pompeij confirmationẽ militum à felicis successus spe. vide, sis orationem quam Cæsari tribuit Petronius Arb. in specimine ciuilis belli.

q Gallia, Germania, Britannia.

r Sociorum.

f Contra me diutinis laboribꝰ optimè de patria meritum omnia hostilia parantur, perinde ac contra infestissimũ hostem. per insidias inimicorum, exercitũ deponere iubeor, triumpho spolior, ad causam dicendam reuocor in ordinem, successor mihi ante tempus missus, delectus totâ Italiâ habitus aduersum me patriæ hostem declaratus, sylvæ cæsæ ad naues extruendas. *Vincendo, certior exul sanguine Germano, sexagintáque triumphis, ẽse nocens cœpi.* Cæs apud Petronium.

t Quid aliud facerent, si amissis signis victos nos insequerentur hostes. Iam verò cùm victores redeamus dijs fauentibus, sic vtique excipimur? Sed veniat, &c.

u Pompeius. supra vers. 130.

x Euocato & tumultuariè conscripto. videtur Poeta ad id alludere quod Faonius Pompeio illudens, ob ea quæ iamptidem dicitarat, *Age*, inquit, *tellurem pede concute Pompei, vt exercitus inde educas, iam tempus postulat.* Plutarch. Pomp. & Appian. 2.

y Senatus paci quàm militiæ aptior.

z Consul, linguâ magis quàm manu strenuus.

a Vt, *nomen inane Sophos.* Alij leg *Catonum.* Alij *Catonis.* quem Cæsar infestum sibi supra modum habuit, eum autem perstringit quasi nominis (quia *Catus* sapientem significat) vanitate fultum.

b Inter remotissimas nationes, namque Pompeio fauebant reges Orientis. vel infimos de plebe.

c Quos beneficijs & largitione sibi fecit obnoxios. *mercedibus emptæ. Ac viles operæ: quorum est mea Roma nouerca.* Petron.

d Inexplebili vtcunque regnandi cupiditate actum à Syllæ morte vsque ad hæc tempora?

e Illine permissum triumphare ante annum triumphi legitimum, ætatis tricesimum? triumpharat autem de Hiarba Numidarum rege Pompeius annum 24 agens.

f Præturam nullis adiutus suffragijs sibi adiunxerat 23 annos natus. Consulatum solus obtinuerat. præfecturas plurimas, & iam prorogatas ad quadriennium prouincias.

g Ne quid aliunde frumenti adferretur, quo vrbi fame laborans Pompeio præfecturam annonæ delegaret. Quod dictitabat Clodius. Non propter famem scriptam esse legem, sed vt lex scriberetur faciam esse famem. vnde nonnulli legunt *Me insussam.*

h In quæstione de Clodij cæde & actione Milonis. ad septimendum populi tumultum Pompeius armatis militibus forum sepserat. quam insolitam coronam Cicero in oratione pro Milone, *nouum iudicij formam & insuetam frequentiam* vocat.

Nescit

Nescit mista foro? gladij cùm triste minantes
Iudicium insolita trepidum cinxêre corona,
Atque auso medias perrumpere milite leges
Pompeiana reum clauserunt signa Milonem?
Nunc quoque i ne lassum teneat priuata senectus,
Bella nefanda parat suetus ciuilibus armis,
Et k docilis Syllam scelerum viciſſe magistrum.
Vtque fera tigres numquam posuêre furorem,
Quas l nemore Hyrcano, matrii dii lustra sequuntur,
Altus cæsorum pauit cruor armentorum;
Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum
Durat, Magne, sitis: nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.
Quem tamen inueniet tam longa potentia finem?
Quis scelerum modus est? ex hoc iam te, improbe,
Ille n tuus saltem o doceat discedere Sylla. (m regno
Post p Cilicásne vagos, & q lassi Pontica regis
Prælia, barbarico vix consummata veneno,
r Vltima Pompeio dabitur prouincia, Cæsar;
s Quòd non, victrices aquilas deponere iussus,
Paruerim? mihi si merces erepta laborum est,
t His saltem longi, non me duce, præmia belli
Reddantur: miles sub quolibet iste triumphet.
Conferet exanguis quò se post bella senectus?
Quæ sedes crit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fessis?
An melius fient piratæ, Magne, coloni?
u Tollite iampridem victricia, tollite signa:
Viribus vtendum est, quas fecimus. x arma tenenti

i Ne senectutem agat priuatam & otiosam.
k Scelere facilè superatum crudelitatis & scelerum omnium magistrum suũ Syllam sub quo meruerat Pompeius 23 annos natus summo honore à Sylla habitus, vt cui vni venienti assurgeret, caput nudaret, honorificè cum appellaret, Magni nomine (vt ferunt nonnulli) à Sylla primo salutatum.
l Hyrcana sylua Scythiæ.
m Inuidiosò imperio, nec inferiore Sylla dictatura.
n Cui studebas, magister sceleris, qui te sibi affinitate deuinxit, tibi in matrimonium datâ Æmiliâ priniguâ.
o Qui annos 40 natus se dictaturâ abdicauit & priuatus Puteolis egit.
p Piratas maris infestantes à Pompeio deuictos, supra l. 2. v. 576
q Mithridates rex Ponti per annos 40 cum Romanis belli gestis à Sylla & Lucullo actritus prosligatusq; à Pompeio tandem victus est. In vrbe à Pharnace filio obsessus, male tantorum vcterno (aduersus quod antidotis se munierat) spiritum ferro expulit.
r Iugone reste vltima hostis debellandus?
s Quòd iussa Senatus non dimiserim exercitum victorem ante triumphum.
t His saltem militibus stipendia, honoresq; reddantur & agri assignentur in quibus iam emeriti quiescant, nisi forte agris digniores censendi sint Cilices illi piratæ, quos à se deuictos Pompeius in mediterranea submouit & Solos Colonias deduxit. Emeriti qui sint, vide quæ ad v. 422. l. 3. *Reddenda est gratia vobis: Non solùm vici.* Cæsar apud Petronium.
u Verùm non verbis sed viribus res decernenda est, tollite itaque signa, &c. *vellatis an feratis, ite mei comites, & causam dicite ferro, &c.* Petron.
x At hic dabis, si vos abmeritis, manu capulum gladij concutiens inquit Tribunus, (vel, vt Appianus refert, Cæsar) prouinciæ prorogandæ præfecturam petens.

Omnia

Omnia dat, qui iusta negat: nec numina desunt.
Nam neq; præda meis, neq; regnis quæritur armis:
Detrahimus dominos vrbi seruire paratæ.
Dixerat: at dubium non claro murmure vulgus
Secum incerta fremit: pietas, patryq; penates
Quanquàm cæde feras mentes animosq; tumentes
Frangunt, sed diro ferri reuocantur amore,
Ductoriq; metu. Summi tum munera pili
Lælius, emeritiq; gerens insignia doni,
Seruati ciuis referentem præmia quercum,
Si licet, exclamat, Romani maxime rector
Nominis, & fas est veras expromere voces,
Quòd tam lenta tuas tenuit patientia vires
Conquerimur, decrátne tibi fiducia nostri?
Dum mouet hic calidis spirantia corpora sanguis,
Et dum pila valent fortes torquere lacerti,
Degenerem patiêre togam, regnúmque Senatus?
Vsque adeò miserum est ciuili vincere bello?
Duc age per Scythiæ populos, per inhospita Syrtis
Litora, per calidas Libyæ sitientis arenas.
Hæc manus, vt victum post terga relinqueret orbẽ,
Oceani tumidas remo compescuit vndas:
Fregit & Arctoo spumantem vortice Rhenum.
Iussa sequi tam posse mihi, quàm velle necesse est.
Nec ciuis meus est, in quem tua classica Cæsar
Audiero, per signa decem felicia castris,
Perque tuos iuro quocumque ex hoste triumphos;
Pectore si fratris gladium, iugulóque parentis
Condere me iubeas, plenæq; in viscera partu

y Asserimus vrbem nostram in libertatem.
z Assiduitate bellorum efferatas.
a Victorijs.
b Mitigant.
c Cùm in legione essent præter velites & pilanos, tria militum genera, *hastati, principes, triarij*; atque hi singuli in decem partes diuidebantur, quibus partibus præficiebantur Centriones: primus quidem cohortis centurio ordinis Triariorum (quanquè hi gratia, vsu, fortitudine cæteris præstabant) centurio appellabatur *Primipilus*, cuius voluntati & imperio milites omnes parerent, eratque ille consilij particeps.
d Gerens quercum coronam donatam in testimonium seruati ciuis, hostisque in prælio cæsi, de coronis cæt. vide A. Gell. l. 5. c. 6. cæt. forte euocatus. vide quæ ad v. 427. l. 7.
e *Dum spiritus hos regit artus.*
f Legatos inertes & imbelles.
g Syrtes duæ sunt, Maior & Minor, sinus in mari Libyco, propter fluctus arenasque assluentes ac

tescentes importunos atque nauigantibus infesti. vide Salust. bell. Iug. Orationem 5. Diodor. Pruli. Procopium 6. Ædif. h Per deserta Libyæ aquarum expertia. i *Oceanumque* suam ostendens. k Cùm Britanniam aggressus est. l Fl. vorticosum, Galliam à Germania diuidentem, y ostijs se in Mosam & Oceanum Septentrionalem exonerantem. m Necesse mihi est, in tuam gratiam eniti vt ea possim quæ velo: vide quæ nos ad epist. lib. 12. Martialis f. Sunt qui legunt. *Tam velle mihi, quàm posse necesse est.* n Neque erit mihi pro ciue, contra quem tubæ tuæ canent signa belli. o Victricia omnibus in locis, quibus tam per decem annos castra metatus es, quia quotannis in stativis castris hybernabant. vel per quibus 10 legionum. licet vna tantùm adfuerit, cæteræ subsequerentur. p Grauida vastis

Con-

Coniugis, [q] inuitâ peragam tamen omnia dextrâ.
Si spoliare deos, ignémque immittere templis,
[r] Numina miscebit castrensis flamma Monetæ:
[s] Castra super [t] Tusci si ponere Tibridis vndas,
Hesperios audax [u] veniam metator in agros.
Tu quoscumque voles in planam effundere muros,
His [x] aries actus disperget saxa lacertis:
[y] Illa licet penitus tolli quam iusseris vrbem,
Roma sit. His cunctæ simul [z] assensere cohortes,
Elatásque altè, quæcumque ad bella vocaret,
Promisere manus. it tantus ad æthera clamor,
Quantus, piniferi Boreas cùm Thracius Ossæ
Rupibus incubuit, curuato robore pressæ
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera syluæ.
Cæsar vt acceptum tam prono milite bellum,
Fatáque ferre videt, ne quo languore moretur
Fortunam, [a] sparsas per Gallica rura cohortes
Euocat, & Romam motis petit vndique signis.
[b] Deseruêre cauo tentoria fixa Lemano,
Castráque, quæ [c] Vogesi curuam super arduarupem
Pugnaces pictis [d] cohibebant [e] Lingonas armis.
Hi vada liquerunt [f] Isaræ, qui gurgite ductus
Per tam multa suo, famæ maioris in amnem
Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.
[g] Soluuntur flaui longa statione Rutheni:
Mitis [h] Atax Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & [i] Hesperiæ promoto limite [k] Varus:
[l] Quáque sub Herculeo sacratus nomine portus

q Vtut horreat refugiatque manus, & ignis è castris nostris incendet statuã Iunonis dictæ Monetæ, quòd ab æde Iunonis audita est vox quæ docebat, qua ratione piena fieret procuratio propter terræ motũ. Eadem autem hanc dedicauit L. Fu. Camillus.
r Si patriam obsidere, iuxta Tiberim castrametatorum.
s In Thuscia orti.
t Castra metabor.
u Machinæ bellicæ ad subruendos muros. vide Vegetium l. 4. c. 14. & Am. Marcellin. & quæ nos ad 490. v. 3.
x Sublatus in assensu signum manus, fortitudinis & fidei prægnans.
y Assensum testãtur clamore, quantus nõ cedit fragori syluæ pineæ in Ossa Thessaliæ monte depressæ aut sublatæ, Boreæ è Thracia flamis impulsu.
z Hanc orationem Rauennæ habitam scribit Cæsar. l. 1. de bell. Cæsar ait (inquit) legionis decimæ tertiæ quæ aderant milites (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquas quidem conuenerant) sese paratos esse Imperatoris sui, Tribunor. iniurias defendere, Cognitâ militum voluntate Ariminum cum ea legione proficiscitur: ibique Tribunos Pl. qui ad eum confugerant, conuenit, reliquas legiones ex hybernis euocat, & subsequi iubet.
a Euocati dissessere qui tentoria fixerant iuxta lacum Lemanum. Lac de Leuenne & Geneve.
b Montis Lotharingiæ, ex quo Mosa profluit. Mont de faucilles.
c Reprimebant, ne quid molirentur.
d Celtarum pop. le pays de Langres.
e Galliæ Narbonensis fl. l'Yere, qui in Rhodanum influens, amittit nomen.
f Præsidio Romano soluuntur Rhuteni pop. Narbonensis Galliæ, de Rouergue, flaui crinibus, vel epitheton à ratione nominis.
g Fl. ex Pyrenæis ortus Aude. non vltrà habet naues Rom.
h Prolatis Italiæ finibus, quæ olim angustiæ. Alij leg. milite.
i Alpinus fl. Italiam à Narbonensi Gallia disterminat. Varo.
k In ora Ligurix ara est & portus Herculis. Monaco, quòd pulsis hostibus ibi habitarit, vel quòd nullus ibi cum eo coleretur. οὐς μόνος ἔσχεν.

Vrget

Vrget rupe cana pelagus: non [m] *Corus in illum*
Ius habet, aut [n] *Zephyrus:* [o] *solus sua litora turbat*
Circius, & tuta prohibet statione [l] *Monœci.*
[p] *Quáque iacet litus dubium, quod terra, fretumq́;*
Vendicat alternis vicibus, cùm funditur ingens
Oceanus, vel cùm refugis se fluctibus aufert.
[q] *Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet,*
Destituátque ferens: an sidere mota secundo
Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuet horis:
Flammiger an Titan, vt alentes [r] *hauriat vndas,*
Erigat Oceanum, fluctúsque ad sidera tollat,
Quærite, quos agitat mundi labor: at [s] *mihi semper*
Tu, quæcumque moues tam crebros causa meatus,
Vt superi volubre, late. Tunc rura [t] *Nemossi*
Qui tenet, & ripas [u] *Aturi, quà litore curuo*
Molliter admissum claudit [x] *Tarbellicus æquor;*
Signa mouet, gaudétque amoto [z] *Santonus* [y] *hoste:*
Et [z] *Biturix,* [a] *longisq́; leues* [b] *Sueßones in armis:*
[c] *Optimus excussó* [d] *Leucus* [e] *Rhemíque lacerto,*
[f] *Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis:*
[g] *Et docilis rector* [h] *rostrati Belga conimi:*
[i] *Aruerniq́; ausi Latio se fingere fratres,*
Sanguine ab [k] *Iliaco populi, nimiumque rebellis*
[l] *Neruius, &* [m] *cæsi pollutus sanguine Cottæ:*

m Ventus, qui ad-uersus Aquilone & fit ab Occasu solstitiali ἀφ' ἑσπέρας.

n Qui aduersus Eurum flat. Fauonius.

o Ventus Narbonensi prouinciæ tantùm notus, vide Gel. l. 2. c. 22.

p Enecauit cohortes è Belgarum ora, quas fluxus ac reflexus maris senis quibusque horis aut circiter faciunt, vt nunc maria sint, nunc terræ.—

q —cuius æstus & reciprocationis causam, an fiat impulsu stellæ polaris, an lunæ motu, an solis influentiâ, videant & exquirant philosophi, qui mundi naturam causasq; rerum exquirunt: me certè latet.

r Attrahat, ebibat, quo alatur. Stellas enim igneas esse naturæ & περιφορᾶς ἐν τῷ ὑπερτάτῳ ἀναθυμιάσεως opinabantur Heraclitus & Stoici. Plutarch. de placitis philos. & Cic. 2. de natura deor. *Comuxa polus dum sidera pascet*, Virg. 7. AEn. vide l. 9. v. 525. * Me. vel quantùm ad me.

s Metropolis & capitis Auernorum. male legitur *Monibus* & *Nemetis*. Quo enim tantum mihi luxus abiret poeta, relictis Aquitanis, ad ripam Rheni?

t Fl. Tarbellorum in Aquitania. *Ador* vel *Dour*.

u Tarbela, oppidum Aquitaniæ. Stephano, *Tarbe*, sed Iosepho Scal. *Anqx*.

x Galliæ Aquitaniæ pop. ea regio *Xaintoigne*.

y Romano, olim hosti.

z Galliæ Aquit. vrbs *Bourges*, forte qui Bituriges. *Bourdeaux*.

a Hastis pugnaces, vel longo bello fabacti.

b Rhemis vicini. *Soissons*.

c Iaculandi peritus.

d Galliæ Belgicæ pop. quorum vrbs *Toul*.

e Galliæ pop. quorum primaria vrbs *Rheims*.

f Sequanæ fl. *Seine* accolæ. *Burgoignons*. equitandi periti.

g Et Belgæ pop. Oceano, Rheno, Matronâ, & Sequanâ inclusi, è vehiculis falcatis prælientes.

h Male legitur *monstrati*. i *Les gens d'Auuergne*. videntur pro Heduis positi, quibus sunt vicini. Hedui autem *primi in vrbe ius accepti sunt*, datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum pop. Ro. vsurpant. Tacitus l. 11. & Cic. ad Trebatium 7. & ad Attic. 1.

k Troiano. prodit enim Antenorem exciisse Clarum montem.

l Galliæ Belgicæ pop. ferocissimus. *de Tournay*.

m Apud Eburones Tetutium Sabinus & Arunculus Cotta cum quinque cohortibus in hybernis caesi sunt fraude Ambiorigis. & apud Carnutes C. Fusius Cotta rei frumentariæ præfectus.

Et qui te laxis imitantur [n] *Sarmata braccis*
[o] *Vangiones:* [p] *Batauiq́, truces, quos ære recuruo*
Stridentes acuêre tubæ: quà [q] *Cinga pererrat*
Gurgite: quà [r] *Rhodanus raptum velocibus vndis*
In mare fert [s] *Ararim: quà montibus ardua summis*
Gens habitat cana pendentes rupe [t] *Gebennas:*
[u] *Pictones* [a] *immunes subigunt sua rura; nec vltrà*
Instabiles [y] *Turonas circumfita castra coërcent.*
[z] *In nebulis Meduana tuis marcere perosus*
Andus, iam placida Ligeris recreatur ab vnda.
Inclyta Cæsareis [a] *Genabos dissoluitur* [b] *alis.*
Tu quoque lætatus [c] *conuerti prælia* [d] *Treuir:*
Et nunc [e] *tonse Ligur, quondam per colla decora*
Crinibus effusis toti prælate Comatæ:
Et quibus immitis placatur sanguine diro
[f] *Teutates, horrénsque feris altaribus* [g] *Hesus;*
Et [h] *Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.*
Vos quoque qui fortes animas, bellóque peremtas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima [i] *securi fudistis carmina* [k] *Bardi.*
[l] *Et vos barbaricos ritus, morémque siniſtrum*

a De quibus Ouid. 2. Trist. *Pellibus & sutis arcebant frigora bracci.* & Mela l. 3. braccæ autem caligarum fuxarum genus. à qua veste, ea Galliæ pars dicta est Braccata quæ postea Narbonensis. vide Baysium de re vest. & Iof. Scal. ad 4. l. Propertii. & Il. Casaub. ad Suetonij August. & Ald. Manut. Quæsit. per epist. 2. 2. & quæ Cluerius l. 1. de Antiqui. Germaniæ c. 16.

o Wormacenses. *Wormes.*

p Hollanders.

q Hè Pyrenæis, non procul à Narbonensi provincia. Cæs. l. 1. belli civ.

r *Le Rhosne.* in quò ad Lugdunum influit suas — s — *la Saone.*

t Montes, qui Arvernos ab Helvijs discludunt, niuales.

u Aquitaniæ pop. quorum regio Poictou.

x Amotis præsidijs R. y Quorum territorium *Touraine*; vrbs *Tours.* z Et Andegauenses à fontibus fl. Meduanæ *le Mayne*, monent Ligerim versus, *le Loyre.* a Oppidum ad Ligerim situm *Gien.* in Carnutibus. b Turmis præsidijs. c E Gallia in Italiam translatum bellum. d Pop. Belgiæ, quorum metropolis *Trieri.* e Gallia olim omnis tuit Comata. Cisalpina, in qua Ligures, primùm posuerunt capillos, sumpsêrunt togas, vnde & Togata dicta: Transalpina omnis Comata, præter Narbonensem provinciam, quæ Braccata dicta fuerat Pin. l. 3. c. 17. & l. 3. c. 44. Sunt qui *Liger* legunt, & Ligeris fl. accolas intelligunt. f Mercurius. Gallis Theutates, AEgyptijs ΘΕΥΤ. Plato in Phædro & Philebo. Cic. l. 3. de Nat. Deor. Liuius l. 36. Lactant. de falsa rel. c. 6. —

g —Hesus, sive Heus, Mars. quem asperrimâ placavere cultu; nam victimæ eius fuere mortes capitorum. Cæs. com. 6. de bel Gal. Iornandes lib. de reb. Gothicis. — h —Iupiter, quasi Βεγτατεὺς, Tonans, à Taran, quod Wallis Britannis (qui veteris Galliæ linguæ vestigia & reliquias retinent) *tonitru* sonat. vt videtur Phil. Cluverio l. 1. de antiquitate Germaniæ, c. 9. His omnibus litatum humanis hostijs, vti Dianæ Tauricæ. vide Cæs. l. 6. de bello Gall. Solin. c. 24. Mela l. 3. c. 2. Lactant. l. 1. de falsa relig. c. 21. Pythæi Aduersaria l. 1. c. 1. Cluerium l. 1. de Antiq. Germ. c. 22. 26. & 28. i Bellico tumultu & trepidatione sonant inter arma enim silent musæ. k ὑμνητὰς καὶ ποιητὰς, inquit Strabo l. 4. qui præter hos & Dryidas tertium genus τῶν μαντικῶν recenset ἐπῳδοὺς, ἱερεῖς τε καὶ φυσιολόγους. Mela. c. 2. l. 3. l Post Cæsaris abitum restituistis diræ immanitatis ritus, & sacra plusquam Scythica, humanis hostijs aræ admotis & à tergo cæsis.

Sa-

Sacrorum [m] Druidæ positis repetistis ab armis.
[a] Solis nosse deos, & cœli numina vobis,
Aut solis nescire datum: [o] nemora alta remotis
Incolitis lucis. [p] vobis auctoribus, umbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis si cognita) vitæ
Mors media est. certè populi, quos despicit Arctos,
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud urget leti metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis: & ignauum redituræ parcere vitæ.
[q] Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppositi, petitis Romam, Rhenique feroces
Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.
[r] Cæsar, vt immensæ collecto robore vires
Audendi maiora fidem fecêre, per omnem
Spargitur Italiam, vicinâque mœnia complet.
[s] Vana quoque ad veros accessit fama timores,
Irrupitq; animos populi, clademque futuram
Intulit, & [t] velox properantis nuntia belli
Innumeras soluit falsa in præconia linguas.
[u] Est qui, tauriferis vbi se Meuania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas
Asserat, [x] & quà Nar Tyberino illabitur amni
Barbaricas seui discurrere Cæsaris alas:
[y] Ipsum omnes aquilas, collataque signa ferentem,

m ἐφ' τῇ φυσιολογίᾳ, & τῶν ἀθείων φιλοσοφίαν ἀσκοῦντες. ἀκριβέστατοι, &c. Strab. l. 4. horum erat sacrificia curare, jura religionis interpretari, &c. Cæs. l. 6. de bello Gall. magi & sacerdotes Gallorum. Marcellin. l. 15. vide & Cluverium de antiq. Germaniæ. l. 1. c. 24. Mel. 3. c. 3. l. n Propter paradoxa & diuersa à cæteris sapientibus opiniones, de Deo, anima, mundo, &c.

o Vnde & ijs nomen à δρῦς. Plin. l. 16. c. 44.

p Vos asseritis animas è corporibus migrantes non descendere ad inferos: sed orbe alio in alia corpora migrare, atque hinc felices prædicat Septentrionales, qui disciplinâ horum instituti, τὸ πάντων φοβερώτατον, mortem contemnunt, imò appetunt, vt quæ viam ad immortalitatem sternat. Pomp Mela c. 3. l. 3.

q Et vos in præsidijs positi ad cohibendos Chaucos (quos Claudianus ad Stiliconem appellat Chaycos, Frisios Groningenses, Bremenses & Luneburgenses) euocati à Cæsare per. R. deseritis Rheni ripas, & Germaniam à Cæs. pacefactam sequentibus Impp. r Cæsar, euocatis legionibus & subsidijs, qui Iosiis, Pisaurum, Fanum, Anconam cæteraſq; Italiæ vrbes præsidijs firmat. Cæs. l. 1. civ. bel. s Fugæ igitur, & conuersiones omnibus in locis summa trepidatione fieri cœptæ, &c. quum Cæsarem cum vniuersis copijs adesse crederent. Appian. 2. *Arma, cruor cadet, succensa focis*, &c. Petron. t *Fama malum, quo non aliud velocius vllum. A Encid.* 4. Virg. *Fulmen volucer motis conterrita pennis, Fama volat, summique petit iuga celsa Palati.* Petron. u Sunt qui falsò diuinigunt, turmas Cæsaris vastare Vmbriam, cuius oppidum est Mevania *Deuenna*, quam alloit Clitumnus amœnis gratus. x Et qua Nar Vmbriæ fl. prope Interamnia *Teuerna*, quam alluit Clitumnus amœnis gratus. x Et qua Nar Vmbriæ fl. prope Interamnia Spoletanos in Tybrim effunditur. y Imaginantur se videre cum ferocioribus factionem Ipsis Gallis hostibus quos vicerit. vel ferociorem atque altiore ob victos hostes. Tũ militem et multos esse, eosq; audaces, & ad maleficium inferendũ parates, ferebant, quum deuenit, &c. Dio. l. 41. in id genus negocijs omnia magis terribilia referri solent. hinc fuga tumultuaria, &c. Dio. l. 41.

Agmine non vno, denſiſq; incedere caſtris.
Nec, qualem meminêre, vident: maiorque, ſeriſque
Mentibus occurrit, victóque immanior hoſte.
[a] *Hunc inter Rhenum populos Alpéſque iacentes,*
Finibus Arctois, patriáque à ſede reuulſos
Ponè ſequi, iuſſámque ferís à gentibus Vrbem,
Romano [a] ſpectante, rapi. ſic quiſque pauendo
Dat vires famæ: nullóque auctore malorum
Quæ finxêre, timent. nec ſolum vulgus inani
Percuſſum terrore pauet: ſed curia, & ipſi
Sedibus exiliere Patres, [b] inuiſáque belli
Conſulibus fugiens mandat decreta Senatus.
[c] *Tũ quæ tuta petant; & quæ metuenda relinquãt,*
Incerti, quò quemque fugæ tulit impetus, vrgent
Præcipitem populum, ſeriéque hærentia longa
Agmina prorumpunt. [d] credas aut tecta nefandas
Corripuiſſe faces, aut iam quatiente ruina
Nutantes pendere domos. ſic turba per vrbem
Præcipiti [e] lymphata gradu, velut, vnica rebus
Spes foret afflictis patrios excedere muros;
Inconſulta ruit. [f] qualis cùm turbidus Auſter
Reppulit à Libycis immenſum Syrtibus æquor,
Fractáque veliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe [g] magiſter.
Nauitáque, & nondum ſparſa compage carina,
Naufragium ſibi quiſque facit: ſic vrbe relicta
In bellum fugitur. nullum iam languidus æuo
Eualuit reuocare parens, coniúxve maritum
Fletibus, aut patrij, dubiæ dum vota ſalutis
Conciperent, tenuêre [h] Lares: [i] nec limine quiſquam

a Relictis, exteroſque Gallos & Germanos ſequi Cæſarem.
a Neque prohibentes. *Patricii*, vel, ſpectante, nec ſe patriæ direptione contaminante.
b Senatus mandat Conſulibus, *Videant ne quid detrimenti Reſp. capiat, Cæſarem perſequantur, bellúmque gerant, exercitumque conſcribant.* Hi vrbe cœtinò excedunt, Capuamque ad Pomp. profecti, ſummam Imperij ei deferunt.
c Fuit ea fuga omnino turbatum ac tumultuoſum plena. Qui enim vrbe exibant, quidam ſenatorij equeſtriſque ſeriei primarij homines) etſi videbantur ad bellum proficiſci, tamen tenera ea patiebantur quæ captis vrbibus venire. Dio. l. 41 *Hinc fuga per terras, illis magis vtilis probatur, vt patria eſt penates iam tutior, &c. Quantum quiſque timet, tantum fugit.* Petron.
d Vi ſieri ſolet grauiore incendio, aut terræ motu tectis ruinam minante.
e Mente alienata furore metum eorreptos credebant veteres conſpectile in fontibus Nympham aliquam, cuius iræ ſpiritu agitarentur: vide quæ ad Senecæ Medeam, v. 386, cane rabido morſi horrent conſpectam lympham.
f Qualiter tempeſtate deprehenſi gubernator, nauta, vectoreſq; ſe in mare præcipitant: deſerti naui vocib. ſolacioſis, &c. de Syrtibus ſupra v. 387. Et hunc locum explicat Petronius: *Ac velut ex alto quem magno inhorruit Auſter, &c. Hic dat vela fugæ, Fortunæque omnia credit.*
g Conſtat conſcriptis vocis nec peractis de more ſacrificiis fugam corripuiſſe, Plutarch. Cæſ.
h Domeſtici dij, cuſtodes domus, Larez nymphæ & Mercurij filij. *Ille manus trepida tectos trahit: ille penates: Occubuit grauis, &c. Ipſe etiam cupiens vellunt Lares.* Petron.
i Nec quiſquam in diſcedens ſubinde reſpexit, ſed tanquam videndi cupiditate expletus, nec; amplius videre cupiens, abiit.

Hæſit,

Hæsit, & extremo tunc forsitan vrbis amatæ
Plenus abit visu: ruit irreuocabile vulgus.
O faciles dare summa deos, eadémque tueri
Difficiles! vrbem populis, victisq; frequentem
Gentibus, & [k] generis, coëat si turba, capacem
Humani, facilem venturo Cæsare prædam
Ignaue liquêre manus.[l] cùm pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus in oris,
Effugit exiguo nocturna pericula vallo:
Et subitus rapti munimine cespitis agger
Præbet securos intra tentoria somnos.
Tu tantùm audito bellorum murmure Roma
Desereris; nox vna tuis non credita muris.
Danda tamen venia est tantorum danda pauorum:
[m] Pompeio fugiente timent.[n] Tum ne qua futuri
Spes saltem trepidas mentes leuet, addita fati
Peiores manifesta fides: Superiq; minaces,
Prodigijs terras implerunt, æthera, pontum.
[o] Ignota obscuræ viderunt sidera noctes,
[p] Ardentémque polum flammis,[q] cœlóque volantes
Obliquas per inane faces,[r] crinémque timendi
Sideris, & [r] terris mutantem regna cometen.
[s] Fulgura sallaci micuerunt crebra sereno:
Et varias ignis denso dedit aëre formas.
Nunc [t] iaculum longo, nunc sparso lumine [u] lampas
Emicuit cœlo: [x] tacitum sine nubibus vllis

[k] *Hyperbole.*
[l] Romani in agro hostili ab hoste prefixos, vallo & aggere è cespitibus subito opere congesto se tuentur: iam vero vrbem bene munitã & suam sub primum aduentantis Cæsaris motem destruunt.
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris fonitu mortis sibi reliquias
Petron. Arb.
[m] *Emphatice.* Magno illo Pompeio, gentium victore, ciuitatis suæ principe.
Quid tam parua queror? gemino cum Consule Magnus; Ille tremor Ponti, &c.
Pro pudor! Imperij deserto nomine fugit;
Vt Fortuna Iouis Magni quoque terga videret. Petron. Arb.
[n] Poeta ne videatur historicis cedere, portenta etiam & prodigia refert. Quod idem facit Appianus l. 2. de ciu. bell. Monstra, inquit, præterea ac signa cœlestia mentem plerunque territa-

bant. Nam sanguinem pluisse, deorum sudasse simulachra, plurima è cœlo tacta fuisse templa: Mulam etiam peperisse memorant, multaque alia horrenda apparuisse, quæ Reip. interitum, mutationemque portenderent. Supplicationes igitur vt in communi conflagratione deorum essent, &c. [o] Apparebant noctu stellæ non aliis vitæ aut obseruatæ. [p] Cœlum ardere visum, quod sit sublatis in altiora ventis. [q] *Præcipites stellæ passimque volare videntur, Quum vaga per liquidum scintillant lumina mundum: Et tremere longo ne ulcantur crinibus ignes, &c.* Manil. 1. [r] Crinitam stellam, κομήτην, diri ominis, tristis portendentem. *Nunquam pallatum impune cometam.* Claud. τὸ δ' ἐστὶ κομήτης ὅτε δ' ἀκτὶς φέρει. Sed de his adi Meteorologos & Physicos. [s] E nube elisa naturaliter; in sereno non sine prodigio. *Diespiter igni coruisco nubila dicunt: Plerunque per purum fulmina mittit, Ægis equus velocique rotatum turbine plaustrum.* Hor. l. 1. od. 34. [t] ἀκοντίας, βολὰς. subtilioribus commixtis constans, crinique similis. [u] λαμπὰς, candela, fomes rarus & tenuis, in longum & latum diffusus. [x] Sine tonitru, è nube rara vel nulla.

Fulmen, & [7] Arctois rapiens de partibus ignem,
Percussit [z] Latiale caput: stellæq; minores
Per vacuum solitæ noctis decurrere tempus.
[a] In medium venêre diem: [b] cornúque cauato
Iam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe,
Terrarum subita percussa expalluit umbra.
[c] Ipse caput medio Titan cùm ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluítque orbem tenebris, gentésque coëgit
Desperare diem: [d] qualem fugiente per ortus
Sole Thyesteæ noctem duxêre Mycenæ.
[e] Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Ætnæ;
Nec tulit in cœlum flammas, sed vertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus. atra [f] Charybdis
Sanguineum fundo torsit mare: [g] flebile sæui
Latrauêre canes. [h] Vestali raptus ab ara
Ignis, & [i] ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminóque cacumine surgit,
[k] Thebanos imitata rogos. tum cardine tellus
[l] Subsedit, [m] veterémque iugis nutantibus Alpes
Discussêre niuem. [n] Tethys maioribus vndis
Hesperiam Calpen, summúmque impleuit Atlanta.
[o] Indigetes fleuisse deos, Vrbíq; laborem
Testatos sudore [p] Lares, [q] delapsáque templis
Dona sua, [r] dirásque diem fœdasse volucres
Accipimus; siluísque feras sub nocte relictis

7 Quod portentò fit, cum Notus dicatur fulminis fabricator. verùm hoc, vt notet hostes ex Septentrionibus aduentare.

z Capitolium, vel Romam caput Latij, vel ædem Iouis Latialis in monte Albano.

a Apparuere medio die.

b Luna defectu plena iam orbe inflatis fistis & obiecta terræ impedimenta solem videre. *Parua alia plenæ extinxit Cynthia vultus & lucem fratri subduxit.* Petron.

c Sol iam meridionalis deliquium passus est inuentus Lucr. *Ora cruenta Deformis Titan vultus caligine texit.* Petron.

d Sicut olim in ortum conuerso sole, exercitus Atrei abominatus vide Senec. Thyest. & quæ nos ad eius vic.

e Cruentat, vnde sanguinem, fontem, & interdum lapides ædium eruditi Aetna mons Siciliæ, a perenni, paucæque flammæ fastum mihi vt Solitæ est, sol Italiam

versùs inclinatus, quasi mox ciuili bello arsurum. *Iamque Aetna vorat igneis infelix.* Petron.

f Siculum fretum, in quo Charybdis vorago sanguinem ex imo eructauit.

g Scylla saxum in freto Siculo, quam canibus marinis succinctam inguina fingunt, propter vndas cuneatis scopuli allisas & latrare visa, iam flebile quiddam sonuit.

h Ignis Vestalis, de quo supra v. 550. citatis locis.

i Flamma sacrificij quod fiebat Ioui Latiali in monte Albano, cui oppidum nomine pop. Latini in ferijs Latinis quotannis l. 5. v. 400. in duas partes diuisa ascendit. Ambiguum & dissidium portendens.

k Rogi, in quem eundem Etcocles & Polynices filij OEdipi apud Thebas mutuis concisi vulneribus fuerunt coniecti, flamma in duas se partes diuisit, mutui odij testis Stat. 7. 1.

l Diducta in hiatum subsedit.

m Terræ motu agente Alpibus excussa nives.

n Altius inundauit Oceanus occidentalis inter Calpen Hispaniæ promontorium *Gibraltar* & Abylam extremum Mauritaniæ montem, pro quo videtur posuisse Atlanta montem, & *Erisi* prope Herculis columnas.

o Qui ex hominibus inter deos relati sunt.

p Deos domesticos, habitu peregrinationis formatos & caninis pellibus amictos.

q Donaria, anathemata dijs suspensa sponte decidisse.

r Ominosas & nefarias alitum auspicia apparuisse.

Audaces

Audaces media posuisse cubilia Roma.
[c]Tum pecudũ faciles humana ad murmura linguæ
[t]Monstrosiq; hominum partus numeróque modóque
Membrorum; matrémque suus conterruit infans:
Diráque per populum [u] Cumanæ carmina vatis
Vulgantur. tum, [x] quos sectis Bellona lacertis
Sæua mouet, cecinêre deos: crinémque rotantes
Sanguinei populis vlulârunt tristia Galli.
[y] Compositis plenæ gemuerunt ossibus vrnæ.
[z] Tum fragor armorum, magnæq; per auia voces
Auditæ nemorum: & [a] venientes cominus vmbræ.
Quique colunt iunctos extremis mœnibus agros,
Diffugiunt: [b] ingens Vrbem cingebat Erinnys,
Excutiens pronam flagranti vertice pinum,
Stridentésque comas: [c] Thebanam qualis Agauen
Impulit, [d] aut sæui contorsit tela Lycurgi
[b] Eumenis: [e] aut qualem iussu Iunonis iniquæ
Horruit Alcides, viso iam Dite, Megeram.
[f] Insonuêre tubæ, & quanto clamore cohortes
Miscentur, tantum nox atra silentibus auris
Edidit: [g] & medio visi consurgere Campo
Tristia Syllani cecinêre oracula manes:
[h] Tollentémque caput gelidas Anienis ad vndas
Agricolæ [i] fracto Marium fugêre [i] sepulcro.
Hæc propter placuit [k] Tuscos de more vetusto
Acciri vates. quorum qui maximus æuo
Aruns incoluit [l] desertæ mœnia [m] Lunæ,

f Boues lentos, vt bello Pun. 1. & Macedonico Pecudésque locutæ. Virg. 1. Georg.

t Habentes membra plura vel pauciora, diuersa, maiora, &c.

u Sibyllæ Cumanæ carmina.

x Corybantes & Galli numine Bellonæ & Cybeles afflati, sectis sibi humeris & lacertis, rutatoque capite saltantes vaticinabantur tristia. vide quæ nos ad Sen. Med. 3. 4 ceruices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, &c. ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant. Apul. 8. Met.

y Manes, etiam placati, gemuerunt è sepulchris.

z Sic Virg. 1. Georg. *Armorum crepitus, &c.* & Ouid. 15. Met. *Arma ferunt, &c.* quos noster videtur hic imitatus.

a Conspectæ propè vmbræ. Fœdè inter tumulos, atque ossa cadentia hastis Vmbrarum facies diræ fri-

dere minatur. Petron. b Furis per vrbem visis, vipereos concutere crines & flagrantem obvijs intendere facem. *Emergit late Ditis eborum, horrida frimus, Et Bellona minax, facibusque armata Megæra, Letúmque, &c* Petron. Arb. — c — Qualis Agaven stimulauit in cædem filij sui Penthei, — d — aut Lycurgum regem Thraciæ; qui dum Bacchi odio vites excinderet, sua sibi crura præcidit, — e — aut Herculem, qui ab inferis reuersus, immissâ à Junone furiâ correptus vxorem suam & liberos interfecit. Senec. Herc. Fu. f Nocte silentio ditæ tubæ & exercituum concursus clamoresque. g Syllæ manes è sepulchro in campo Martio horrenda suique temporis æmula prædixerunt. h Rutilicis visus Marius emicare è sepulchro. i *Signatè.* Sylla enim reuersus victor Caij Marij reliquias sinu apud Anienem fluuium diuipari iusserat. k Rerum diuinarum atque sacrificiorum peritissimos. namque diuinandi disciplinam, atque ritus ad religionem spectantes, Thusci à Græcis (hi autem à Chaldæis habuerant) percepta Romanis tradidere. l Incolis vacuæ & raræ. m Primi Etruriæ oppidi, cum portu à cuius sinu, Lunæ curuaturam referente, nomen habent vicinum.

n Fulminum euocationes, auſpicium, animi gaudium & velatus callens. ſic Virg. de Heleno, *interpres diuûm, &c. Et volucrum linguas & praepetis omina pennæ.* AEn. 3.

o Aruns primùm iubet prodigia procurari, monſtroſos partus cremari, vrbem luſtrari.

p H. Grotius legit *miſto ſemine*, propter *diſcors natura*, quamuis poſſit de mula intelligi *ſterilis ex viro*.

q Circuitione ſolenni ac purgatione, Amburbio.

r Spatium poſt, pone, vel proximè vrbem, quod neque habitari neque arari fas erat.

ſ Præcedebant Pontifices, rerum quæ ad ſacra pertinent, doctores, conſulti, cuſtodes dicti à ponte ſublicio, quem fieri & reſtitui ab ipſis oportebat.

t Minores ſacerdotes.

u Togâ ſic in tergum rejectâ, vt eius laciniæ reuocata hominem cingeret. à Gabijs Volſcorum opp. mos ortus, cuius cives ad ſubitaneum bellum ita cincti proſecti, redierunt victores. x Numero ſex. y Infulis, ceu vittis, tenijs caput cincta antiſtes Veſtalium max. z Palladium ab AEnea è Troia in Italiam aduectum. a Quindecim viri, quibus Sibyllinos libros cuſtodiendi inſpiciendique poteſtas. b Qui vt Galli Cibeles ſacerdotes matrem deûm Peſſinuntiam in Almone ſl. quo annis lauabant. Ouid 4. Faſt. c Augures 9. d Auſpicatas, quia quæ à dijs miſſa ſunt dextra, nobis ſunt ſiniſtra. *vel* quia Romanis quibus in auſpicijs captandis pars antica erat Meridies, Oriens, melior cœli pars, fuit ſiniſtra. e Septemuiri Epulones, quibus lautorum epulare ſacri ſcium curæ erat.

f Apollinis ſac. à titijs auibus, quas obtinuare ſoliti ſunt, dicti. alijs, à Tito Tatio. Tacit. 2. Annal. g Salij 12. Martis ſacerdotes, ancilia, h. e. ſcuta (è quibus vnum è cœlo cecidiſſe fertur, regnante Numâ, imperio fatale) geſtantes, ſaltanteſque. h Flamines præcipui tres, Dialis, Martialis, Quirinalis, quaſi flamines dicti quòd licio in capite velati erant ſeruato, ac capiti cinctum habebant filo Var. l. 4. de LL. à Pileo, Putarch. à flamma. ſacra ea eſt lanula, Dionyſ. 2. vel à flammeo, velamento capitis, Ioſ. Scal. in Varron. à virga lanata. l Diſperſos ignes & fulgura in vnum redigit, tacitâ cum prece terræ condit. & locum appellat Bidental, vide quæ not. ad Perſij Sat. 2. v. 27. Ex cœli regionibus, inquit H. Grotius. Cic. *Cœli deſcripta regionibus rata temperatio.* l Taurum egregium & eximium. m Fronti victimæ

Cæperat, [n] obliquóque [o] molas inducere cultro:
[p] Impatiénsque diu non grati victima sacri,
Cornua succincti premerent cùm torua ministri,
Depositó victum præbebat poplite collum.
Nec cruor emicuit solitus: sed vulnere largo
Diffusum rutilo nigrum pro sanguine [q] virus.
Palluit attonitus sacris [r] feralibus Arruns:
Atque iram Superûm raptis quæsiuit in [s] extis.
[t] Terruit ipse color vatem: [u] nam pallida tetris
Viscera tincta notis, gelidóque infecta cruore
Plurimus aspersó variabat sanguine liuor.
Cernit tabe iecur madidum: venásque minaces
Hostili de parte videt, pulmonis anheli
Fibra latet, paruúsque secat vitalia limes.
Cor iacet: & saniem per hiantes viscera rimas
Emittunt: prodúntque suas omenta latebras.
Quódque (nefas) nullis impunè apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis, pars ægra & marcida pendet:
Pars micat, & celeri venas mouet improba pulsu.
His vbi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat: Vix fas Superi quæcunque [x] monetis
Prodere me populis: [y] neque enim tibi summe litaui
Iuppiter hoc sacrum: * cæsíq; in viscera tauri
Inferni venêre Dei. non fanda timemus:
Sed venient maiora metu. Dïy visa secundent,
[z] Et fibris sit nulla fides, || sed conditor artis

n Transuersò. vel suppositò. vide Thyest. Sen. v. 692.

o Salsis fruges, hoc deum sale mistum, quo frons victimæ, focus & culter aspergebantur.

p Si hostia aris admota refugeret, reluctaretur, mugitum icta daret, aut non placidè caderet, ingratum censebatur sacrificium.

q Tetra & virulenta sanies.

r Funestis, exitialibus. *feram* enim antiqui mortem dixerunt.

s Exta sunt, quæ ex visceribus sacrificantur dicta. vide quæ nos ad Sen. Thyest. v. 705 quæ eadem & *viscera* dici videntur, Oedip. Sen. v. 332 & 350

t Videt enim exta maculosa, gelida, liuida, tabida, putrida.

u Aruspices imaginatione diuidebant iecur in suas partes *familiarem* & *hostilem*. deinde ex vtriusque partis habita, plenitudine, colore, &c. conijciebant quid nobis, quid hosti esset enectarum. Cic. 2. de diuin. *Quæ pars inimici, quæ pars familiaris esset. Fissi familiare & vitale tractant.* Apparet duplex fissum fuisse vnum *familiare*, vt opinor, in sectis alterum *vitale* in alijs extis, vt pulmone: de quo Lucanus, *Paruúsque secat vitalia limes.* Fissum etiam vnum erat nostrum, alterum hostium, eratque, vt conijcio, linea quædam & limes, qui fibras in extis, vt iecore medio, bipartitò secabat & dirimebat. Erat & duplex in iecore caput, vnum nostrum, alterum adversariorum. Lucan. *Ecce videt cap.* Hæc Turnebus l. 5. Adversar. c. 18. & l. 11. c. 17. Hîc autem ab hostili parte (Cæsilicet) læta omnia; à familiari (Romæ sc. Pompeiique) infausta conijcit. x Al. *monuit.* y Video me non litasse, i. non placasse Iouem hac hostiâ ingratâ, cuius extis dij iras suas ostenderunt: vel placulari, qua ratum est. forte quòd toni taurum immolari negant, vide quæ ad Sen. Medeam v. 61. & Fast. Fu v. 196. — * —Omnia verò apparuere tristia, ac si dijs inferis litatum Virg. 4. Æn. Tuus Stygio regi, &c. z Et fallat aruspicina ars. — || —neque fides habeatur Tagi auctis huius inuentori. hunc autem è sulco in agro Tarquiniensi natum puerili specie docuisse Etruscos aruspicinam, refert Cic. 2. de diuin. & Ouid. 15. Met.

Finxe-

Finxerit ista Tages, flexu sic [a] *omina Tuscus*
Inuoluens, multaque tegens ambage canebat.
At [b] *Figulus, cui cura* [c] *deos, secretaque cœli*
Nosse fuit, [d] *quem non stellarum Ægyptia Memphis*
Æquaret visu, numerisq; mouentibus astra,
[e] *Aut hic errat (ait) nulla cum lege per æuum*
Mundus, & incerto discurrunt sidera motu:
Aut, [e] *si fata mouent, orbi, generiq; paratur*
Humano matura lues. [f] *terræne debiscent,*
Subsidentque vrbes? an [g] *tollet feruidus aër*
Temperiem? [h] *segetes tellus infida negabit?*
[i] *Omnis an infusis miscebitur vnda venenis?*
Quod cladis genus, ô Superi? qua pestе paratis
Sæuitiam? [k] *extremi multorum tempus in vnum*
Conuenêre dies. [l] *summo si frigida cælo*
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes;
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres,
Totaque diffuso latuisset in æquore tellus.
[m] *Si sæuum radijs* [n] *Nemeæum Phœbe Leonem*
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succensusque suis flagrasset curribus æther.
[o] *Hi cessant ignes.* [p] *tu qui flagrante minacem*
Scorpion incendis cauda, chelasque peruris,
Quid tantum Gradiue paras? nam [q] *mitis in alto*
Iuppiter Occasu premitur, [r] *Veneriq; salubre*
Sidus hebet, [s] *motuque celer Cyllenius hæret,*
Et [t] *cœlum Mars solus habet. cur signa meatus*
Deseruêre suos, mundoque obscura feruntur:

a Al. omnia.
b Nigidij Figuli Pythagorici summi astrologi meminit Cic. A Gellius lib. 14. & Euseb.
c Stellas, quæ nonnullis dij, vel deorum munera, ex stellis.
d Qui siderum obseruatione indefessi; ex ijs præsidia præbebat Ægyptios astrologos, ait autem Memphi nobilissima Ægypti ciuitas. Cairo.
e Si cœlum hoc volutur certâ lege & prouidentiâ diuinâ, neque fortuitò & casu (vt volunt stulti) errat; si efficaciâ & influxu suo superiora illa & cœlestia corpora agant in hæc inferiora: magna certè instat terrarum orbi iacturæ, quæ clades. At quænam illa?—
f —Terræne hiatus?—
g —An pestis ex aëris corrupti intemperie?—
h —Veram famem è terræ sterilitate—
i —An ex aquâ veneno infectâ & corruptâ lues?
k Exitiales è multis aspectus conspirantes in hoc vnum tempus, vt sit detestissimum.
l Si Saturnus obtineret in summo cœli medio, Aquarium qui vna est è sedibus Saturni, diluuium timeretur, quale fuit tempore Deucalionis. *Quod tamen Olympiadorum fieri posse negat nisi magni anni hyeme, vbi eorum plurima coniunctio sunt in hyberno signo: piscibus aut Aquario.* m Si sol deprehensus esset in Leone vt propiùs ire periculum esset, ne conflagraret mundus. *Nosse hoc sit nisi magni anni ejus.* Verebus Lat. 2. n Leonem ab Hercule in Nemæa sylua interfectum, & in stellas relatum. o Veram hi plurimæ non ita deprehenduntur — p — sed tu O Mars, in Scorpio, cuius chelæ in Libram extenduntur, dominate, quæ bella paras? q Benigna lenis stella in casa seu delectione sua prætinet. r Salutaris stella Veneris, languet inert, retundit. s Mercurius sibi celer, hic luret hebetque. t Mars solus dominus anni, in 10 regione signor. um cœlum teneus in Scorp. exteris planetis destitutis propriâ sui sede, & hominibus, pernoctabis producetque suos ut fictus, bella nolanis.

En-

Ensiferi [u] nimium fulget latius Orionis?
Imminet armorum rabies: [x] ferrique potestas
Confundet ius omne manus: scelerique nefando
Nomen erit virtus: [y] multosque exibit in annos
Hic furor. [z] & Superos quid prodest poscere finem?
Cum domino pax ista venit. duc Roma malorum
Continuam seriem: clademque in tempora multa
Extrahe, ciuili tantùm iam libera bello.
Terruerant satis hæc pauidam præsagia plebem:
Sed maiora premunt. [a] nam qualis vertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo:
Talis & attonitam rapitur matrona per vrbem,
Vocibus his prodens vrgentem pectora Phœbum.
Quò feror ô [b] Pæan? qua me super æthera raptam
Constituis terra? [c] video [d] Pangæa niuosis
Cana iugis, [e] latosque Aemi sub rupe Philippos.
Quis furor hic, ô Phœbe, doce: quæ tela, manúsque
Romanæ miscent acies, bellúmque sine [f] hoste est?
Quò diuersa feror? [g] primos me ducis in ortus,
[h] Quà mare Lagei mutatur gurgite Nili.
[i] Hunc ego, fluminea deformis truncus arena
Qui iacet, agnosco: dubiam super æquora [k] Syrtim,
[l] Arentémque feror. [l] Libyen, quò tristis Erinnys
Transtulit Emathias acies. [m] nunc desuper Alpis
Nubiferæ colles, atque aëriam Pyrenen

u Stella primæ magnitudinis in dextro humero, tres secundæ magn. in baltheo Orionis, &c nimio fulgore portendunt belli ardorem.
x Suprà v. 2. huius libri.
y Durauit quinquies pene annos bellum ciuile.
z Neque fas est, neque è Rep. votis expoſcere finem huius belli, qui non detur sine oppreſsione libertatis extendatur itaque hoc bellum vtcunque miserum vt vel sic fruamur libertate.
a Nam matrones, non leuius quàm solent Thyiades mulieres furore Thebani Bacchi correptæ per montes Theſſaliæ ferri, Phœbi afflatu agitata, sic vaticinata est.
b Apollo Δωτὼ τῶν ὀνείων, vel παυδοσυνίας τοῦ πόνου. vel ab acclamatione Latonæ cæso Pythone ἰὴ παιάν.
c Ita Dis apud Pe-

tronium: *Cerno equidem gemina iam ſtratos morte Philippos, Theſſaliæque rogos, & ſumere genus Iberæ, &c.* d Iuga montem Thraciæ: &— e — Philippos ciuitatem ad radicem AEmi montis Thraciæ. *Vbi videtur noſter innuere, pugnatum eſſe inter Pompeium & Cæſarem, quod & à pleriſque aliis auctoribus factum eſt, à Virgilio 1. Georg. Romanas acies iterum videre Philippi.* Ouid. 15. Met. *Pharſalia ſenties iterum, AEmathiique iterum madefient cædibus campi.* & Floro L. 4. c. 2. *Et Philippicis campis, vrbis, imperij, generis humani fata commiſſa ſunt.* Locutis interim de pugna Pharſalica inter Pomp. & Cæſ. At malè confunduntur Philippi & Pharſalia, longè inter ſe diſsita. Apud Pharſalum quidem in Theſſalia victus eſt Pompeius à Cæſ. Apud Philippos in Thracia deuicti Brutus & Caſſius poſtea ab Antonio & Octauio. f Externo. *Hoſtis* apud maiores noſtros dicebatur, quem nunc *peregrinum* dicimus. Cic. v. Off. g AEgyptum inuit, quò fugientem poſt Pharſalicam pugnam Pompeium Cæſar ſecuturus erat. h Quà ſeptem oſtijs in mare lapſus coloremeius & ſuperſtem morat Nilus fl. AEgypti quondam regnata Ptolomæo Lagi F. Lib. v. 491. i Pompeium, ab Achilla iuſſu Ptolomæi obtruncandum. k Supra v. 367. l In Africam, quò ſe recipient qui pugnæ Pharſalicæ ſuperfuerint. m Expeditionem Cæſaris per montes Pyrenæos in Hiſpaniam deſignat, expugnatui Petreium & Afranium, duos Pompeij filios ad Mundam.

Ab-

a Cæsar Romam ineuntes Reipublicæ sistunt.

b Interficiuntur Cæsar in senatu.

c Octauius & Antonius vltuti Cæsaris parricidæ Brutum, Cassium, &c.

d Athenas, Asiam, Aegyptum, quò se, deuictis ad Philippos Cassio & Bruto, conferet Antonius, & ipse mox ab Octauio superandus nauali pugnâ ad Actium.

Abripimur. a *patriæ sedes remeamus in vrbis*
b *Impiáque in medio peraguntur bella senatu.*
c *Consurgunt patres iterum,* d *totúmque per orbem*
Rursus eo. noua da mibi cernere litora ponti,
Tellurémque nouam: vidi iam Phœbe Philippos.
Hæc ait: & e lasso iacuit defecta furore.

e Cæsi sunt & vulnerati quamplurimi. Virg. 6. Aen.

M. ANNÆI LVCANI LIBER SECVNDVS.

a Monstra primum ac prodigia solicitudinem, & curam Senatui quid hæc portenderent, iniecerunt: bella mox ex auspicijs, aliorúmque Pharsalici vaticinij præsicta timorem & consternationem incutiunt, loca itaque precantur pontifices, ut liceat sortes sumere vel è portentis deorum, vel è præsagijs hominum præcire, siquæ ex animo mœrens prisquam è fato fiant.

b Continuò clades hominum venturas, quæ dirum Auspicijs patuere deûm, &c. Petronius.

c Sive (ex sententia Stoicorum) omnia regantur fatali necessitate, & legibus quæ ab orbe condito posuit Deus, quas semel iussit, quibus semper paret; sive, vt volunt Epicurei, casu & temere cuncta euenirent: Scitu tamen vtile & Christiano dignum, futura Stadium Theb. 7 *Sapere fas condere aulis* &c. Cic. Div. præscientia malorum cui præsidet & curat non potest, humilis est diuinitatis. Vide & dissertationem Fauorini apud A. Gellium, l. 14. c. 1. Senec. epistola 8. Bertium. d Tutæ decorum. e Al. *furis.* f Postquam igitur ex ostentis & vaticinijs innotuit quantas clades allatura esset prodigiorum certitudo: g indicta est iuris diuinique statio ceu immunibus, quod non nisi in publica calamitate, luctu aut nec. fuisse solet. g Al. *Ordi.*

Consta-

Constatura fides Superûm, ferale per vrbem
Iustitium:[h] *latuit plebeio tectus amictu*
Omnis honos: nullos comitata est purpura fasces.
Tum questus tenuêre suos, magnúsque per omnes
Errauit sine voce dolor.[i] *sic funere primo*
Attonitæ tacuêre domus, cùm corpora nondum
Conclamata iacent, nec mater crine soluto
[k] *Exigit ad sæuos famulorum brachia planctus:*
[l] *Sed cùm membra premit fugiente rigentia vita,*
Vultusq́; exanimes, oculósque in morte[m] *iacentes;*
[n] *Nec dum est ille dolor, sed iã metus: incubat amẽs,*
Miratúrque malum.[o] *Cultus matrona priores*
Deposuit: mœstæq́; tenent delubra cateruæ.
Hæ lacrymis sparsêre deos, hæ pectora duro
Afflixêre solo: lacerásque in limine sacro
Attonitæ fudêre comas: votisq́; vocari
Assuetas crebris feriunt vlulatibus aures.
[p] *Nec cunctæ summi templo iacuêre Tonantis:*
[p] *Diuisêre deos:*[q] *& nullis defuit aris*
Inuidiam factura parens. quarum vna madentes
Scissa genas, planctu liuentes atra lacertos,
Nunc, ait, ô miseræ contundite pectora matres,
Nunc laniate comas, néve hunc differte dolorem,
Et summis seruate malis:[r] *nunc flere potestas*
Dum pendet fortuna ducum: cùm vicerit alter,
Gaudendum est. his se stimulis dolor ipse lacessit.
Nec non bella, viri,[s] *diuersáque castra petentes*
Effundunt iustas in numina sæua querelas.
[t] *O miseræ sortis, quòd non in Punica nati*

h Magistratus omnes sumpserunt plebeios habitus, neque à vulgo differebantur veste. Ipsi Consules exuebant purpuram.

i Quasi dolore fient stupenóque qui animam iam exhalanti adstant, vbi verò expirauit conclamabant & nomine ter vocatum iubebant æternum valere. *Salue mi maxime Patla. Alternisque vale,* Virg. 11. Æn.

k Tanquam puellæ modum luctus & planctus signa dat. vide quæ ad Sen. Troad. v. 85.

l Cùm verò mater in extremo quasi amplexu premit membra rigm. Al. *suorum.*

m Micyllus suspicatur hæc esse transposita, legendumque: *Nec dum est ille mortuus, sed iam dolor,* q. d. omnes iam vitæ spe deplorati metũ in dolorem abijsse.

o Sic iam matres vestis mutatione, planctu, sparso crine, luctu, supplicatione dolorem velut in publica calamitate testantur.

p Sed aliæ alia deorum templa petebãt.

q Dijs, qui non exaudirent supplices. Inuidiam alicui facit qui eius sæuitiam in odium adducit. *Ante ipsa, quo mors foret inuidiosior, aras.* Quid Met. 7. vel, Ne inuidium & indignationem dijs inter se moueret omnes frequentauit aras, nullis defuit. Copulatiuã se pro disiunctiua positã, vt supra monui l. 1. v. 252. quandoque pro negatiua, præcedente negatione, quod nostro vsicatum, infra v. 237. l. 1. v. 502.

r Licet indulgere lacrymis & dolorem luctu fouere, quandiu neuter vicerit, at cùm alter vicerit, vel ex animo vel simulatè gaudendum est.

s Alterutra alij Pompeiana, alij Cæsariana.

t O felices illos, quibus contigere hostes æterni, vtcunque crudeles, & quibus nostris temporibus Punicorum bellorum contigit æquitate, vel clade Cannensi, in qua perijt P. Æmilius Cos. cum 45000 Rom. vel ad Trebiam fl. vbi L. Sempronius Cos. magna clade ab Annibale victus fuit. miseros nos, qui in hæc ciuilis belli tempora incidimus.

Tem-

Tempora Cannarum ſiuimus, Trebiæq́, iuuentus,
Non pacem petimus Superi: date gentibus iras:
Nunc vrbes [n] *excite feras: coniuret in arma*
Mundus: [x] *Achæmenijs decurrant Medica Suſis*
Agmina: [y] *Maſſagetas Scythicus non alliget Iſter:*
Fundat ab extremo [z] *flauos Aquilone* [z] *Suēuos*
[b] *Albis, &* [c] *indomitum Rheni caput: omnibus boſtes*
Reddite nos populis: ciuile auertite bellum:
Hinc [d] *Dacus premat, inde* [d] *Getes:* [e] *occurrat Iberis*
Alter: ad Eoas hic vertat ſigna pharetras.
[f] *Nulla vacet tibi Roma manus,* [g] *vel perdere nomē*
Si placet Heſperium Superi, collapſus in ignes
Plurimus ad terram per fulmina decidat æther.
Sæue parens vtraſque ſimul partéſque ducéſque,
[h] *Dum nondum meruēre, feri. tantóne nouorum*
Prouentu ſcelerum quærunt, vter imperet [i] *vrbi?*
[k] *Vix tanti fuerat ciuilia bella* [l] *moueri,*
Vt neuter. Tales pietas [m] *peritura querelas*
[n] *Egerit:* [o] *at miſeros angit ſua cura parentes,*
Oderuntque grauis viuacia fata ſenectæ,
Seruatóſque iterum bellis ciuilibus annos.
[p] *Atque aliquis magno quærens exempla timori,*
Non alios, inquit, motus tunc fata parabant,
[q] *Cùm poſt Teutonicos victor, Libycoſq́, triumphos*
[r] *Exul limoſa Marius caput abdidit vlua.*

a Aduerſus nos.
z Contra nos venient Parthi è Suſis ciuitate Perſidis, Ll. v. 324. Perſæ autem & Medi confulè ponuntur pro Parthis gentibus R. nominis hoſtibus, apud quos Craſſus cum filio & exercitu nuper perierant.
y Neque Iſter prohibebit Scythas & Sarmatas quomlibet in nos irruant. Ad Maſſagetas verò non peruenit Iſter, neque è Scythia fluit.
z Bauaros, Polonos, Pomeranos, quibus cæſaries flaua.
b Hæc Germaniæ ſ. è montibus Bohemiæ ortus.
c Rhenum duos habet fontes inter Rhætos, quos Auguſtus coercuit, non domuit. Sueton.
d Sarmatiæ Europeæ pop. *Walachi, Moldani, Tranſylmani.*
e Occupentur Pompeius & Cæſar exteris bellis, alter in Hiſpanos, alter ducat legiones in Parthos pharetratos. f Omnes gentes Romam vndique hoſtili animo petant. g Si vobis ô Superi decretum ſit funditùs perdere R. nomen, veſtra manu peteat, fulmine cœlitùs in terras miſſo. h Antequàm ciuili polluantur ſanguine. i Al. *Orbi.* k Ciuile bellum non erat mouendum, vt neuter impiè. pro ipſa etiam libertate mouendū. l Al. *mouere.* m Nil profuerit. n Effundit ab *egero, is.* o Senes de legibus fatorum queſtos & nimio de ſtamine, quòd hęc in tempora durent, quod facinus admiſerint dignum tam longo æuo. Iuv. 10. f.
p Atque aliquis ſenum expreſſurus præſentem calamitatem, repetit ciuilis inter Marium & Syllam belli faciem, cui hanc confert. Audi Dionem l. 41. Iam cùm iras cupiditatesque eorum qui Romam petebant, ſecum expenderent, memoriaque repeterent mala ſuperiorum temporum, quæ partim ipſi tulerant, partim ex alijs audierant, cogitantes quæ & quanta Marius et Sylla edidiſſent facinora, nihil de Cæſare moderati ſibi pollicebantur: ſed longè plura atque atrociora metuebant, quòd eius milites maiori ex parte barbari erant. q Poſtquam triumphaſſet de Iugurtha ſubacta Numidia & poſtea de Cimbris & Teutonibus. ſup. l. v. 1 53. r C. Marius inuidem Cor. Syllæ gloriam traditi à Bocchо Iugurthæ; & ambitione ardens, dolitum Syllæ contra Mithradatem expeditionem, & imperium abrogare per Sulpitium tribunū conatus, Syllam, qui adhuc in Campania ſocialis belli reliquias perſequebatur, irritauit. Hic Itaque exercitu Romam ducto, Vrbem ingreſſus, denictos aduerſarios ex S. C. hoſtes iudica-

Stagna

Stagna [f] auidi texêre soli, [t] laxæq; paludes
[u] Depositum Fortuna, tuum: mox vincula ferri
Exedêre senem, longúsque in carcere pædor.
[x] Consul, & euersa felix moriturus in vrbe
[y] Pœnas antè dabat scelerum. [z] mors ipsa refugit
Sæpe virum, frustráque [a] hosti est concessa potestas
[b] Sanguinis inuisi. primo qui cædis in ictu
Diriguit, ferrúmque manu torpente remisit;
Viderat immensam tenebroso in carcere lucem,
Terribilesq; [c] deos scelerum: [d] Mariumq; futurum:
Audierátque pauens: Non hæc contingere fas est
Colla tibi: debet multas hic [e] legibus æui,
Ante suam, mortes: [f] vanum depone furorem.
Si libet vlcisci deletæ funera gentis,
[g] Hunc Cimbri seruate senem. [h] non ille fauore
Numinis, ingenti Superûm protectus ab ira,
Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens. [i] idem pelago delatus iniquo
[k] Hostilem in terram, vacuisq; mapalibus actus,
[l] Nuda triumphati incubuit per regna Iugurthæ.
Et Pœnos pressit cineres. [m] solatia fati
Carthago, Mariúsque tulit: paritérque iacentes

tos vrbe expulit. Elapsus fugâ Marius, in Minturnensium paludibus, demersus calamis & palustribus herbis tectus delituit. hinc emergens equitum strepitu territus, ab ijs quos Geminianus miserat deprehensus, Minturnas in custodiam, vt publicè necaretur, abreptus est.

f Bibull.

t Quæ Marium demersum admiserunt.

u Reseruatum ad septimum Consulatum.

x Cos. septimum iam turus & vltrò vltroque hostium moriturus in vrbe.

y Tales iam pœnas eorum scelerum quæ perpetraturus erat postmodo Romam reuersus.

z Camillæ Minturnenses, Cimbrorum Gallus, ingressus carcerem tenebricosum percussurus Marium, vidit ignem ex oculis Marii emicantem, audijtque vocem: *Vtne homo Marium interficere audes?* Territus fugit Cimber. & Minturnenses miseratione & reuerentia viri quondam vindicis Italiæ ducti Marium dimisere. a Cimbro, olim è numero hostium à Mario deuictorum. b Marij, quem vltorem oderat. c Furias, Deas scelerum. d Mortis. Dij autem vtriusque sunt generis. e Mortis futurum sæ crudelem vltorem. f Cupiditatem mei interimendi. g Me sequuturum in Romanos, & inferias ex illis relaturum ciuibus tuis ab ijs cæsis. h Non illum seruabant dij quòd Mario fauerent, sed quòd Romæ irascerentur, hoc essero vino vsui pro suo flagello. i Marius à Minturnensibus dimissus, iter mare versus per deuia corripuit, se in scapham conijcit, insurgente tempestate gubernaculo frangit, delatus est ad insulam Meninga, vbi receptis quibusdam socijs, auditóque filium suum cum Cethego saluos in Africa esse ad Hiempsalem, & ipse ad agrum Carthaginensem traiecit. ibi interdictus à Sextili prætoris lictore, ne in Africa pedem poneret. *Renuncia*, inquit Marius, *prætori, vidisse te C. Marium exulem in ruderibus Carthaginis sedentem, haud malè fortunam tuæ vrbis, & fuarum vicissitudinem in exemplum ei proponens.* Plutarchus. *Et Cimbrum in Mario, Mariumque in Cimbro videbam: Quid Consul totiens, exulq; ex exule Consul? Et iacuit Libycis cumpar laffura ruinis, &c.* Manil. 4. k Cui interdicebatur à Prætore, hostis declaratus. vel, Mario infesto, qui eum subegerat. l *Hypallage*. ipse nudus, vel desolatus, locoli vacua, aut rura. m Carthagini solatio erat Marius huc miseriarum adactus: Mario, hoc solo, tantæ vrbis quidlam & ruina.

Igno-

Ignouêre deis.[n] *Libycas* [o] *ibi colligit iras.*
[p] *Vt primùm fortuna redit: seruilia soluit*
Agmina: [q] *constato sæuas ergastula ferro*
Exeruêre manus.[r] *nulli gestanda dabantur*
Signa ducis, nisi qui scelerum iam fecerat vsum,
Attulerátque in castra nefas. prò fata! quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia victor
Corripuit? quantóque gradu mors sæua cucurrit?
[s] *Nobilitas cum plebe perit: latéque vagatur*
Ensis: & à nullo reuocatum est pectore ferrum.
[t] *Stat cruor in templis: multáque rubentia cæde*
Lubrica saxa madent. nulli sua profuit ætas:
[u] *Non senis extremum piguit vergentibus annis*
Præcipitasse diem: nec primo in limine vitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuêre mereri?
Sed satis est iam [x] *posse mori. trahit ipse furoris*
Impetus: &, visum est [y] *lenti, quæsisse nocentem.*
[z] *In numerum pars magna perit: rapuitq; cruentus*
Victor ab ignotæ vultus ceruicis recisos,
Dum vacua pudet ire manu.[a] *spes vna salutis*
Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.
Mille licèt gladij mortis noua signa sequantur,
[b] *Degener ô populus, vix secula longa decorum*
Sic meruisse viris, nedum breue dedecus æui,
Et vitam, dum Sylla redit. Cui funera vulgi
Flere vacet? [c] *vix te sparsum per viscera Bæbi*
Innumeras inter carpentis membra [d] *coronæ*

n Efferat, immanes, quales solent esse barbarorum.

o *Marius clade maior: siquidem carcer, caterua, fuga, exitium horrificauerant dignitatem.* Florus l. 3. c. 21.

p Cum C. Cinna Cos. ad populum referret de reuocandis quos Senatus, ita volente Sylla, hostes iudicauerat, & de adscribendo nouorum ciuium x. tribus veteribus xxxv, à diis identibus Coss. in media vrbe disceptatum est. Cinna Vrbe pulsus à Cn. Octauio collega, solicitat vrbes Italicas, vires vndique contrahit seruis etiam ad libertatem vocatis, reuersum Marium sibi iungit, quadruplici agmine vrbem intrant Cinna, Marius, Carbo, Sertorius, in aduersarios desæuiunt.

q Municipis & caterua soluti serui modò ergastulis clausi, capessiunt arma.

r Nemo apud Marium in honore alicuius erat, nemo signifer, nisi qui scelere insignis esset, veniebatque nefarius in militiam.

s Lege Appianum de hac re l. 1. de ciuili bell. Florum l. 3. c. 21. Plutarch. Mar. t Nequis parcebatur qui ad templa & aras confugerant. u Etiam senibus alterum iam pedem in Charontis cymba habentibus mortem accelerabant. x Accepisse animam quam amittant. y Ignaui. z Promiscuè tam innocentes quàm nocentes, ignoti pariter ac noti cadunt, augendo dentarat numero. a Decerat quippe hoc suis signum, vt interficerent quoscunque ille non resalutasset, quibus salutantibus nihil respondere, aut quibus manum osculandam non porrexisset. *Signum pacis erat dextram tenuisse tyranni.* b O degeneres! qui, licèt vndique morte minitentur stricti gladij, valint tam turpi osculi obsequio debere ætatem vel longissimam: multo minus redimere breuem in vita eaque ignominiosa moram, vsque dum reuersus Sylla & hos qui vitam Marij munere habent, perimat. c Vix mihi vacat flere te à Bæbi, manibus militum & turbæ discerptum. d Turbæ, multitudinis congestio te.

Discessisse

[e] *Discessisse manus: aut te* [f] *præsage malorum*
Antoni, cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles festæ rorantia mensæ
Imposuit. truncos lacerauit [h] *Fimbria* [i] *Crassos.*
Seua [k] *Tribunitio maduerunt robora tabo.*
Te quoque neglectum violatæ Scæuola dextræ
Ante ipsum penetrale deæ, semperque calentes
Mactauêre focos: paruum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisque [m] *pepercit.*
[n] *Septimus hæc sequitur, repetitis fascibus, annus:*
[o] *Ille fuit vitæ Mario modus, omnia passo,*
Quæ peior fortuna potest, atque omnibus vso,
Quæ melior: P mensoq; homini quid fata pararent.
Iam quot apud [q] *Sacri cecidêre cadauera portu?*
Aut Collina tulit stratas quot porta cateruas,
[r] *Tunc cùm penè caput mundi, rerumque potestas*
Mutauit tralata locum, Romanáque Samnis
Vltra Caudinas sperauit vulnera Furcas?
Sylla quoque immensis accessit cladibus vltor.
Ille quod exiguum restabat sanguinis Vrbi
Hausit, [s] *dumq; nimis iam putrida membra recîdit,*
Excessit medicina modum, nimiúmque secuta est,
Quà morbi duxere, manus. [t] *perière nocentes;*

e Legitur & *Discerpsisse.*
f Qui calamitatem illam multò ante Metello prædixerat.
g M. Antonij clarissimi oratoris, qui immissos ad trucidandum illum percussores eloquentiâ demulserat, caput abscissum Annius Trib. detulit ad Marium cœnantem, qui caput illud per summam animi ac verborum insolentiam aliquandiu contrectatum rostris deinde affigi iussit. Val. Max. l. 9. c. 2. Cic. 2. de Oratore.
h Fimbriæ Marij miles.
i Patrem & filium in mutuo alterum alterius aspectu. Florus l. 3 c. 21. filium à patre in fuga interfectum ne in militum insequentium manus veniret, refert Appian.
k Locus ille in carcere, vnde malefici præcipitabantur, maduit sanguine Licinij Tribuni magistratus sacrosancti. *Alij exp.* Rostra vnde Tribuni perorabant, maduisse sang. Florus hoc ad Marium filium refert. l Mocius inquit, Scæuola pontifex max. Vestales amplexus aras tantùm non eodem igne sepelitur. Extra Marij vt modò, v. 113. m Non extinxit, vt cui parùm esset sanguinis. n Septimus C. Marij Consulatus, namque inter sextum & septimum intercedebant 13 anni. o Intra dies quàm ierat consulatum tredecim, morbo lateriali & insaniâ obijt annos natus 70. p Experto omnes casus quos homini fata decreuissent. q Ad Sacriportum, haud procul à Præneste, C. Marium (C. Marij filium, siue nepotem, incertum) Sylla fudit cum autem Prænestè fugisset, obsidioni eius Sylla delegauit Luc. Ofellæ. Marius cum per cuniculum capturet euadere, inhibitus, mortem sibi conscivit in cuniculo, cum fugæ comite stricto gladio occurrens, &c. Sylla Lamponium & Telesinum Samnitium duces, qui ad Cos. obsidione exuendum aduenerant, ad decimum à Porta Collina stadium consecutus magnâ strage fudit. *Apud Sacriportum & Collinam 70 amplius millia Sylla concidit.* Florus. r Promiserat Marius Samnitibus, qui à suis partibus steterant, se tralaturum caput Imperij à Romanis ad Samnites, qui iam spem conceperant se maioti clade pressuros & missuros sub graniori iugo Romanos, quâ olim T. Veturium & Sp. Posthumium ad Furcas Caudinas, Saltum abruptum in Appulia, vbi Romani à Samnitibus sub iugum missi Liu. 9. s Cum aduersarijs & sediciosis optimos ciues tollit, velut acrior chirurgus qui membra syncera & sana cum putridis & corruptis excidit. t Hinc illud Metelli: *Statuæ tantùm quas perditurus sit*, hinc 40 Senatores, Equites 1600 vnâ tabellâ proscripti. & vox illa Furidij: *Viuere aliquos dolere, quem inspexerit.*

Sed cùm iam soli possent superesse [u] *nocentes.*
Tunc data libertas odijs, resolutáque legum
Frænis ira ruit. non vni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisque nefas. semel omnia victor
Iusserat. infandum domini per viscera ferrum
Exegit famulus: nati maduêre paterno
Sanguine. [a] *certatum est, cui ceruix cæsa parentis*
Cederet: in fratrum ceciderunt præmia fratres.
[b] *Busta repleta fuga, permistáque viua sepultis*
Corpora: nec populum latebræ cepere ferarum.
Hic laqueo fauces, elisáque guttura fregit:
Hic se præcipiti iaculatus pondere dura
[c] *Dissiluit percussus humo: mortésque cruento*
Victori [d] *rapuêre suas: hic* [e] *robora busti*
Extruit ipse sui, nec dum omni sanguine fuso
Desilit in flammas, & dum licet, occupat ignes.
[f] *Colla ducum pilo trepidam gestata per vrbem,*
Et medio congesta foro: [g] *cognoscitur illic*
Quicquid vbique latet scelerum. [h] *non Thracia tantum*
Vidit [i] *Bistonij stabulis pendere tyranni;*
Postibus Antæi Libye; nec Græcia mœrens
Tot lacteros artus [k] *Pisæa fleuit in aula.*
Cùm iam tabe fluunt, confusáque tempore multo
Amisêre [l] *notas, miserorum dextra parentum*
Colligit, & pauido subducit cognita furto.
[m] *Mèque ipsum memini cæsi deformia fratris*
Ora rogo cupidum, vetitisque imponere flammis,
Omnia Syllanæ lustrasse cadauera pacis:
Pérque omnes truncos, cum qua ceruice recisum

[u] Crudeles Syllani.
[x] Imperatum Syllæ de Marianis occidendis non extendebat se tantùm in gratiam Syllæ, sed licentiam hanc quisque conuertebat in odij sui aut sceleris libidinem.
[y] Propositis percussoribus proscriptorum præmio talentis duobus, indicibus pari præmio; accusantibus iudicio, occultantibus supplicio.
[a] A filijs, quis ipsorum obtruncaret patrem.
[b] Latebras quærebant in sepulchris & lustris ferarum.
[c] Al. *Desiluit.*
[d] Præripuere, præoccupauere, ne in manus & cruciatus hostium deuenirent.
[e] Ligna rogi sui.
[f] Abscissa miserorum capita, vultum ac spiritum retinentia in conspectum suum Sylla afferri voluit, vt illa oculis, quia ore nefas erat, mandaret. Val. Max. l. 9. c. 2.
[g] Ex aceruo capitum in foro congestorum, erdes clandestinæ patuere.
[h] Non tot cædibus infames fuerunt, non tot capita postibus suis affixere, Diomedes rex Thraciæ qui equos humanis carnibus pauit; Antæus Libyæ gigas qui hospites ad palæstram prouocatos victosque occidit; OEnomaüs qui filiæ suæ procos curru consecutus interfecit (de his vide Mythologos, & quæ nos ad Senecæ Herc. Fu. v. 225. Herc. OEt. v. 24. & Thyestem, v. 18) quot sæuijt Sylla cædibus, quot capita Romæ in foro congesta fuerunt.
[i] Bistonis ciuitas Thraciæ. à Bistone Martis & Calliopes fil.
[k] Pisa, ciuitas Elidos, regia OEnomai.
[l] Quibus internosci possent & à suis agnosci.
[m] Hoc à sene suo dictum fingit Poëta.

Conueniat,

Conueniat, quæsisse caput. Quid[n] *sanguine manes*
Placatos Catuli referam? cui victima tristes
Inferias Marius, forsan nolentibus umbris,
Pendit, inexpleto non fanda piacula busto:
Cùm laceros artus,[o] *æquatáque vulnera membris*
Vidimus, & toto quamuis in corpore cæso
Nil animæ letale datum, morémque nefandæ
Dirum sæuitiæ, pereuntis[p] *parcere morti.*
Auulsæ cecidêre manus, exectáque lingua
Palpitat, & muto vacuum ferit aëra motu.
Hic aures, alius[q] *spiramina naris aduncæ*
Amputat: ille cauis euoluit sedibus[r] *orbes,*
Vltimáque effodit spectatis lumina membris.
Vix[f] *erit vlla fides, tam sæui criminis vnum*
Tot pœnas cepisse caput. sic mole ruinæ
Fracta sub ingenti miscentur pondere membra:
Nec[t] *magis informes veniunt ad litora trunci,*
Qui medio perière freto. quid perdere[u] *fructum*
Iuuit, & vt vilem, Marij confundere vultum?
Vt scelus hoc Scyllæ cædésque ostensa placeret,
Agnoscendus erat.[x] *Vidit Fortuna colonos*
Prænestina[y] *suos tunctos simul ense recisos,*
Vnius[z] *populum pereuntem tempore mortis.*
Tunc[a] *flos Hesperiæ, Latij iam sola iuuentus,*
Concidit, & miseræ maculauit[b] *ouilia Romæ.*
Tot simul infesto iuuenes occumbere leto,

n Q. Luctatius Catulus, qui collega fuerat Marij, & cum eo de Cimbris triumpharat, vbi se à Mario morti destinatum audiuit, in cubiculo suo recens calce illito nec dum perficcato carbonibus accensis sponte suffocatus est. In cuius vltionem Catulus frater à Sylla iam petijt sibi concedi Marium Imperatoris fratrem, quem apud Luct. Catuli sepulchrum, tanquam manes fratris placaturus, brachijs, cruribus, naso, auribus mutilatis exectâ lingua, oculis demum effossis, seruauit aliquandiu, vt per singulorum membrorũ carnificinam moreretur.

o Singulis membris singula infligebantur vulnera & cruciatus.

p Membratim cruciare vt superstes esset vita ad doloris sensum. *Ita feri*, imperauit Caligula, *vt sentiat se mori.*

q Narium.

r Oculos κυκλωτῇ, Sophocles in OEdipo. *Radicet ab ima funditus vulsos simul Euoluit orbes.* Senec. OEd. v. 966. vide & quæ nos ibi.

f Vix erit dignum fide, vnum corpus capax fuisse tot pœnarum.

t Non minùs lacerum & deforme fuit Marij corpus quàm eorum qui collapsorum ædificiorum ruinâ attriti sunt, aut qui mersi scopulis allisi & piscium esca facti litus appellunt.

u Oculorum pabulum, & vsuram voluptatis quam percepturus erat Sylla agnoscendo Marium.

x Signanter & emphaticè exprobratur Fortunæ, Prænestino templo & culta, celebri suorum neglectus.

y Lucretius Prænestæ recepto Senatores omnes qui Mario fauissent partim interfecerat, partim in vincula coniecerat. Adueniens Sylla V. M. Prænestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra mœnia municipij euocata, cũ abiectis armis humi corpora prostrauissent, interficiendo, & per agros dispergenda curauit.

z Vno quasi ictu, intra spacium quo vnus interfici posset.

a Quatuor legiones contrariæ partis, & in his Samnites quamplurimos, namque hi ex Italis soli Mario & Cinnæ adhæserant, in publica Villa (quæ in campo Martio erat) obtruncari iusserat.

b Ouilia erant in campo Martio loca septa & cancellis conclusa, in quæ per pontes, qui erant angustæ viæ, ibant Centuriæ suffragia dicturæ.

[c] Sæpe fames, pelagíque furor, subitæq; ruinæ,
Aut cœli, terræq; lues, aut bellica clades,
Numquam pœna fuit. [d] densi vix agmina vulgi
Inter & exangues immissa morte cateruas
Victores mouêre manus. [d] vix cæde peracta
Procumbunt, dubiáque labant ceruice: sed illos
Magna premit strages: peraguntq; cadauera partè
Cædis: viua graues elidunt corpora trunci.
[e] Intrepidus tanti sedit securus ab alto
Spectator sceleris: [f] miseri tot millia vulgi
Non piguit iussisse mori. [g] congesta recepit
Omnia Tyrrhenus Syllana cadauera gurges.
In fluuium primi cecidêre, in corpora summi.
Præcipites [h] hæsêre rates, & strage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis in æquor,
[i] Ad molẽ stetit vnda sequens. [k] nam [l] sanguinis alti
Vis sibi fecit iter, campúmque effusa per omnem,
Præcipitiq; ruens Tyberina ad flumina riuo
Hærentes adiuuit aquas: nec iam alueus amnem,
Nec retinent ripæ, redeúntque cadauera campo.
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas
Sanguine cæruleum torrenti diuidit æquor.
[m] Hisne, Salus rerum, Felix bis Sylla vocari,
His meruit [n] tumulum medio sibi tollere Campo?
[o] Hæc rursus patienda manent: hoc ordine belli
Ibitur: hic stabit ciuilibus exitus armis.
[p] Quanquàm agitant grauiora metus, multoq; coitur
Humani generis maiore in prælia damno.

c Fame, tempestate, ruinis, terræ motu, peste, bello tot periisse accepimus aliquando in supplicium, vnius iussu tot cecidisse non auditum.

d Cædentibus vix erat spatium ferri stringendi, cæsis vix spatium cadendi, in turba stipata.

e Ipse editiori loco sedebat ocioſus spectator. Quin & VI. M. in Circum congregaris, Senatum in ædem Bellonæ vocauit, apud quem dum verba faceret, auditi lamentabiles morientium quiritatus perterruerunt Senatores: Ille constanti & nihil mutato vultu dicere pergebat, eos animum orationi suæ adhibere iubebat, neque curare quid foris fieret: Quosdam enim malos homines suo iussu castigari Plut. Sylla.

f Centum ciuium M. in his Senatores xc, Consulares xv, Equestris ordinis M M DC.

g Cadauera in Tyberim proijci iussa. qui iectorum haud capax priora vndis admisit. posteriùs verò iniecta prioribus supernatarunt non flumine demersa.

h *Cruentis Fluctibus*, ac tardè *per densa cadauera prorũp.* Iuv. 10.

i Ad cadauerum aggerem subsistit vnda posterior.

k Melius, *dum*

l Copia sanguinis impellit vndas Tyberis, qui cruore auctus inundauit, ac lidúmque cadauera in agros eiecta.

m *En quibus actis Felicis cognomen assequendum putauit* inquit Val. Max. l. 9. c. 2. quem locum lege sis. *Sylla* (inquit Solinus c. 7.) *dictus potius est, quàm fuit felix.* Indignatus poeta exprobrat illi cognomenta Antiphrastica, qui se Conseruatorem patriæ, Felicem & Venustum dici voluit: liberos, Faustum Faustamque appellauit.

n Dictaturã abdicatã Puteolos secessit, vbi morbo pediculari interijt. Magno honore in funus elatus, in campo Martio crematus est & sepultus.

o Talia (inquit senex) nobis iam imminent, vel etiam grauiora, mala.

p Marius quidem exul, cum suis, reditum sibi in patriam proponebat; Sylla, aduersariorum vindictam: at nostri his præmijs non contenti, certè de orbis imperio in certamen descendentes, quanto maiora molientur?

Exulibus

Exulibus Marÿs bellorum maxima merces
Roma recepta fuit: nec plus victoria Syllæ
Præstitit, inuisas penitus quàm tollere partes.
Hos aliò Fortuna vocas: olimq́; potentes
Concurrunt. neuter ciuilia bella moueret,
Contentus, quo Sylla fuit. q *Sic mœsta senectus*
Præteritiq́; memor flebat, metuénsque futuri.
At non magnanimi percussit pectora r *Bruti*
Terror, s *& in tanta pauidi formidine motus*
Pars populi lugentis erat: sed t *nocte sopora,*
Parrhasis obliquos Helice cùm verteret axes,
Atria u *cognati pulsat* x *non ampla Catonis.*
Inuenit insomni voluentem publica curâ
Fata virum, casúsque Vrbis, cunctisq́; timentem,
Securúmque sui; fariq́; his vocibus orsus.
Omnibus expulsæ terris, olimq́; fugatæ
Virtutis iam sola fides, a *quam turbine nullo*
Excutiet fortuna tibi; tu mente labantem
Dirige me, dubium certo tu b *robore firma.*
Namque alij Magnũ, vel Cæsaris arma sequantur:
Dux Bruto Cato solus erit. d *pacémne tueris,*
Inconcussa tenens dubio vestigia mundo?
An placuit, ducibus scelerum, populiq́; furentis
Cladibus immistum ciuile f *absoluere bellum?*
Quemque suæ g *rapiunt scelerata in prælia* g *causæ:*
Hos polluta domus, legésque in pace timendæ;
Hos ferro fugienda fames, mundiq́; ruinæ
Permiscenda fides. nullum h *furor egit in arma.*
Castra petunt magna victi mercede: tibi vni
i Per se bella placent? quid tot durasse per annos

q In hunc modum, inquit Poeta, senex aliquis memorauit præterita, metuit futura.

r Fuit hic M. Brutus Junij Bruti Epropter ingenium, studia & mores à Ciceronemultùm laudatus, postea percussor Cæsaris.

s Pro nec, vt supra v. 35.

t Noctu. vrsa maiore, circumuoluente sua plaustra, ἅμαξαν. vel polum. Fuit autem Helice seu Callisto filia Lycaõnis regis Arcadiæ, in qua Parrhasium oppidum.

u Auunculi, erat enim Brutus Catonis ex Seruilia sorore nepos.

x Vtpote hominis continentis & frugalis, planè Stoici instar v. 384. hic postea Vticæ sibi mortem conscinit.

y De se minimè sollicitum, vt consummatum Stoicum decuit.

z O solum perfectæ virtutis, quam alij iamdudum expulerunt, domicilium, quo vnico relicto exemplo docti credant homines esse virtutem.

a Horat. ode 3. l. 3. *Justum & tenacem propositi, &c.* b Rationis stabilitate. c Tu mihi solus eris dux. d Vt à bello & partibus omnino abstineas, in proposito constans, cùm ceteri omnes labent. e An potius visum est te ciuili huic bello immiscere? f Probare. non improbare. g Hunc Reip. libertatis defendendæ prætextus, illum P. R. beneficij alterius, fazéque dignitatis atque salutis tutelæ; alium propter flagitia domestica, inopiam & metu alienum, timor iudiciorum & legum quas bello elodant in arma rapit, omnes priuatum odii ruinam permiscere publicæ cupientes. h Mens cæca & belli libidine acta. i Propter pacem belli finem.

Profuit immunem corrupti moribus ævi?
Hoc solum longæ pretium virtutis habebis?
[k] *Accipient alios, facient te bella nocentem.*
[l] *Ne tantum ô Superi liceat feralibus armis,*
Has etiam mouisse manus: nec pila lacertis
Missa tuis cæca telorum in nube ferantur:
Nec tanta incassum virtus eat. ingeret omnis
Se belli fortuna tibi. quis nolet ab isto
Ense mori, quamuis alieno vulnere labens,
Et scelus esse tuum? [m] *meliùs tranquilla sine armis*
Otia solus ages: sicut cœlestia semper
Inconcussa suo voluuntur sidera lapsu.
[n] *Fulminibus propior terræ succenditur aër,*
Imáque telluris ventos, tractúsque coruscos
Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus
Lege deûm. minimas rerum discordia turbat:
Pacem summa tenent. [o] *quàm lætè Cæsaris aures*
Accipient tantum venisse in prælia ciuem!
Nam prælata suis nunquam diuersa dolebit
Castra ducis Magni. nimium placet ipse, Catoni
Si bellum ciuile placet. pars magna Senatus,
Et duce priuato gesturus prælia Consul
Sollicitant, proceresque alij: quibus adde Catonem
Sub iuga Pompeÿ; toto iam liber in orbe
Solus Cæsar erit. [p] *quòd si pro legibus arma*
Ferre iuuat patrÿs, libertatémque tueri:
Nunc neque Pompeÿ Brutum, neq; Cæsaris hostem,
Post bellum victoris habe. Sic fatur. at illi
Arcano sacras reddit Cato pectore voces.
Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur:
Sed quò fata trahunt, virtus secura sequetur.

k Atqui ex diutina tua à bello immunitate apparebit te non probasse causas quibus alij ad bellum suscipiendum excitantur ipsi nocentes ante bellum, tu non nisi cum bello.

l Atque vtinam ne nunc quidem grauis & cæcâ cupidine actis ad bellum ciuibus miscereris, virtam sanctus & integer, vt ratio belli à te solo penderè videretur!

m Optimè igitur & te dignum feceris, si omnino à bello abstinueris, intra ocium tuum securus, supra mortalia ista subvectus, non secus ac cœlestia illa corpora, immotus, imperturbatus. *Talis est sapientis animus, qualis mundi status supra Lunam. Semper illic serenum est, &c.* Sen. epist. 59.

n Infima aeris regio pontus & terra vexantur ventis, tempestatibus, fulmine: montes verò qui nubes cacumine transcendunt, in tuto positi inferiora despiciunt.

o Quàm gratum credis fore Cæsari, quantum sibi ipse placebit, si modò te è tranquillæ pacis proposito ad bellum ciuile protraxerit, etiamsi ad partes sibi aduersas & se solum (si dijs placet) pronunciabit liberum, si post Consules (quorum fueras sortiri Italiam, ductare exercitus, bellum gerere) & Senatum, auspicijs Pompeij priuati hominis summo imperio subiectos; Cato quoque pedibus iverit in seruitutem Pompeij. vide amplum de Catone testimonium Senecæ epist. 95. & ep. 14.

p Quod ad me attinet, neque Cæsaris nunc, neque Pompeij hostis sum. vter verò ipsorum victor tandem molitus fuerit aliquid contra leges & libertatem Reipub aduersus hunc me acerrimum profiteor hostem. Nomine vtique & re habes me assertorem patriæ.

Crimen

Crimen erit Superis & [q] me fecisse nocentem.
[r] Sidera quis, mundumque velit spectare cadentem
Expers ipse metus? quis, cùm ruat arduus æther,
Terra labet, misto coëuntis pondere mundi,
Complosas tenuisse manus? [s] gentésne furorem
Hesperium ignotæ, Romanáque signa sequentur,
Deductíq; fretis alio sub sidere reges?
Otia solus agam? procul hunc arcete furorem
O Superi, moturæ [t] Dacas vt clade, Getásque
Securo me Roma cadat. [u] ceu morte parentem
Naterum orbatum, longum producere funus
Ad tumulum iubet ipse dolor: iuuat ignibus atris
Inseriisse manus, constructóque aggere busti
Ipsum atras tenuisse faces: non ante reuellar,
Exanimem quàm te complectar Roma, tuúmque
Nomen libertas, & inanem prosequar vmbram.
[x] Sic eat: immites Romana piacula diui
Plena ferant: nullo fraudemus sanguine bellum.
O vtinam, cœlíq; deis, Erebíq; liberet
Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas!
Deuotum hostiles Decium pressére catervæ:
Me [y] geminæ figant acies, me barbara telis
[z] Rheni turba petat: cunctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius vulnera belli.
[a] Hic redimat sanguis populos: hac cæde luatur,
Quicquid [b] Romani meruerunt pendere mores.
Ad iuga cur faciles populi, cur sæua volentes
Regna pati pereunt? [c] me solum inuadite ferro,
Me frustra leges & [d] inania iura tuentem:
Hic dabit, hic pacem iugulus, finémque laborum
Gentibus Hesperijs: [e] post me regnare volenti

q Impossibile mihi hanc necessitatem, vt arma induerem.
r Quis in tantum Stoicus est, aut cui ita in chalybem aut callum obdurere pre corde, vt terram culo uisceri & omnia ruere videat, ipse interim supinus & compressis sedens manibus?
s Gentésne exterræ & remotæ venient ad partes & auxilium Imperii nostri: ego verò ignauus sedebo? procul absit à me hæc vecordia.
t Sarmatæ pop. supra v. 14. Sunt tamen qui nolint hunc vt & Virgilio 8. Æn. & Silio 13. licentiam priorem corripiendi permittere, substituant itaque *Das* pop. ad mare Caspium.
u Annon hoc dabo dolori & amori erga patriam, quod erga liberos? Nato suprema solno libent? Quidni patriæ? Non te deseram ô patria, non tibi decro dulce nomen, Libertas.
x Sit ita, vt dij velint sibi hirari vniuerso Rom. sanguine: Cur meum meer? O vtinam ad patriam expiandam, libertatemque Imperij mendam, dijs superis, inferisque sacerem caput hoc

meum omnibus diris deuotum. vt Pub. Decij quondam pro salute exercituum in prælio contra Samnites. Historiam, ritum, & deuotionis formam lege apud Liuium l. 8. de vocatre. & de filio l. 10. y Hinc Pompeiana, illinc Cæsariana. z Rheni accolæ, Germani, Galli, qui Cæsaris signa sequuntur. a Meus. b Mali, flagitiosi. c Me obstantem tyrannidi. d Oppressa. e Neque enim me extincto inuenietur, qui libertatem armis oppugnet.

Non opus eſt bello.[f] quin publica ſigna, ducémque
Pompeium ſequimur? [g] nec, ſi fortuna fauebit,
Hunc quoque totius ſibi ius promittere mundi
Non bene compertum eſt: ideo me milite vincat,
Ne ſibi ſe viciſſe putet. Sic fatur: & acres
Irarum mouit ſtimulos: [h] iuuenisq; calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.
Interea, [i] Phœbo gelidas pellente tenebras,
Pulſatæ ſonuére fores: quas ſancta [k] relicto
Hortenſi mœrens irrupit Marcia buſto.
Quondam virgo toris [l] melioris iuncta [l] maritis
Mox vbi connuby [m] pretium, mercéſque ſoluta eſt
Tertia iam ſoboles, alios fecunda penates
Impletura datur; [n] geminas è ſanguine matris
Permiſtura domos. ſed poſtquàm condidit vrna
[o] Supremos cineres, miſerando concita vultu,
Effuſas laniata comas, concuſſáque pectus
Verberibus crebris, [p] cineréſque ingeſta ſepulcri,
[q] Non aliter placitura viro, ſic mœſta profatur:
Dum [r] ſanguis inerat, [ſ] dum vis materna, peregi
[t] Iuſſa Cato, & geminos excepi feta maritos.
Viſceribus laſſis, [u] partúque exhauſta, reuertor
Iam nulli tradenda viro. [x] da fœdera priſci
Illibata tori: da tantùm nomen inane
Connubij: [y] liceat tumulo ſcripſiſſe, Catonis
Marcia: [z] nec dubium longo queratur in æuo,
Mutárim primas expulſa, an tradita, tedas.
[a] Non me laterum ſociam, rebúſque ſecundis
Accipis: in curas venio, partemq; laborum.
Da mihi caſtra ſequi: cur tuta in pace relinquar,
Et ſit ciuili propior [b] Cornelia bello?
Hæ flexére virum voces, & tempora quanquam

[f] Hortatur Brutum ad arma capeſſenda & Pompeij partes, poſtilla ratione—
[g] —Cæſarem affectare monarchiam iamdudum, competere eſſe de Pompeio, non liquet. Iuitur ſi eatque ſuſpicia ſequar qui non ſibi ſed patriæ militat.
[h] Brutí.
[i] Oriente ſole.
[k] Catonem Marciam vxorem ex qua ſuſceperat filios, iamque grauidam amico Hortenſio poſtulanti ceſſit, quo defuncto eandem recepit. Quod illi exprobrans Cæſar, ſuſcitandi (inquiens) Hortenſij causâ dimiſit pauperem quam poſſet recipere ditatam.
[l] Catonis.
[m] Vt pater eſſet trium liberorum.
[n] Catonis & Hortenſij.
[o] Cineres ſuperioris mariti, Hortenſij.
[p] Aſperſa cineribus marmori.
[q] Iuncta, neglecta de nouum placitura ſeuero & rigido Catoni.
[r] Extenditur vltimâ in ſenectâ.
[ſ] Dum mater eſſe poteram.
[t] Tum, qui me tradidi Hortenſio.
[u] Effeta.
[x] Recipe me in tuum priſcum connubium.
[y] Vt ſepulchro meo inſcribatur, *Marcia Catonis.*
[z] Ne in dubio ſit apud poſteros, repudiata ne ſuerim an tradita. [a] Neque venio particeps futura rerum lætarum, ſed comes & ſolatium tibi in aduerſis. [b] L. Scipionis filia, quam poſt mortem Iuliæ duxit Pompeius, iamque ſub initium belli Mytilenam abſegauit, victus autem fugiensque in Ægyptum, eam receptam fugæ comitem

Sunt

Sunt [c] *aliena toris, iam fato in bella vocante:*
[d] *Fœdera sola tamen, vanaque carentia pompa*
Iura placent, sacrisq; [e] *deos admittere testes.*
[f] *Festa coronato non pendent limine serta;*
Infulaque * *in geminos discurrit candida postes,*
[i] *Legitimæq;* *faces, [k] gradibúsque* * *accliuis eburnis*
Stat torus, * *& picto vestes discriminat auro:*
[l] *Turritáque* * *premens frontem matrona corona,*
Tralata vetuit contingere limina planta.
[m] *Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem*
Lutea demissos velarunt flammea vultus:
[n] *Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus,*
Colla monile decens; humerisq; * *hærentia primis*
* *Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.*
[p] *Sic, vt erat, mœsti seruans lugubria cultus,*
Quóque modo natos, hoc est amplexa maritum.
Obsita funerea celatur purpura lana.
[q] *Non soliti lusêre sales: nec more Sabino*
Excepit tristis conuicia festa maritus.
[r] *Pignora nulla domus, nulli coiêre propinqui.*
Iunguntur [f] *taciti,* [t] *contentiq; auspice Bruto.*
[u] *Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore*

c Non contrahendis matrimonijs apta, imminente iam ciuili bello.
d Coniugij fides, citra pompam celebrem & ceremonias nuptiarum.
e Iouem & Iunonem τελείους, Venerem, Suadam, Dianam. vide Plutarch. Rom. Quæst. 2. & quæ nos ad Medeam Senecæ v. 1.
f In celebritate nuptiarum postes & ianuam floribus & festâ fronde ornabant. Iunen. 6. 1 v. 80.
g Nouæ nuptæ ad limen mariti vbi venissent, postes, priusquam ingrederentur, laneis vittis & fasciis redimiebant, oleoq; vngebant.
** Pro nec, vt supra v. 35.
i ἐγὼ δ' ἐτέτυσο πυρὸς ἀφῆλα φῶς τόμιμον ὡς γαμείας, &c. Eurip. in Phœnissis. Quinque autem faces adhibebantur in nuptijs. vide quæ nos ad Sen. Thebaid. v. 307. rationes lege apud Plutarch. Rom. Quæst. 2. & Augustin. de Ciu. Dei, l. 6. c. 9. & l. 7. c. 24.
k Neque lectus in honorem Genij sternitur in aula, in quem gradibus inscenditur eburnis, stragulo acupicto auroque intertexto tectus.
l Neque more nuptarum gerens coronam turriculis distinctam atque insorgentem, vitat (sic enim legit Brodæus) tangere limen. Neque enim è religione erat nouam nuptam pedibus limen tangere, sed in transgressu supportabatur à Pronubis aut transiliebat. Rationes vide apud Plutarch. Rom. Quæst. 29. Si retineamus *vetuit*, Quid si sic intelligamus? Neque Berecynthia mater, Cybele turrita, quæ eadem est cum Vesta, i. terra, vetuit hanc nuptam contingere limen pedibus. Varro enim ref. Seruio ad 8. Eclog. Virg. opinatus est, ideo sponsas limen non tetigisse, ne à sacrilegio inchoarent, si depositurę virginitatem calcarent rem Vestæ, i. numini castissimo consecratam. Ianus Rutgersius legit *metuit*, sensu quo Horat. ode 2. l. 2 *pennis metuunte solui*, &c. Var. lect. l. 1. c. 12.
m Non operiebatur flammeo, velo loreo, seu rubro quo nouarum nuptarum capita tegebantur pudoris gratiâ, vel in subiectionis symbolum.
n Neu zona gemmis distincta cinxit vestes; non monile ornabat collum.
o Sopparum, subucula seu tunicæ genus pectora complexum. Ald. Manut. l. 3. Quæst. 2. per epistol.
p A recenti funere mariti squallida & pullata.
q Non ecclebantur, pro more nuptiarum à Sabinis seu Fescenninis tracta, dicteria de his vide quæ nos ad Medeam Senecæ v. 115.
r Non liberi.
s Sine pompa & strepitu ceremoniarum.
t Adhibito tantùm Bruto quasi auspice & paranympho. Val. Max. l. 2. c. 1.
u Cato non barbam posuit, non capillitium, non vultum pœne tulit lætitiam, non cum vxore rem habuit, ab illo tempore quo ciuile bellum patrari viderat.

Cæsa-

Cæsariem, duróque [a] *admisit gaudia vultu*
(Vt primùm tolli feralia viderat arma,
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, mœstámque genis increscere barbam.
[z] Vni quippe vacat studijs odijsq; carenti,
Humanum lugere genus) nec fœdera prisci
Sunt tentata tori: iusto quoque [y] *robur amori*
Restitit. hi mores, hæc duri immota Catonis
[z] *Secta fuit, seruare modum,* [a] *finemq; tenere,*
Naturámque sequi, patriæq; impendere vitam;
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
[b] *Huic epulæ, vicisse famem:* [c] *magnique penates,*
Submouisse hyemem tecto: pretiosaq; vestis,
Hirtam membra super Romani [d] *more Quiritis*
Induxisse togam: Venerisq; huic maximus vsus,
[e] *Progenies, Vrbi pater est, Vrbiq; maritus:*
Iustitiæ cultor, rigidi seruator honesti:
In commune bonus: nullosque Catonis in actus
Subrepsit, partemq; tulit sibi nata voluptas.
[f] *Interea trepido discedens agmine Magnus,*
[g] *Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.*
Hæc placuit [h] *belli sedes, hinc summa mouentis*
Hostis in occursum sparsas extendere partes,
[i] *Vmbrosis mediam qua collibus Appenninus*
Erigit Italiam, nullo quà vertice tellus
Altius intumuit propiúsque accessit Olympo.
[k] *Mons inter geminas medius se porrigit vndas*
Inferni Superiq; maris: [l] *colleq; coercent*
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

a Partim studijs minimè occupatus Philosophiæ studijs vacat, quæ docent sapere, fatisque deplorare miseriis.
y Constans immotusque animus.
z Stoica.
a Prospicere finem & ad eum omnia referre.
b Vide tamen quid de illius parsimonijs ad autorem prolatis scribat Plutarchus in vita eius, quod & illi obiecti à Cæsare.
c Supra v. 338.
d Mores veterū Romanorum, qui dicebantur Quirites, vel à Curibus vel à Romulo Quirino dicto quòd hastam, quæ Sabinis Quiris est, gestare solebat.
e Sobolis procreatio.
f Pompeius pertinax rumore aduentis propere Cæsaris, Capuam ex vrbe tenuerat profugit. Hic se confirmauit, hanc belli sedem primùm intendit.
g Capuam, à Capy Troiano, vt quidam volunt, conditam.
h Hic delecta sibi copias colligere, exercitum conscribere.

Cæsari tumeo volenti occurrere. i In regione plana, qua Apennini latus modicè adsurgit. k Est autem Apenninus, mons, qui Italiam in longitudinem tanquam spina dorsi secat à sinistra parte mare Adriaticum seu Superum spectans, à dextra mare Tyrrhenum seu Inferum respiciens. l Cuius colles & latera signat coercet quæ à dextra in imo sinu Tyrrheni maris vrbs Pisæ à sinistra, Ancona Piceni vrbs in Adriatico mari, ventis & fluctibus è Dalmatia adspirantibus exposita, est enim ἀγκὼν vna cubiti, cui fere potius Italiæ in tibiæ formam persimilis.

m Fer-

[m] *Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,*
Fluminaque in gemini spargit diuortia ponti.
[n] In lœuum cecidere latus, velóxque [o] Metaurus,
[p] Crustumiumq́, rapax, & iunctus [q] Isapis [r] Isauro,
[s] Sœnaq́, & Adriacas qui [t] verberat [u] Ausidus vndas:
[x] Quoque magis nullum tellus se soluit in amnem,
Eridanus, fractáſque euoluit in æquora syluas,
[y] Hesperiamq́, exhaurit aquis. [z] Hunc fabula primũ
Populea fluuium ripas vmbrasse corona:
Cumque [a] diem pronum [b] transuerso limite ducens,
Succendit Phaëton flagrantibus æthera loris,
[c] Gurgitibus raptis penitus tellure perusta,
Hunc habuisse pares Phœbeis ignibus vndas.
[d] Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.
Non minor hic [e] Istro, nisi quòd, dum permeat orbẽ
Ister, casuros in quælibet æquora fontes
Accipit; & Scythicas exit non solus in vndas.
[f] Dexteriora petens montis declinia Tybrim
Vnda facit, [g] Rutubámque cauum. delabitur inde
[g] Vulturnúsque celer, [h] nocturnaq́, editor aurę
[h] Sarnus, & [i] vmbrosæ [k] Liris per regna Maricæ
[l] Vestinis impulsus aquis, radensq́, Salerni

[m] Ex hoc Apennino oriuntur multi celebres amnes qui delabuntur in vtrumque mare Superum & Inferum. Diuortia aquarum sunt (inquit Turnebus Aduers. L.11.c.11.) iuga, vnde in diuersa aquæ & cœlestes & perennes diuertunt. *Et ipsis magis ad diuortia aquarum castra posuit.* Liuius.

[n] In Superum siue ceu Adriaticum. *golfo de Venesia.*

[o] Vmbriæ fl. Asdrubalis clade notus.

[p] Lin Flaminia.

[q] Flaminiæ fl. Strabo. l.5. sed Plinio l.3.c.14. & Solino *Sapis.*

[r] Picenl fl. Blondo & Leandro *Physio.*

[s] Et *Clasis & Rubicon & Sumonia de nomine Sena.* Sil. 8.

[t] Cum impetu influit. *vndam obstrepit Ausidus.* Horat. l.2.od.20.

[u] Apuliæ fl. Cannensi clade memorabilis. *L'Ofanto.*

[x] Padus Po totius Europæ amnium longè maximus, circa ostia, excepto Danubio. *Per lauis insano contorquens vortice syluas Fluuiorum rex Eridanus.* Virg. Georg. 1. non autem oritur ex Apennino vti nec alij quidam fluuij quorum fontes proxi Apennino tribuit. [y] Amnes nauigabiles & lacus immensi in Padum se exonerant. Ita vt flumina 30. in Adriaticum effundat. [z] Fabula seu fama est, Phaetontis sorores versas fuisse in populos ad ripas huius fluuij, &c. Ouid. 2. Met. [a] Solem præcipitem. [b] A via erratum. [c] Cursis fl. exhaustis & desiccatis, Eridanum parem fuisse extinguendo Phaetonti. [d] Si nullus fuisset terrarum planam & iacentem instar Ægypti, per quam Nilus leniter decurrens stagnat siquis existimet. [e] Max. Europæ fl. cuius superior pars Danubius, inferior Ister vocatur, Donz, Danaster, qui in agro Frostembelgensi (non Abnoba monte, vt olim creditum) ortus, 60 amnes receptos in Pontum defert per 6 ostia. Mela. l. 2. c. 1. [f] A dextra parte Apennini in mare Tyrrhenum defluunt Tiberis per Etruriam, Rosgus alueus. Tiarre, & Rutuba, quam Virgilius agnoscit in Tiberim influentem. Est & alius huius nominis Ligurię fl. [g] Fl. Campaniæ, qui per Lucanos, Picentinos, & Campanos labitur, in paludes diffusus, aquas & vapores exhalat nebulas. *Scasate.* [i] Syluosæ. [k] Liris fl. Campaniæ Minturnas præterfluens. Minturnensium autem numen Marica mater Latini regis, quæ prius Circe fuerat. Lactant. c. falsæ relig. 52. 21. hodie *Garigliano.* [l] In quem se exonerant fluuius Vestinorum.

Culta

Culta [m] Siler, nullasq; vado qui [n] Macra meatus
[o] Alnos, vicinæ procurrit in æquora Lunæ.
[p] Longior eductò quà surgit in aëra dorso,
Gallica rura videt, deuexásque excipit Alpes.
Tunc Vmbris Marsisq; ferax, domitúsque Sabello
Vomere, piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latij populos, non deserit antè
Hesperiam, quàm cùm Scyllæis clauditur antris,
Extenditq; suas in templa Lacinia rupes,
[q] Longior Italia, donec confinia pontus
Solueret incumbens, terrásque repelleret æquor.
At postquam [r] gemino tellus elisa profundo est,
[s] Extremi colles Siculo cessêre Peloro.
[t] Cæsar in arma furens, nullas nisi sanguine fusò,
Gaudet habere vias, quòd non terat hoste vacantes
Hesperiæ fines, vacuósque irrumpat in agros,
Atque ipsum non perdat iter, consertáque bellis
Bella gerat. non tam portas intrare patentes
Quàm fregisse iuuat: nec tam [u] patiente colono
Arua premi, quàm si ferro populetur, & igni.
[x] Concessa pudet ire via, ciuémque videri.
Tunc vrbes Latij dubiæ, [y] varióque fauore
[y] Ancipites, quanquàm primo terrore ruentis
Cessiræ belli, denso tamen aggere firmant
Mœnia, & [z] abrupto circundant vndique vallo:
[a] Saxorúmque orbes, & quæ super eminus hostem
Tela petant, altis murorum turribus aptant.

m Sine Silem Campanæ fl. qui alluit agrum Salerni opp. Picentinorum.
n Macra Ligoriam ab Etruria differentem, in mare prolapsus iuxta Lunam portum Etruriæ, innauigabilis quia vadosus.
o Nanes, rates.
p Apenninus Gallum prospiciens in longitudinem per omnem Italiam excurrit, quam Vmbri, Marsi, Samnites, Aborigines antiquissimi Latij populi colunt, in duo deinde se diuidens brachia, altero extenditur in Rhegium promontorium Bruttiorum, in Siculo mari, Rhegii altero in Lacinium promontorium iuxta Crotonem. Cabo delle colonne. s Templo Laciniæ columnis & templo.
q Aequè se quondam Apenninus extendebat vlteriùs quàm nunc est Italia, continuatus Italiæque Siciliæ, sed venti medios vi pontus & vasta Hesperium Siculo latus abscidit, arúmque & vrbes Liuore diuulsas aquilo inuehit æ[stu]. Virg. Æn. 3.
r Hinc Ionio, inde Tyrrheno mari. s Extrema pars Apennini abscissi est Pelorо promontorio Siciliæ quod Italiam prospicit, in cuius appellationem & hoc cecidit. t Varii hîc impetus sunt consulibus. vti monuimus supra v. 32. Sed ita disponendus ordinor: Cæsar armis potius rem perag i quàm pacatè exoptans (vt l. 1. v. 146.) Mora & habenas quo ferox ardor vocasset ferre monens, & nusquam temerando parcere ferro, &c. gaudéque viam fecisse ruinâ, gaudet nullas habere vias nisi sanguine fusò, non gaudet quòd terat Italiæ fines hoste vacantes, præsidijs vacuos irrumpat agros, nec aggere vallandi castra munire offendat quacunque ruit, quòd bella manu conserta hosteque non contento finire non tam portas, &c. infra l. 3. v. 164. u Non impedienie, transitum permittente. x Hostiliter gratiâ malóit. y Cæsarémne reciperent, an Senatui Pompeiúmque sequi armis decernerent. z Præcipiti, munitorio. a Saxorum acervos, vel saxa manualia tormentis emittenda.

b Pro-

Pronior in Magnum populus, pugnatq́; minaci
Cum terrore fides: vt cùm mare possidet Auster
Flatibus horrisonis, hunc æquora tota sequuntur:
Si rursus [c] *tellus pulsu laxata tridentis*
Æoly, tumidis immittat fluctibus Eurum,
Quamuis icta nouo, ventum tenuêre priorem
Æquora, nubiferóque [d] *polus cùm cesserit Euro,*
Vendicat vnda Notum. Facilis sed vertere mentes
Terror erat, dubiámque fidem fortuna ferebat.
Gens Hetrusca fuga trepidi nudata [e] *Libonis,*
[f] *Iúsque sui pulso iam perdidit Vmbria Thermo.*
[g] *Nec gerit auspicijs ciuilia bella paternis*
Cæsaris audito conuersus nomine Sylla.
[h] *Varus, vt admotæ pulsarunt Auximon* [i] *alæ,*
Per diuersa ruens [k] *neglecto mœnia tergo,*
Quà siluæ, quà saxa, fugit. [l] *depellitur arce*
Lentulus Esculea. victor cedentibus instat,
Deuertitq́; acies: solúsque ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia signa cohortes.
Tu quoque nudatam commissæ deseris arcem
Scipio [m] *Luceriæ: quanquàm fortissima pubes*
His sedeat castris, [n] *iampridem Cæsaris armis*
Parthorum subducta metu: qua Gallica damna
Suppleuit Magnus, dúmque ipse ad bella vocaret,

b Et post varius conflictus mentis, hinc studiorum & fidei erga Pompeium, inde metus Cæsaris vicere tandem studia & fidem metus fortunaq́ue Cæsaris. in Comparatione itaque Austrum capit Pompeium, Eurum Cæsarem, mare populum.

c Strongyle, antrum Æoli, quo *Luctantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit Æolus, &c.* Virg. 1. Æn. eò enim respicit poeta.

d Aër.

e Præfecti tum fortè Etruriæ, ad Scribonium Libonem missum Caninium Reuilum legatum colloquij causa de pace concilianda, meminit autor Commentariorum de ciuili bello l. 1. fuisse item Achaiæ ac Liburnicæ classis præfectum, l. 3.

f Aduentu Curionis cognito, è Tigneo cohortes eduxisse & profugisse Thermum reperio l. 1. de ciuili bello. sed vbi Tigranum fit, non ita facilè. Firmium fortè aut aliud opp. Vmbriæ. Tignia est Picenorum fl.

g Paulus Sylla degenerans à patris fortitudine & fortuna, fugam cepit. h Atius Varus, decurionibus Auximi Picenorum opp. ad Cæsinclinantibus, præsidium ex oppido eduxit, & profugit &c. l. 1. com. ciu. bell. i Equitum propriè vexillationes. k Hosti in fuga exposito. l Asculum Picenum Lentulus Spinther cum decem cohortibus tenebat: qui Cæsaris aduentu cognito, profugit ex oppido, cohortes secum abducere conatus à magna parte militum deseritur l. 1. de ciu. bell. m *Nuceria* legit Micyllus, quæ in Vmbria, vbi iam erat Cæsar & in Piceno. Verùm hac in parte sæpius excusandus est poeta, vt qui neque temporum neque rerum seruet ordinem. vt post discessum Pompeij, qui ijs rebus cognitis quæ erant ad Corfinium gestæ, Luceria profectus est Canusium, atque inde Brundusium, Scipio Luceriæ in præsidio relictus profugerit. fuit autem hic L. Scipio socer Pompeij. n Ad Cæsaris vires minuendas Marcellus author fuit patribus Senatusconsulti quo decernebatur vt Libulo (quem in Parthos post cædem Crassi mittendum præ se ferebant) Pompeius legiones vnam, Cæsar alteram cederet. Cæsar itaque cùm vnam pro se traderet, & Pompeius reposceret vnam, Cæsar alteram cederet. Cæsar itaque cùm vnam pro se traderet, & Pompeius reposceret ab illo alteram, quam post Titurij Cottæque Cæsarianorum acceptam cladem, vtendam illi dederat, ita vtranque Cæsar suppeditauit. Has legiones habuisse Scipionem testatur poeta. Dion. l. 40. & Appian. l. 2. de ciu. bel.

Dona-

Donauit ſocero Romani ſanguinis vſum.
o At te Corſini validis circundata muris
Tecta tenent p pugnax Domiti: q tua claſſica ſerua
Oppoſitus quondam polluto tiro Miloni.
r Vt procul immenſam campo conſurgere s nubem,
t Ardentéſque acies percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis, Socii decurrite, dixit,
Fluminis ad ripas, vndæq; immergite pontem.
Et tu montanis totus nunc fontibus exi,
Atque omnes trahe gurges aquas, vt ſpumeus u alnus
x Diſcuſſa compage feras. y hoc limite bellum
Hærcat, hac hoſtis lentus terat otia ripa.
Præcipitem cohibete ducem: z victoria nobis
Hic primùm ſtans Cæſar erit. nec plura locutus,
a Deuoluit rapidum nequicquam mœnibus agmen.
Nam prior è campis, vt conſpicit b amne ſoluto
Rumpi Cæſar iter, calida prolatus ab ira,
Non ſatis eſt muris latebras quæſiſſe pauori?
Obſtruitis campos, fluuiis arcere paratis,
Ignaui? non ſi tumido me gurgite c Ganges
Summoueat, ſtabit iam flumine Cæſar in vllo,
d Poſt Rubiconis aquas. equitum properate caterua:
Ite ſimul pedites: ruiturum aſcendite pontem.
Hæc vbi dicta, leuis totas accepit habenas
In campum ſonipes: crebróque ſimillima nimbo
Trans ripam validi torſerunt tela lacerti.
Ingreditur pulſa fluuium e ſtatione vacantem
Cæſar, f & ad tutas hoſtis compellitur arces.
Et iam moturas ingentia pondera turres
Erigit, & mediis ſubrepſit g vinea muris.

o L. Domitius Aenobarbus ſucceſſor Cæſari in Gallijs S. C. delegatus, te receperat in Corſinium Pelignorum oppidum cum xx cohortibus, hunc Cæſar inſequitur.
p imò puſillanimis & minimè militaris. Sed Poeta noſter, pronioris ſemper in Pompeium ſtudij, Pompeianos extollit, Cæſarianos deprimit.
q Tu Domiti accepiſti cohortes quibus Pompeius forum ſepſerat in quæſtione de Clodio à Milone cæſo, ſupra l. 1. v. 323.
r Domitius cohortes v præmiſit ex oppido qui pontem fluminis, quod erat ab oppido 111. M. paſſuum, interrumperent, vbi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo, celeriter Domitiani à ponte repulſi, ſe in oppidum receperunt.
s Pulverem à cohortibus excitatum.
t Ad ſolem fulgentes.
u Sublicæ & tigna pontis ex alno vel alio quouis ligno.
x Diſſolutis iuncturis pontis.
y Pons interruptus moretur & retardet feſtinantem Cæſarem.
z Hic moram ttahere coactus Cæſar nobis pro victoria fe.
a Emittit v cohortes ex oppido.
b Ponte interrupto qui fluuium coercebat.
c Indiæ fluuius qui Cyro & Alexandro moram iniecit.
d Poſtquam tranſierim Rubiconis aquas, l. 1. v. 185.
e Domitianis militibus.
f Cæſar legionibus adductis ad oppidum conſtitit, iuxtaque murum caſtra poſuit, turres erexit, tormenta paranit, vineas admouit.
g Vide l. 3. v. 487.

h Ecce

h Eece, nefas belli, reseratis agmina portis
Captiuum traxêre ducem, i ciuisq; superbi
Constitit ante pedes. vultu tamen alta minaci
k Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.
Scit Cæsar pœnamq; peti, veniámque timeri.
Viue, licet nolis, & nostro munere, dixit,
l Cerne diem. victis iam m spes bona partibus esto,
Exemplumque n mei: vel, si libet, arma retenta;
o Et nihil hac venia, si viceris ipse, paciscor.
Fatur: & astrictis laxari vincula palmis
Imperat. Heu p quantò melius vel cæde peracta
Parcere Romano potuit fortuna pudori!
Pœnarum extremum ciui, quòd castra secutus
Sit patriæ, Magnúmque ducem, totumq; Senatum,
Ignosci. q premit ille graues interritus iras:
r Et secum: Romámne petes, pacisq; recessus
Degener? in medios belli non ire furores
Iamdudum moriture paras? rue certus, & omnes
s Lucis rumpe s moras, & Cæsaris effuge munus.
t Nescius interea capti ducis arma parabat
Magnus, vt admixto firmaret robore partes.
Iámque u secuturo iussurus classica Phœbo,
Tentandásque ratus moturi militis iras,
Alloquitur tacitas veneranda voce cohortes:
O x scelerum vltores, y melioráque signa secuti:
O verè z Romana manus: quibus arma Senatus

h Domitius ad Pompeium in Apuliam literas misérat vt quantâ posset celeritate obsesso subueniret, Cæsarem intercluderet. rescripsit Pompeius id se facere non posse, vt Domitius itaque se cum copijs elâ Corfinio subtraheret. Literis acceptis Dom. dissimulans in concilio pronunciat Pompeium breui adfuturum. ipse cum paucis consilium fugæ capit. id militibus suboliit, qui legatis ad Cæs. missis sese paratos esse portas aperire, imperata facere, & L. Domitium viuum in eius potestatem tradere. quod proximo die factum.

i Cæsarie. cui nollet vsque malenolus.

k Equites R. tribuni, senatorum liberi, senatores ad Cæs. producti; L. Domitius, P. Lentulus Spinther, Vibullius Rufus, Sex. Quintilius Varus quæstor, L. Rubrius, inquit interpres Lambertus Hortensius, cui ego non assentior. video enim poetam induxisse animum vt Pompeianis in omnibus adularetur. qui hic imbelli Domitio magnanimitatem & nobilitatem adfingit. producti quidem illi alíque complures & à Cæsare dimissi incolumes.

l Fruere lucis vitâ & vitæ. m Veniæ. n Clementiæ mez. o Neque reposcam parem gratiam, ficubi tu victor fueris. p Quanto maiori honori fuisset morte affici quam vitâ donari, quæ dedecus summum, immo supplicium maximè erat ciui Romano ignosci quod patria & publica arma hostilibus & priuatis prætulerit.

q Supprimit, dissimulat. r Aliter hæc referunt Plutarchus, Appianus & Cæsar Domitium cæteroſque productos Cæsar à contumelijs militum conuicíque prohibet. pauca apud eos loquitur. pecunias quas in publicum deposuerat allatas ad se à Corfinienſibus Domitio reddit, permittítque illi ire quo libuisset. ille autem Massiliam, atque hac deuictâ se ad Pompeium contulit, cecidítque in acie Pharsalica.

s Vitam, quæ ab hoste donata non est maxima. t Pompeius interim ignarus eorum quæ Corfinij gesta sunt, exercitum adscribit & auxilijs vndique confirmat. u Signum daturus mouendi posterò die castra, militum animos in pugnam explorat. x Armorum impiè à Cæs. patriæ illatorum. vt mox v. 339.

y Pro patria, sub quibus militant Cos. & Senatus. z Libertatis patriæ studiosa.

Non

[a] *Non priuata dedit,* [b] *votis deposcite pugnam.*
[c] *Ardent Hesperij sæuis populatibus agri:*
Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes:
[d] *Iam letigit sanguis pollutos Cæsaris enses.*
[e] *Dij melius, belli tulimus quòd damna priores.*
Cœperit inde nefas. iam iam me præside Roma
Supplicium, pœnamq; petat. neque enim ista vocari
Prælia iusta decet, patriæ sed vindicis iram.
Nec magis hoc bellum est, quàm [f] *cùm Catilina pa-*
Arsuras in tecta faces, sociúsque furoris (rauit
Lentulus, [g] *exertíque manus vesana Cethegi.*
O rabies miseranda ducis! [h] *cùm fata* [i] *Camillis*
Te Cæsar, magnísque velint miscere [k] *Metellis,*
Ad [l] *Cimas,* [m] *Mariósque venis.* [n] *sternêre profectò*
Vt Catulo iacuit Lepidus; [o] *nostrásque secures*
Passius, Sicanio tegitur qui Carbo sepulchro,
[p] *Quíque feros mouit Sertorius exul Iberos.*
Quanquàm, si qua fides, his te quoq; [q] *iungere Cæsar*
Inuideo, [r] *nostrásque manus quòd Roma furenti*
Opposuit. Parthorum vtinam post prælia sospes,
Et [s] *Scythicis Crassus victor remeasset ab oris,*
Vt simili causâ caderes, [t] *qua Spartacus hostis.*

a Vt Cæsaris sint.
b Alacri animo & cum acclamatione poscite signa dari belli, inf. v. 299.
c Ferro & fla mmâ vastatur Italia, furibundis Gallis à Cæsare immissis.
d Et iam Cæsar sanguine imbuit bellum.
e Dijs gratia, quibus placuit, à Cæsare potius quàm à nobis initium capere nefaria hæc bella.
f Coniuratio illa satis nota vel pueris ex Sallustio.
g Antiqui Cethegi (inquit Turnebus l. 19. Adv. c. 9.) tunicas non gerebant, sed pro tunica cinctum vel campestre ab vmbilico ad pedes, reliquo corpore exerto & nudo. vnde togâ in vrbe tecti nudos exerebant lacertos. Horat. epist. ad Pisones, *cinctutis Cethegis.* noster infra l. 6. v. 794. *nudique Cethegi.* Silius lt. *Ipse humero exertus gentili more.*
h Qui cum potuis & debeas, Camillum & Metellos imitatus, seruare patriam: velis in pestes & euersores patriæ degenerare Cinnam & Marium. ita scripserat Brutus ad Atticum de Antonio: ὃς ἐν Βρεττίοις καὶ Καπουΐοις καὶ Καλάτοις συναγελάσας ἑαυτῷ δυναμίδιον ἐπεχείρησεν ἐπιστρατεύειν Ὀκταβίῳ καὶ Πείσωνι. Plutarch in Bruto.
i Furius Camillus vrbem à Gallis captam, Capitolium obsessum, exul creatus Dictator liberauit pulsis Gallis.
k Numidico, Pio, Cretico, Balearico.
l Not. ad v. 93. supra.
m Supra v. 70. & deinceps.
n Sed dabis mihi huius amentiæ pœnas, victus, vt à Catulo Lepidus, qui Cos. inter se disceptarunt. Lepidus Sullæ rescindere cupiens, è Gallia quam prouinciam sortitus est, & vbi res nouas moliebatur, reuocatus à Senatu, cum exercitu ad vrbem redijt. sed à Catulo collegâ in Campo Martio superatus in Sardiniam fugit, ibique non multò post, perijt.
o Cn. Papirius Carbo tertium Cos. cum C. Mario creatus, reuerso è bello Mithradatico Syllâ, vrbe profugit. sed à Metello Pio propè Fauentiam superatus, in Siciliam fugit, à Pompeio captus, & damnatus capitis, catenis vinctus, securi percussus est.
p Q. Sertorius à Sylla proscriptus Hispanos ad arma mouit, contra quem missus Q. Metellus Cos. mox Pompeius, ancipiti acie sæpius pugnarunt. Sertorius tandem domestico scelere & insidijs extinctus est à Perpenna belli socio in conuiuio.
q Conferre, causâ ac pœnâ.
r Mihi contra te in patriam furentem, Cos. & senatus bellum hoc demandarunt.
s Pro *Paribicis.*
t Spartacus Thrax, gladiator è ludo Lentuli Capuæ cum 70 socijs effugit, seruis ad partem vocatis armatisque exercitum 70 M. conflecit, legatos pastores, Cos. Rom. deuicit à M. Crasso tandem deuictus cæsusque est.

Te

Te quoq; si Superi [u] titulis accedere nostris
Iusserunt, valet in torquendo dextera pilo:
Feruidus hæc iterum circa præcordia sanguis
Incaluit: discès non esse ad bella fugaces,
Qui [x] pacem potuêre pati. licet ille solutum,
Deseclumque vocet, ne vos mea terreat ætas.
[y] Dux sit in his castris senior, dum miles in illis.
Quò potuit ciuem populus perducere [z] liber:
Ascendi, supráque nihil nisi regna reliqui.
[a] Non priuata cupit, Romana quisquis in vrbe
Pompeium transire parat. [b] hinc Consul [c] vterque,
Hinc acies statura [d] ducum. Cæsarne Senatus
Victor erit? non tam cæco trahis omnia cursu,
Téque nihil Fortuna pudet. [e] Multisne rebellis
Gallia iam lustris, etásque impensa labori
Dant animos? [f] Rheni gelidis quòd fugit ab vndis,
[g] Oceanúmque vocans incerti stagna profundi,
Territa quæsitis ostendit terga Britannis?
An vanæ tumuere minæ, quòd fama furoris
Expulit armatam patrijs è sedibus vrbem?
Heu demens, non te fugiunt, me cuncta sequuntur:
[h] Qui cùm signa tuli toto fulgentia ponto,
Antè bis exactum quàm Cynthia conderet orbem,
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit.
Angustáque domum terrarum in sede posposcit.
Idem [i] per Scythici profugum diuortia Ponti
[k] Indomitum regem, Romanaq; [l] fata morantem,
Ad [m] mortem, Sylla [n] felicior, ire coëgi.
[o] Pars mundi mihi nulla vacat: sed tota tenetur
Terra meis, quocunque iacet sub sole, trophæis.
Hinc me victorem gelidas ad [p] Phasidos vndas

u Victoriæ meis additum.
x In pace vincre. vide quæ ad v. 314. l. 5.
y Cur mihi dux ætas illa probro sit, quæ illum militibus honori?
z Iubertatem suam retinens, non delatâ vili imperij summâ.
a Non ciuis esse vult, sed tyrannus, qui &c.
b A patribus nostris.
c L. Lentulus & C. Marcellus. A. V. 705.
d Procerum, Senatorum.
e Immanes. Duobus, neque exactis ijs.
f Cæsar Germanos ferro & igni populatus, in hostico per dies 18 moratus, se in Galliam recepit, rescisso post se ponte, quem in Rheno struxerat, ne Germanis vsui esset. hanc Pompeius fugam calumniatur.
g Et quòd causatus Oceanum Britannicum esse Gallici maris æstuaria, reciproco fluxu & refluxu, modò stagnantia, modò vadosa: repulsus est à Britannis quibus vltrò bellum intulerat. Sed hæc Cæsaris gesta Pompeius per inuidiam extenuandi inducunt.
h Qui intra spatium 2 mensium, piratas Cilicas maris latrocinijs infestantes coercui, & captis, ne ad piraticam relaberentur, agrum assignaui, dedutis procul à mari Solos vrbem Ciliciæ à me instauratam, appellatamque Pompeiopolin.
i Per diuerticula & transuersas semitas sui regni in Asia minori fugientem in Armeniam, Colchos, Albanos, Hiberos, &c. k Mithradatem, qui 40 annos cum Romanis bella gessit. l Victorias & Imperium. m Malè veneno tentatum, sed ferro exactum. l. 5. v. 338. n Allusum ad cognomen Syllæ Felicis, qui Mithradatem attriuerat, vt & Lucullus.
o Vide Martial. ep. 75. l. 3. p Fl. max. Colchidos quo Mithradatem Pompeius insequutus est.

[q] Arctos habet: calida [r] medius mihi cognitus axis
Ægypto, atque [s] vmbras nusquam flectente Syene.
[t] Occasus mea iura timet, Tethynq; fugacem
Qui ferit, Hesperius post omnia flumina Batin.
Me domitus cognouit [u] Arabs, me Marte feroces
[x] Heniochi, [y] notiq; erepto vellere Colchi.
[z] Cappadoces mea signa timent, & [a] dedita sacris
Incerti Iudæa Dei, [b] molliq; Sophene.
[c] Armenios, Cilicasque feros, [d] Tauroque subegi.
Quod [e] socero bellum, præter ciuile, reliqui?
[f] Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,
Nec matura petunt promissæ classica pugnæ.
Sensit & ipse metum Magnus; placuitq; referri
Signa, [g] nec in tantæ discrimina mittere pugnæ
Iam victum famâ non visi Cæsaris agmen.
[h] Pulsus vt armentis primo certamine taurus
Siluarum secreta petit, vacuosque per agros
Exul [i] in aduersis explorat cornua truncis;
[k] Nec redit in pastus, nisi cùm ceruice recepta
Excussi placuêre tori: mox [l] reddita victor
Quos libet in saltus comitantibus agmina tauris
Inuito pastore trahit: [m] sic viribus impar
Tradidit Hesperiam, profugusque per Appula rura
Brundusij tutas concedit Magnus in arces.
[n] Vrbs est Dictæis olim possessa colonis,

[q] Pars Septentrionalis subiecta Arcto vsq; ma.
[r] Pars mundi Meridionalis dicitur enim fuerat à Senatu tutor pueri regis Ptolomæi, item ibi sub Sylla fuerat.
[s] Syene oppidum est Thebaidos in confinibus Ægypti atque Æthiopiæ, quæ directè & perpendiculari sine vllo tropico subiecta, medio Solstitij die sole Cancrum ingresso, est ἄσκιος, corpora sic arrecta vmbram in neutram partem iaciunt.
[t] Hispania cuius extremus fluuius Bœtis Guadalquiuir, in fretum Gaditanum influditur, quod & ipsum effluit in mare Occidentale, ruitque.
[u] Circa Amanum montem in expeditione ad rubrum mare.
[x] Pop. fer. iuxta Colchos, ab Amphyo & Telechio, vel vt alij ref. Rhœca & Amphistrato Castoris & Pollucis ἡνιόχοις, i.e. auri-
gis qui ibi confederant, orti. [y] Ab Iasone petiti, cuius notissima historia. [z] Asiæ minoris pop. [a] Pompeios Iudæam subegit, Aristobulum regem cepit. sacra verò Iudaica notiora, quàm Lucano. [b] Luxu soluta Asiæ regio. [c] Has gentes peruagatus domuit bello Mithradatico. [d] Tauri montis accolas. [e] Cæsari, cuius filiam duxerat Pompeius. [f] Milites non excipiunt orationem Pompeij cum plausu & acclamatione, neque petunt signa profectionis in bellum dari. quod & ipse Pompeius aduersans subtimuit, & in
stituto itinere omisso se Lucerii Cautium, & inde Brundusium contulit. [g] Neque nactus exercitum satis consternatum famâ & metu Cæsaris nondum visi in discrimen pugnæ
[h] Sumpta est hæc comparatio è Virg. *sed alter Victus abit. longèque ignotis exulat oris, &c.*
[i] *Et tentat sese, atque irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit*
Ictibus, &c. [k] *Post vbi collectum robur, viresque receptæ. Signa monet. præcipitesque*
datum per iussa per hostem. [l] Recepta armenta, deuictis aliis tauris. ipse ducit. [m] Ratio
Comparationis, sic Pompeius se imparem Cæsari sentiens, Cæsari Italiam cedere, ipse per Ap-
pulam confugit Brundusium, hinc in Macedoniam nauigare instituit. [n] Brundusium vbi
conditum fuit, quum habitata à Cretensibus quibusdam qui Athenienses aliquot annis
[illegible] à Creta cum Theseo reduce Minotauri victore. Strab. l. 6.

Qui

Quos Cretâ profugos vexêre per æquora puppes
Cecropiæ, victum [o] *mentitis Thesea velis.*
[p] *Hanc latus angustum iam se cogentis in arctum*
Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam,
Adriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.
[q] *Nec tamen hoc arctis immissum faucibus æquor*
Portus erat, si non violentos insula Coros
Exciperet saxis, lassasq́, refunderet vndas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatúsque remouit,
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.
Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur
In portus [r] *Corcyra tuos, seu* [s] *læua petatur*
Illyris Ionias vergens [t] *Epidamnus in vndas.*
[u] *Huc fuga nautarum, cùm totas Adria vires*
Mouit, [x] *& in nubes abiere Ceraunia, cúmque*
Spumoso [y] *Calaber perfunditur æquore* [y] *Sason.*
Ergo vbi nulla [z] *fides rebus post terga relictis,*
[a] *Nec licet ad duros Martem conuertere Iberos,*
Cùm mediæ iaceant immensis tractibus Alpes:
Tunc sobole è tanta natum, [b] *cui firmior ætas,*
Affatur. Mundi iubeo tentare [c] *recessus.*
[d] *Euphratem,* [e] *Niliúmque moue, quò nominis vsque*
Nostri fama venit, [f] *quas est vulgata per vrbes*
Post me Roma ducem: g sparsos per rura colonos
Redde mari Cilicas: h Pharios hinc concute reges,
Tigranemq́, i meis nec k Pharnacis arma relinquas,

o Nigris, per fallacem & nauarum oblitionem, iisdem quibus soluerant Athenis, contra mandatum patris Ægei, qui præceperat vt si victor rediret filius, alba suspenderent carbasa.

p Hîc qui Italia cogit se in arctum (legitur & *arcum*) angustia illa porrigitur in æquora ad formam linguæ, hoc est, terræ molliter deuexæ & se coarctantis, quæ curuato fine prætenditur mari Adriatico, ita vt portus frequenti vtrinque flexu repræsentet cornua capitis ceruini, vnde & nomen. namque Messapiorum lingua ἡ κεραλὴ τὸ ἐλάφου καλεῖται βραυτίσιον. Strab. 6.

q Neque tamen satis fidus foret hic portus, nisi obiecta insula fluctus, ventosque exceptos frangeret.

r Inf. *Corfu*, à dextra.

s Epidamnus (quam Romani, vt Pomp. Mela l. 2. c. 3. vel vt Appius scribit, Cor-

cyrenses, propter inauspicatum nomen quasi δῆμος *damnum*, Dyrrachium appellauerunt) in Illyrica ora, versus mare Ionium posita. t Legitur & *Epidauros*. verùm vt historiæ nostræ interpolatæ, præplacet *Epidamnus*. u In portum Brundusij. x Nubibus inuoluti non apparent montes illi Epiri. y Insula contra Calabriam, inter Epirum & Frundusium. z Spes Italiæ tenendæ, quæ Brundusium fugientibus erat à tergo. a Neque posset iam bellum transferri in Hispaniam longè diffitam atque Alpibus intercluſam, quam prouinciam tenebant Petreius & Afranius Pompeij legati. b Cn. Pompeium filium nato maiorem, missurus ad desciscas à se gentes auxilia petitum. c Loca remota. d Armeniam, vnde oritur Syriam, quam prætexlabitur Euphrates. e AEgyptum, quam Nilus rigat. f Ad quas Romanum nomen propter me victorem peruenit. g Supra v. 577. h AEgyptios, à Pharo Inſ. i Beneficio meo in præsidium fortunæ habitum restitutum. Val. Max. l. 5. c. 1. k Filij Mithradatis, cui à patre deficienti Pompeius confecto bello Bosphorum concesserat.

Admoneo, nec tu populos [l] *vtráque* [m] *vagantes*
Armenia, [n] *Pontiq́ feras per litora gentes,*
o Rhiphæasq́ manus, & [p] *quas tenet æquore denſo*
Pigra palus Scythici paticns Mæotica plauſtri.
Et quid plura moror? totos mea nate per [q] *ortus*
Bella ſeres, totóque vrbes agitabis in orbe
Perdomitas: [r] *omnes redeant in caſtra triumphi.*
At vos, [ſ] *qui Latios ſignatis nomine faſtos,*
[t] *Primus in Epirum Boreas agat: inde per arua*
Graiorum, Macedúmque nouas acquirite vires:
Dum paci dat tempus hyems. Sic fatur: & omnes
Iuſſa gerunt, ſoluúntque cauas à litore puppes.
At [u] *nunquam patiens pacis, longæq́ quietis*
Armorum, ne quid ſatis mutare liceret,
Aſſequitur, [x] *generiq́ premit veſtigia Cæſar.*
Sufficerent alÿs primo tot mœnia curſu
Rapta, tot oppreſſæ deiectis hoſtibus arces:
Ipſa [y] *caput mundi, bellorum maxima merces,*
Roma capi facilis: Sed [z] *Cæſar in omnia præceps,*
**Nil actum credens, dùm quid ſupereſſet agendum,*
Inſtat atrox: & adhuc, quanuis poſſederit omnem
Italiam, extremo ſedeat quòd litore Magnus,
Communem tamen eſſe dolet: nec rurſus aperto
Vult hoſtes errare freto, ſed [a] *molibus vndas*
Obſtruit, & latum deiectis rupibus æquor.
[b] *Cedit in immenſum caſſius labor:* [c] *omnia pontus*
Haurit ſaxa vorax, montéſque immiſcet arenis:
[d] *Vt maris Ægæi medias ſi celſus in vndas*

l Maiori & Minori.
m Scythas vagos, ἀμαξοβίους.
n Maris Euxini, ἄξεινος prius dicti propter immanitatem accolarum.
o Incolas Rhiphæorum montium Scythiæ.
p Accolas Mæotidis paludis gelu conſtrictæ & induratæ, ita vt per eam onuſta agantur vehicula.
q Orientales regiones.
r Auxilio mihi adſint reges omnes & gentes, de quibus ego noſtrique triumphauimus.
ſ Conſules quorum nomina in Faſtis præfigebantur ſuis annis. l. 5. v. 9
t Cum primo vento in Epirum nauigare, ſolicitaturi Græcos & Macedonas.
u Nihil detrectans. omni in re properans, ſolitus ſucceſſus vrgere ſuoque flare fauori Numina, vt l. 1. v. 138.
x Pompeium properè ſequutus, Brundiſium cum 6 legionibus venit.
y Summi imperij ſedes, triumphati orbis caput.
z Cæſar cum dubitaret quo animo Pompeius Brundiſij remaneret, an vt maris Adriatici vtramque partem poteſtate ſua retineret, an inopiâ nauium ibi reſtitiſſet, veritus ne Italiam ille dimittenda non exiſtimaret, cupienſque ſimul bellum conficere, profectis Dyrrhachium Conſulibus ipſe vt Pompeium interciperet, exitus Brundiſini portus præcludere conſtituit. * Hoc tranſcripſit Iuſtinianus l. 42. C. de his quibus vt indign. *Nihil enim actum credens, dum aliquid addendum ſupereſt.* a Qua fauces portus erant anguſtiſſimæ, molem ab vtraque parte portus in vado iaciebat. quò verò agger propter altitudinem aquæ contineri non poſſet, ratis ter ſtratis crates ac pluteis conſectas, & turribus aduerſus impetum & incendia munitas collocauit. b Labor immenſus cecidit incaſſum. Hypallage. c Iniectas moles abſorbent omnia vt refert Poeta ſecus atque autor Commentariorum de bello ciu. d Neque tamen molæ illæ magis portum obſtruunt aut in mare eminent, quàm ſi in lacu Auerno demergatur Gaurus mons Campaniæ, aut in Ægæo mari Eryx mons Siciliæ, qui quoniam procul diſtat ab Ægæo, Sabellicus & alij *Arbor* legendum autumant.

Depel-

Depellatur Eryx, nullæ tamen æquore rupes
Emineant, vel si conuulso vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni.
Ergo vbi [e] *nulla vado tenuit sua pondera moles,*
Tunc placuit cæsis innectere [f] *vincula siluis,*
Roboráque immensis latè religare catenis.
[g] *Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem*
Construxisse vias, multum cùm pontibus ausus,
Europamq; Asiæ, Sestónque admouit Abydo,
Incessitq; fretum rapidi super Hellespontí,
Non [h] *Eurũ, Zephyrumq; timens. cum vela, ratesq;*
In medium deferret Athon. [k] *sic ora profundi*
Arctantur cæsu nemorum. tunc [l] *aggere multo*
Surgit opus, [m] *longæq; tremunt super æquora turres.*
[n] *Pompeius* [l] *tellure noua compressa profundi*
Ora videns, curis animum mordacibus angit,
Vt referet pelagus, [o] *spargátq; per æquora bellum.*
[p] *Sæpe Noto plenæ, tensisq; rudentibus actæ*
Ipsa maris per claustra rates fastigia molis
Discussêre salo, spatiúmque dedêre carinis:
Tortaq; per tenebras validis ballista lacertis,
Multifidas iaculata faces. [q] *Vt tempora tandem*
Furtiuæ placuere fugæ: ne litora [r] *clamor*
Nauticus exagitet, neu [s] *buccina diuidat horas,*
[t] *Neu tuba præmonitos perducat ad æquora nautas*
Præcepit socijs. [u] *iam cœperat vltima Virgo*

e Vt modò noctu &
f Rates coniunctas, & quaternis singulas anchoris firmatas.
g Qualiter Xerxes μίζαι φεγυῶν, olim in Hellespontí freto, ponte ex nauibus ducto, ab Abydo vrbe Asiæ in Sestion vrbem Europæ, pedibus traiecit exercitum. Herodot. 7. Mela, l. 2. c. 2.
h Qui tamen, concitato pelago, pontem disiecerunt.
i Cum montem Macedoniæ Athon à continenti abscindi iussum circumnauigaret. *Velificatum Athos.* Iuuenal. Sat. 10. v. 180.
k Sic fauces portus Brund. ratibus roboreis è syluis excisis & in mare deiectis coarctantur.
l Trabibus terrâ constratis.
m In quarta quaque ratium turres binorum tabulatorum excitatæ.
n Vbi videt ostia & fauces aggere præclusas, omni studio & conamine laborat vt ratibus Cæsaris perruptis refractoq; aggere viam sibi aperiat Dyrrhachium traiecturo. o In Macedoniam transferat bellum. *Ab*, machinas bellicas dissipet. p Pompeius naues magnas onerarias turribus trium tabulatorum instructas ad opera Cæsaris disturbanda appellebat. sic quotidie vtrinque fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. quæ naues, vt vult Luc. aggerem Cæsaris diruperunt, auctor tamen Comment. dimidiam vix operis partem à Cæs. effectam refert. q Pompeius, adiecto nauili à Cos. Dyrrhachio remissarum, profectionem parat, ne Cæsariani milites sub ipsa profectione oppidum irrumperent, portus obstruit, vicos plateasque transuersis fossis & sudibus præacutis præsepit. milites silentio naues conscendere iubet, &c coment. t. r Nautarum soluentium & se inuicem cohortantium κέλευσμα. s Quæ vigiliarum distinctiones indicare solet. t Neu tuba signum profectionis canat. u Videtur poeta ex Heliaci Virginis ortus notatione innuere Pompeium Brundusio discessisse sub Æquinoctio Autumnali circa medium Septembrem: cùm ex Ciceronis epistolis, & Commentarijs de bello ciuili (Cæsarisne illi sint, Oppij vel Hirtij) constet cœptum hoc bellum post comitia, inconsulto Ianuario, Arimino & alia oppida capta à Cæs. in Februario; Pompeium excessisse Brundusio in Martio; rediisse ad Romã Cæsarẽ, demisisse Pompeij duces, Massiliam oppugnasse eãdẽ æstate; sequenti deinde anno in Pharsalia depugnatũ. Dio tamen scribit *Autumnum iam exisse.* l. 41.

x Videtur & matutinum tempus denotare. cùm tamen Appianus 2. de cin. bel. Rom. Pompeium circa vesperam soluisse scribat. & autor commenti sub noctem naues soluisse.

y Scorpij brachia, quæ tribuuntur Libræ, quæ Virginem excipit.

z Dum antennæ inclinantur.

a Malus.

b Alij leg. *pendentes*. i. transcurrentes per funes.

c Explicant vela antennis substricta.

d Ne concussorum rudentum sonitus fugam prodat.

e Pompeius.

f Absque iactura relinquere, tutò discedere, deserere.

g Non licet. neque enim sine strepitu potuere tot naues remis velisque educi è portu.

h Brundusini Pompeianorum militum iniurijs atque ipsius Pompeij contumelijs permoti, Cæsaris rebus nec fortunæ minùs fauentes, Cæsarianos per admotas scalas ascendentes recipient; qui moniti vt fossas & fudes præcutas caueant, longo itinere à Brundusinis circumducti ad portum perueniunt duasque naues cum militibus, quæ ad molem Cæsaris adhæserant scaphis deprehendunt. i Portum cerui cornua referentem. supra v. 613. k Ostia portus. l Limes ille, per quem exibant Pompeianæ naues erat angustior Euripo, qui iuxta Chalcida interluit Euboicam inf. & Boeotiam. m Vncos ferreos, ad naues retinendas fabricatos. n Consecto prælio per noctem tumultuario cum Pompeianis, qui in duabus illis nauibus portrahebantur ad litus. o Mare. p His duabus nauibus extremis. q Vt Argo olim, qua Iason cum Minyis è Pagaso Thessaliæ oppido soluentes petebant Colchos Phaside fl. celebres, transmissa per Cyaneas seu Symplegadas insulas, quæ concurrere inter se finguntur, è collisione insularum deminuta est pœne puppis extremâ, vide quæ ad Senecæ Medeam v. 341. & Here. Fu. v. 1210. r Permanens immota. s Iam Orientis color è pallo in croceum, quæ rotundi materia præmonebat Solis ortum appetere.

x *Phœbum laturas ortu præcedere*[y] *Chelas,*
Cùm taciti soluêre rates. non anchora voces
Mouit, dum spissis auellitur vncus arenis:
[z] *Dum iuga curuantur mali, dúmque ardua*[a] *pinus* 695
Erigitur, pauidi classis siluere magistri:
Strictaq;[b] *pandentes*[c] *deducunt carbasa nautæ,*
Nec quatiunt validos,[d] *ne sibilet aura, rudentes.*
[e] *Dux etiam votis hoc te, Fortuna, precatur,*
Quam retinere vetas, liceat sibi[f] *perdere salutem* 700
Italiam.[g] *vix fata sinunt. nam murmure vasto*
Impulsum rostris sonuit mare, fluctuat vnda,
Tótque carinarum permistis æquora sulcis.
[h] *Ergo hostes portis, quas omnes soluerat vrbis*
Cum fato conuersa fides, murisq; recepti, 705
Præcipiti cursu flexi per[i] *cornua portus*
[k] *Ora petunt, pelagúsque dolent contingere classes.*
Heu pudor, exigua est fugiens victoria Magnus.
Angustus puppes mittebat in æquora[l] *limes*
Arctior Euboica, qua Chalcida verberat, vnda. 710
Hic hæsere rates geminæ,[m] *classiq; paratas*
Excepêre[m] *manus:*[n] *tractóque in litora bello,*
Hic primùm rubuit ciuili sanguine[o] *Nereus.*
Cetera classis abit[p] *summis spoliata carinis:*
[q] *Vt Pagasæa ratis peteret cùm Phasidos vndas,* 715
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes,
Rapta puppe minor subducta est montibus Argo,
Vanáque percussit pontum Symplegas inanem,
Et[r] *statura redit.*[s] *iam Phœbum vrgere monebat*

Non

Non idem Eoi color ætheris, albáque nondum
Lux rubet, & [t] flammas propioribus eripit astris,
Et iam [u] Pleias hebet, fessi iam [x] plaustra Bootæ
[y] In faciem puri redeunt languentia cœli,
[z] Maioresq; latent stellæ, calidúmque refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam Magne tenebas,
[a] Non ea fata ferens, quæ, cùm super æquora toto
Prædonem sequerere mari. lassata triumphis
Desciuit fortuna tuis. cum [b] coniuge pulsus,
Et [c] natis, totósque trahens in bella penates,
Vadis adhuc [d] ingens populis comitantibus exul.
[e] Quæritur indignæ sedes longinqua ruinæ.
Non quia te Superi patrio priuare sepulcro
Maluerint: [f] Phariæ busto damnantur arenæ:
[g] Parcitur Hesperiæ, procul hoc vt in orbe remoto
Abscondat Fortuna nefas, Romanáque tellus
Immaculata sui seruetur sanguine Magni.

t Maior hic obliquat minorem, & eo citius quo quisque vicinior eli & minor.
u Vergiliæ, stellæ 7 in humero cum capite Tauri obscurantur.
x Vrsi maior, cuius 7 stellas lucidiores secundæ magnitudinis plaustrum vulgo dictum Bootes sequi videtur, cuius Erymanthidos verso, Arctophylax formam terga sequentis habet.
y Sol luce obscurata colorem æthereis induunt.
z Diffugiunt stellæ, quarum agmina regit Lucifer, & cœli facies nouissima exit.
a Non aliter infelicitatem, vt olim piratæ Cilicas, supra v. 576. sed fugiens. Audi Florum: Et peractum fuerat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundusij oppressisset, vt cœperat, potuisset. Sed ille per obsessi claustra portus nocturnâ fugâ euasit. Turpe dictu modò princeps pacis bellique moderator, per triumphatum à se mare lacerâ & penè inermi naue fugiebat. b Cornelia, supra v. 749.
c Cneio & Sexto. d Magnæ authoritatis propter comites Cos. Senatus partem principem, & exercitum. e Vide Epigr. 75. Martialis & quæ nos ad illud. f Ægyptiacæ arenæ destinatur scelerataæ cædi & tristi sepulchro Pompeij. *Sed ipsum Terra tegit Libyes: si tamen vlla tegit.* eodem epigr. g Ne Italia tot Pompeij victorijs seruata, tot triumphorum illius spectatrix, nunc eum cernat victum, aut cæsi sanguine contaminetur.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER TERTIVS.

PRotulit vt classem velis cedentibus Auster
Incumbens, mediumq; rates tenuere profundū,
[a] Omnis in Ionios spectabat nauita fluctus
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum litora nunquam

a Cuncti omnibus Ionium mare prospicientibus, Pompeius tubas reliquit Italiæ.

Ad visus redítura suos, [b] *tectúmque cacumen*
Nubibus, & dubios cernit [c] *vanescere montes.*
Inde [d] *soporiferos cesserunt languida somno*
Membra ducis: diri tum plena horroris imago
Visa caput mœstum [e] *per hiantes Iulia terras*
Tollere, & [f] *accenso furialis stare sepulcro.*
[g] *Sedibus Elysiis, campóque expulsa piorum*
Ad Stygias (inquit) tenebras, manesq́, nocentes,
Post bellum ciuile trahor: vidi ipsa tenentes (mis.
[h] *Eumenidas,* [i] *quatterent quas vestris lampadas ar-*
[k] *Præparat innumeras puppes Acherontis adusti*
Portitor: in multas [l] *laxantur Tartara pœnas.*
[m] *Vix operi cunctæ dextra properante sorores*
Sufficiunt: lassant rumpentes stamina Parcas.
Coniuge me lætos duxisti Magne triumphos:
Fortuna est mutata [n] *toris:* [o] *sempérque potentes*
Detrahere in cladem fato damnata maritos
Innupsit [p] *tepido* [q] *pellex Cornelia busto.*
[r] *Hæreat illa tuis per bella, per æquora signis,*
Dum non secures liceat mihi rumpere somnos,
Et nullam vestro vacuum sit tempus amori,
Sed teneat Cæsárque dies, & Iulia noctes.
[t] *Me non Lethæa, coniux, obliuia ripæ*
Immemorem fecêre tui, [t] *regésque silentum*
Permisêre sequi. [u] *veniam, te bella gerente,*
In medias acies nunquam tibi Magne per vmbras,
Perque meos manes generum non esse licebit.
[x] *Abscindis frustra ferro tua pignora, bellum*

b Montium fastigia nubibus obducta.
c Rarescere, disparere, vix dignosci a nubibus, vide quæ noti ad Senecæ Troada, v. 1046.
d Pompeio per quietem Iuliæ (de qua l. 4. v. 1. 4.) umbram oblatam fingit poeta.
e *Tellure rupta Tartaro gressum offerre.*
f Instar furiæ accensis rogis & pretentis facibus adstare, indignata propter superductã Corneliam, & ciuile bellum.
g Nec mea tui cura ipsa in morte recedit. Quin & manes passura meos, ex quo bella mouere cupisti, ego è beatarum animarum sedibus in damnatorum loca detrudor. de Elysijs campis vide quæ ad Senecæ Troad. v. 961.
h Furias tres, Ἀφιδνὰς dictas Oresti, postquam eas consilio Apollinis placasset.
i Tenentes manu faces quas intentarent vestris furialibus armis inicturandis.
k Neque enim vna sua facis sufficiet transcribendis animis eorum qui hoc bello perituri sunt.
l Vt nouis animis fiat locus. *laxátque fores Charon.* Virg. Æn. 6. & Sen. Herc. Oet. v. 949. *Laxate manes.*
m Exercentur, imò lassantur Parcæ staminibus vitæ absoluendis.
n Cum coniuge, namque— o —Cornelia fatalis est & ominosa maritis. P. Crasso prius, qui periit apud Parthos, tibi iam fortuna æquè pernitiosa l. 8. v. 90.
p Mei recens mortuæ, vel coniugis sui, intra legitimum tempus to meosum.
q Inuidiosè vocat eam pellicem, quæ intra legitimum luctus spatium nupta fuerit suo nuper marito, cuius memoriæ per illam excideris.
r Illa licèt te in bella comitetur, non tamen fruemini mutuo amore, namque te interdiu exercebit pater meus Cæsar, nocte ego tibi somnos interturbabo.
s Neque obliuionis ille fluuius degustatos apud inferos ademit mihi tui memoriam.
t Pluto & Proserpina.
u *Omnibus vndeq́ locis adero,* vltrix vsque sequar te. monebo vsque, te esse Cæsaris generum.
x Frustra tuum bello extinguere ius affinitatis, namq, hoc bellũ te mihi reddet. *Prædicit, illi mortem.*

Te

Te faciet ciuile meum. Sic fata, [y] *refugit*
Vmbra per amplexus trepidè dilapsa mariti.
[z] *Ille, Dei quamuis cladem, manesque minentur,*
Maior in arma ruit, certa cum mente malorum.
Et, quid (ait) vani terremur imagine visus?
Aut nihil est sensus animis à morte relictum,
Aut mors ipsa nihil. [a] *Titan iam proximus undis*
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet lunæ seu plena futura est,
Seu iam plena fuit: tunc obtulit [b] *hospita tellus*
Puppibus accessus faciles: [c] *legêre rudentes,*
Et posito remis petierunt litora malo.
Cæsar, vt emissas venti rapuêre carinas,
[d] *Absconditq; fretum classes, & litore solus*
Dux stetit Hesperio, non illum gloria pulsi
Lætificat Magni: [e] *quæritur quòd tuta per æquor*
Terga ferant hostes. neque enim iam sufficit vlla
Præcipiti fortuna viro: nec vincere tanti,
Vt bellum differret, erat. [f] *tunc pectore curas*
Expulit armorum, pacique intentus agebat,
Quóque modo vanos populi concíret amores,
[g] *Gnarus & irarum causas, & summa fauoris*
Annona momenta trahi. nanque asserit vrbes
Sola fames, emiturque metus, cùm segne potentes
Vulgus alunt. nescit plebes [h] *ieiuna* [i] *timere.*
[k] *Curio Sicanias transcendere iussus in vrbes,*
[l] *Quà mare tellurem subitis aut obruit vndis,*
Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.
Vis illic ingens pelagi, sempérque laborant
Æquora, [m] *ne rupti repetant confinia montes:*

y *Frustra tentauit, sa manum effugit imago, Par levibus ventis, volucrique simillima somno.*

z Pompeius maioribus cum fiducia imò obstinacia obuius ire latis.

a Solis iam occidentis mediâ pene parte, (instar lunæ semiplenæ) sub Horizonte depressâ, appulit Dyrrhachium Pompeius.

b Dyrrhachina.

c Collectis funibus & velis, malóque inclinato, subierunt portum remigio.

d Propter distantiam, & globi rotundi tatem.

e Cæsar omnis impatiens, nullam percepit voluptatem è Pompeij fugâ, quæ parua erat victoria, supra l. 2. v. 707. & iniquè tulit euasisse Pompeium, cuius fugâ bellum protraheretur, quod semel confectum voluit.

f Cæsar, etsi maximè è re esse arbitraretur Pompeium æqui, priusquam se transmarinis auxilijs confirmaret; partim tamen nauium desiderio; partim ne quid se absente tentaretur per Galliam & Italiam, timens; nec non exercitum in Hispania sub ducibus Pompeianis veritus; in Siciliam Curione misso, in Sardiniam Valerio, &c. ipse Iberiam cogitans ad Vrbem proficiscitur. g Sciens populi animos abalienari, à fide deficere & detrectare imperium si quando fame & penuriâ laboretur; concilianti studium plebis & benevolentiam, largitione annonæ, quæ sola ciuium obedientiam obstringit. Cùm populus *duas tantùm res anxius optet Panem & Circenses.* Iuuen. Sat. 10. v. 80. h Fame pressa. i Studium, fidem, obsequium præstare. k Curio itaque prætor cum tribus legionibus missus est in Siciliam, frumentatum. l Qua Siculum mare Rheginum & Pelorum interfluit. vide l. 2. supra v. 433. m Ne Apenninus & Pelorus vi vndarum diuulsi, rupti coniungantur.

[a] Belláque Sardoas etiam sparguntur in vrbes.
Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis.
[o] Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ.
[p] Vbere vix glebæ superat, cessantibus Austris,
[q] Cùm medium nubes Borea cogente sub axem,
Effusis magnum Libye tulit imbribus annum.
Hæc vbi sunt prouisa duci, tunc agmina victor
[r] Non armata trabens, sed pacis habentia vultum,
Tecta petit patriæ. prò, si remeasset in vrbem,
Gallorum tantùm populis, [s] Arctóque subacta,
[t] Quam seriem rerum longa præmittere pompa,
Quas potuit belli facies! vt [u] vincula Rhena,
Oceanóque daret! [x] celsos vt Gallia currus
Nobilis, & flauis sequeretur mista Britannis!
Perdidit ô qualem vincendo [y] plura triumphum!
[z] Non illum lætis vadentem cœtibus vrbes,
Sed tacitæ vidêre metu. [a] non constitit vsquam
Obuia turba duci: [b] gaudet tamen esse timori
Tam magno populis, & se non mallet amari.
[c] Iamq; & præcipites superauerat Anxuris arces,
Et qua Pontinas via diuidit vda paludes,
Qua [d] sublime nemus, [e] Scythicæ qua regna Dianæ,
[f] Quaq; iter est Latijs ad summam fascibus Albam:
Excelsa de rupe procul iam conspicit Vrbem,
[g] Arctoi toto non visam tempore belli:
Miratúsque suæ, sic fatur, mœnia Romæ:
Téne, [h] Deûm sedes, non vllo Marte coacti
Deseruêre viri! pro qua pugnabitur vrbe?

a Valerius missus est frumentatum in Sardiniam.
o Non ex alia vlla terra maior frumenti copia in Italiam & Romam aduehitur, quàm ex insulis Sicilia & Sardinia.
p Vix ipsa Africa superat fertilitate has insa, Austris non flantibus.
q Cùm repulsis à Borea nubibus rigata abundans messem & fragum prouentum tulit.
r Deductis in municipia cohortibus, vel eas pacem præ se ferentes vrbem vetus ducit.
s Germanis exteríſque populis Septentrionalibus deuictis.
t Quàm speciosam triumphi pompam, quas vrbium captarum & præliorum imagines potuisset præferre.
u Vel propter pontem in Rheno constructum, & mare Britannicum tum primùm à Romanis nauigatum. vel propter vtriusque accolas deuictos.
x Triumphales Imperatoris currus sequentibus Gallis & Britannis erant flauis.
y Italiæ oppida vincendo & Pompeium eum Consulem fugando.
z Non illum prætereuntem excepere vrbes lætis acclamationibus. a Non prodibant illi obuiam vrbes gratulaturæ. b Inuidiosè hoc in Cæsarem vt semper. c Iam præterierat Tarracinam & Anxur in ardoo positum; & qua via Appia diuidit paludem Pontinam in Volscis. d Nemus Aricinum, clarum Vrbis. C L X. Stadia distans à Roma. e In sylua Aricina colebatur simulachrum Scythicæ Dianæ, huc ab Oreste translatum è Taurica regione, cæso rege Thoante. Dianæ Aricinæ sacerdos Rex dicebatur. Sueton. Calig. c. 35. Nemorensi regi, quod &c. Martial. ep. 65. l. 2. Qui Triuiæ nemorosi petit dona regna viator, & noster l. 6. v. 74. Strabo l. 5. Solin. c. 8. f Qua ad Albam longam erant Cons. sacrificaturi in Latinis feriis. supra l. 1. v. 550. g Adeuntes Gallos, Germanos, Britannos gelli. Sequentium vocem. h Romæ Deûm sedes. Ouid.

i Dij melius, quòd non Latias k Eous in oras
Nunc furor incubuit; nec l iuncto Sarmata velox
Pannonio, Dacisq; Getes admissus: habenti
Tam pauidum tibi Roma ducem Fortuna pepercit,
Quòd bellum ciuile fuit. Sic fatur, & Vrbem
Attonitam terrore subit. m nanque ignibus atris
Creditur, vt captæ, rapturus mœnia Romæ,
Sparsurúsque deos. fuit hæc mensura timoris:
Velle putant, quodcunque potest. n non omina festa,
Non fictas læto voces simulare tumultu:
o Vix odisse vacat. p Phœbea palatia complet
Turba Patrum, q nullo cogendi iure Senatus,
r E latebris educta suis: non Consule sacræ
Fulserunt s sedes: t non proxima lege potestas
Prætor adest: vacuaq; loco cessêre u curules.
x Omnia Cæsar erat, y priuatæ Curia vocis
Testis adest. sedêre Patres z censêre parati,
Si regnum, si templa sibi, iugulúmque Senatus,
Exiliúmque petat. a melius, quòd plura iubere
Erubuit, quàm Roma pati. b tamen exit in iram
Viribus an possent obsistere iura per vnum
Libertas experta virum. c pugnáxque Metellus
Vt videt ingenti d Saturnia templa reuelli
Mole, rapit gressus, & Cæsaris agmina rumpens,
Ante fores nondum reseratæ constitit ædis
(V)queadeo solus ferrum, mortémque timere
Auri nescit amor. e pereunt discrimine nullo
Amissæ leges: sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes) probibensq; rapina

i Dij melius pro. spexerunt, quòd à cæ ne potius quàm ab extremo hoste inferatur bellum hoc Vrbi à timido ducè Pompeio deserta.
k Partiocum bellum, ab Oriente.
l Quòd non inundant nos Sarmatæ missi Pannonij, Getæ Dacis, supra l. 2. v. 54.
m Timetur ne ferro & flamma omnia diuastet, neque ipsis sacris parcat.
n Vt modò v. 80.
o Vix animo sunt prætenti, exercendo, vt par est, odio.
p Patres in Apollinis ædem Palatinum vocatos benignè affatum esse Cæsarem, excusasse bellum hoc susceptum dignitatis suæ tuendæ gratia aduersus inuidiam & iniurias paucorum, hortatum vt secum curam Reip. susciperent, curarentque legatos mittendos ad Pompeium & Cos. de pace &c. testantur omnes historici, Plutarchus, Appianus, Dio, Florus, Oppianus, Hircius.
q Ius enim cogendi Senatum penes Cos. vel Prætorem erat. Ab Antonio & Cassio conuocatum Senatum refert Dio l. 41.

r Ex ædibus suis quò se receperant. s Curia. t Non Prætor, proximus à Cos. magistratus. u Sellæ maiorum magistratuum, Consulum, Prætorum, Censorum, Ædilium curulium. x Cæsar omnium magistratuum munera obibat. y Conuocabantur Patres tantùm, sues futuri actorum & consultorum Cæsaris priuati hominis. z Parati, Cæsari, si pepercisset, decernere regnum, diuinos honores, quorum vellet eadem, vtilium, præstipiendorum. a Melius fuit, optimè actum est, quod &c. b Tamen libertas tentata per vnum virum (Metellum sc. Trib. pl. obstantem Cæsari æraria effracturo) an iam posset obsistere obtinuit, iram mouit. c Obstans Cæsari. d Æraium quod erat in æde Saturni à Tullo Hostilio condita. e Leges cum libertate pereunt, omnium assentatione omnem solum inuenit potestas.

Vitia.

Victorem clara[f] *testatur voce Tribunus:*
Non nisi per nostrum vobis percussa patebunt
Templa latus, nullásque feres, nisi sanguine[g] *sacro*
Sparsas, raptor, opes.[h] *certè violata potestas*
Inuenit ista Deos. Crassumq; in bella secutæ
Sæua Tribunitiæ nouerunt prœlia diræ.
[i] *Detege iam ferrum. neq; enim tibi turba verenda est*
Spectatrix scelerum: deserta stamus in Vrbe,
Non feret[k] *è nostro sceleratus præmia miles:*
[l] *Sunt quos prosternas populi, quæ mœnia dones.*
Pacis ad exhaustæ spolium nos cogit egestas:
Bellum Cæsar habes. His magnam victor in iram
Vocibus accensus: Vanam spem mortis[m] *honestæ*
Concipis: haud (inquit) iugulo se polluet isto
Nostra, Metelle, manus.[n] *dignum te Cæsaris ira*
Nullus honor faciet.[o] *te vindice tuta relicta est*
Libertas?[p] *non vsque adeò permiscuit imis*
Longus summa dies, vt non si voce Metelli
Seruentur leges, malint à Cæsare tolli.

Dixerat: & nondum foribus cedente Tribuno
Acrior ira subit:[q] *sæuos circumspicit enses,*
Oblitus simulare[r] *togam. tum Cotta Metellum*
Compulit audaci nimium desistere cœpto.
[s] *Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,*
Libertate perit; cuius seruaueris vmbram,
Si, quicquid iubeare, velis.[t] *tot rebus iniquis*
Paruimus victi: venia est hæc sola pudoris,
Degenerisq; metus, nil iam potuisse negari.
[u] *Ocyus auertat diri mala semina belli,*

f Proteſtatur ſe prohibiturum. vel, deteſtatus, execratus.
g Meo, Tribuni.—
h —Tribunitia autem poteſtas ſacroſancta eſt, quam, quicunque violauerit aut pro leui habuerit, Deos experturus eſt vltores. vti Craſſus non ita pridem, qui diris & execrationibus Atrei Trib. pl. impetitus, miſerè in Parthis periit.
i Stringe ferrum in me, neque abſtine ſacroſancto ſanguini fundendo, verecundiâ ciuium ſpectantium inhibitus. Nemo ſupereſt ciuis, nemo libertatis aſſertor in vrbe.
k Ex ærario publico.
l Conuerte bellum tuum ad hoſtes potius, ex his victis ſedde militibus promiſſa munera. non feres ex ærario theſauros, quos longa pace congeſtos non expromere licebit, niſi publica iuſſerit egeſtas. Hos olim (inquit Appianus) execratione publicè propoſitâ conditos eſſe memorant, vt, niſi Celtico inſurgere bello, à nullo promerentur.
m Meâ manu interfectus.
n Sacroſancta poteſtas tua, quam iactas vſque, non faciet te dignum irâ meâ. o Tûne quæſo libertatem ex vrbe fugientem moraris? tûne libertatis ſolus in vrbe aſſertor? reſpondet ad illud ſupra, v. 129. p Non eò deſperationis & confuſionis venit Reſpublica, vt legum ſuarum aſſertorem Metellum malit quàm Cæſarem. q Admotâ capulo manu dixiſſe ferunt Cæſarem, *Scio ignaros, adoleſcentes, difficilius eſſe mihi dicere hoc quàm facere.* r Pacem.
s Libertas populi oppreſſa, obnoxia eſt libertati illius qui opperſit; cuius tamen retinebis imaginem, ſi libuerit te ſubijcias imperatis. t Et cum cæterarum rerum, legum, libertatis, &c. pertulimus iacturam, neceſſitate adacti; quin & theſauris etiam publicis cedamus. Ignoſcibit degeneris metus veniam apud poſteros neceſſitas, cui reſiſtere in noſtra manu non erat. u Quin ocyus auferat theſaurum hunc, cuius fortaſſe causâ bellum hoc dirum à Cæſare motum eſt, ſimul ſuorum ſi illum obuium deſideramus,

x *Damna*

[x] *Damna mouent populos, si quos sua iura tuentur.*
Non sibi, sed domino grauis est, quæ seruit, egestas.
Protinus abducto [y] patuerunt templa Metello.
Tunc rupes Tarpeia sonat, [z] magnóque reclusas
Testatur stridore fores: tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani [a] census populi, quem [b] Punica bella,
Quem dederat [c] Perses, quẽ victi præda [d] Philippi:
[e] Quod tibi Roma fugâ Pyrrhus trepidante reliquit,
[f] Quo te Fabricius regi non vendidit auro,
Quicquid parcorum [g] mores seruastis auorum,
[h] Quod dites Asiæ populi misêre tributum,
Victoriq; dedit [i] Minoïa Creta Metello,
[k] Quod Cato longinqua vexit super æquora Cypro.
Tunc Orientis opes, [l] captorumq; [m] vltima [l] regum
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis
Egeritur: tristi spoliantur templa rapina;
[n] Pauperiórque fuit tunc primùm Cæsare Roma.
[o] Interea totum Magni fortuna per orbem
[p] Secum casuras in prælia mouerat vrbes.
Proxima [q] vicino vires dat Græcia bello.
Phocaicas [r] Amphissa manus, [s] scopulosaq; Cyrrha,
[t] Parnassiusq; [u] iugo missit desertus [u] vtroque.
Bœoti coïêre duces, quos impiger ambit
[x] Fatidica Cephissos aqua, [y] Cadmeáque Dirce,
[z] Piseæq; manus, populisq; per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas. [a] tunc Mænala liquit

x AErarium populi liberi exhaustum, non fit sine publico damno: sed populi seruientis egestas & thesauri exhausti, domino non populo damnum adferunt.
y Reclusum erat æ-rarium, & thesauri à nemine vsque in illam diem contacti, militibus rapiendi concessi.
z Impactis securibus reclusæ fores, & stridore cardinum resonat collis Saturnius, Tarpeius, vel Capitolinus, in quo æra-rium.
a Aurum & argentum, è multis, tributis, denis gentium denis datum.
b Primum quo multati sunt Carthaginenses M C C talentis argenti. Secundi, quo multabantur X M tal. arg. in L annos æquis portionibus soluendis. sed intercessit Tertium.
c Macedoniæ rex ab AEmylio Paulo deuictus. vide Plutarch. AEmylium Paul.
d Patris Perſæ à T. Flaminio ad deditionem compulſi. Plutarch. T. Q. Flamin.
e Supra l. 1. v. 30.
f Aurum à Pyrrho oblatum vt patriam desereret proderetque, recusauit Fabricius ad regem legatus. g Frugalitas veterum Romanorum & parsimonia. h Quod ab Antiocho Syriæ, Attali legatione & hereditate obuenit. i Minoi olim regnata Creta, à Q. Metello vastata. k Missus in Cyprum aduersus Ptolomæum Cato Ma, advexit VII. M. talenta. l Mithradatis Ponti, Tigranis Armeniæ, Aristobuli Iudææ regis, &c. m Ex remotissimis regionibus. n Emphatice & inuidiosè in Cæsarem ære alieno prius pressum. o Recenset posta catalogum populorum qui Pompeio auxilia submiserunt. 1. Europæ. 2. Asiæ. 3. Africæ. orditur à Græcia. p Eandem cum Pompeio fortunam & cladem experturas. q Pompeio iam Dyrrhachij. r Oppido Phocidis. s Ad rupem sita. t Mons Apollinis Pythii oraculo & Musarum fide clarus bicollis. u Tithoreo & Hyampeo. x Oritur Cephissus amnis è montibus Phocidis Delphico oraculo claris. y Dircæ fons vicinus Thebis à Cadmo positis. vide quæ ad Senecæ Thebaid. v. 126. z Et Pisis opp. Elidis, iuxta Alpheum fl. qui fertur subire mare sub Arethusam fontem Siciliæ. Pausan. Eliacor. 1. a Aduenerunt Arcades à Mœnalo Arcadiæ monte, & Thessali à Trachyne quam Hercules condidit sub OEta monte.

Arcas,

Arcas, & Herculeam miles Trachinius Oeten.
[b] *Thesproti,* [b] *Dryopesq́, ruunt,* [c] *quercusq́, silentes*
Chaonio veteres liquerunt vertice [b] *Sellæ.*
[d] *Exhausit totas quauuis delectus Athenas,*
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes,
Trésque petunt veram credi Salamina carinæ.
Iam [e] *dilecta Ioui centenis venit in arma*
Creta vetus populis, [f] *Gnossiasq́, agitare pharetras*
Docta, [g] *nec Eois peior* [f] *Gortyna sagittis.*
Tunc qui [h] *Dardaniam tenet Oricon: & vagus altis*
[i] *Dispersus syluis Athamas, & nomine prisco*
[k] *Encheliæ versi testantes funera Cadmi.*
[l] *Colchis, & Adriacas spumans* [m] *Absyrtos in vndas,*
Et [n] *Penei qui rura colunt, quorúmque labore*
Thessalus [o] *Æmoniam vomer proscindit* [o] *Iolcon.*
[p] *Inde lacessitum primò mare, cùm* [q] *rudis Argo*
Miscuit ignotas temerato litore gentes,
Primáque cum ventis, pelagiq́, furentibus vndis
Composuit mortale genus, [r] *fatisq́, per illam*
Accessit mors vna ratem. tunc linquitur [s] *Æmus*
Thracius, & populum [t] *Pholoë mentita biformem.*
[u] *Deseritur Strymon tepido committere Nilo*
Bistonias consuetus aues, [x] *& barbara Cone*
Sarmaticas vbi perdit aquas, sparsamque profundo

[b] Epiri pop.
[c] Dodonæas quercus non amplius responsa dantes, fugatis columbis fatidicis. vide quæ ad Senecæ Medeam, v. 349.
[d] Athenæ, vtcunque delectu prius exhaustæ, è naualibus tamen suis Phœbo dicatis mittunt tres Salaminias nauiculas; quæ testentur Salaminam esse veri iuris Atheniensium non Megarensium, vti olim controuersum erat. Simul videtur alludere ad illud Horatij: *Amœnam tellure nostra Salaminem futuram*; propter Cyprium, vide Senec. Troad. v. 842. Erant item Athenis tres naues publico vsui destinatæ: *Theoris*, quæ vehebantur in Delum quotannis è Thesæo voto; Plato in Phædone: *Paralus*, quæ mittebantur Delphos aut aliò rem diuinam facturi; Aristophanis interpres: *Salaminia*, quæ euocatos ad iudicium subuehebat. Plutarchi Pericles. e Creta ἑκατόμπολις ob quæ Iupiter natus educatusque fuit. f Cretæ vrbes notiss. Gnossus & Gortyna sagittarijs insignes. g Non cedens Parthis arte mittendi sagittas. h Heleno & Andromache Dardanis regnatam maritimam illam Epiri vrbem. Virg. 3. AEn. i Athamanes montes Epiri incolebant. k Illyrij pop. quorum vrbs Cadmi & Harmiones in serpentes conuersorum est monimentum. ἔγχελυς autem anguilla est. *longæ cognata colubræ*, vt ait Inuenalis Sat. 5. l Non Ponti illa sed Istri regio, dicta à Colchis qui ab AEeta missi ad persequendum Iasonem, hic consederunt. m Insula cum fluuio cognomine in mare Adriaticum prolapso, sub Illyrico. n Fl. Thessaliæ. o Thessaliæ opp. p Ex Iolco soluerunt Argonautæ. Argo autem primam celebrant Poetæ nauem. q Exprimit illud Senecæ in Medeæ choro primo, *Deni disiecti fœdera mundi Traxit in vnum Thessala pinus, Iussique pati vertora ponti, Partémque metus fieri nostri Mare sepositum.* r Mortis nouum genus illatum. sc. Naufragium. s Mons Thraciæ. t Mons Arcadiæ, Pholo aliíque Centauris (qui cùm primi ab equis dimicarent) procul visi erant biformes, habitatus. u Adeuntur & auxilia à Strymone Thraciæ fluuio cuius frigus graues sub hyemem fugientes Nili teporem petunt. Bistonis autem stagnum est Thraciæ. x Et vbi ad insulam Coneu (sitne illa Conopes, Plinij l. 4. c. 12. an Apollonij ἄγκων, circa Istri ostia insula, dubium) in mare funditur Sarmaticus fl. Peuce primùm vel vnus ostiorum Istri alluit Peuceu Insula, ostio fluuij.

y Mul-

[1] *Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri:*
[a] *Mysíáque, & gelido tellus perfusa Caico*
[a] *Idalis, & [b] nimium glebis exilis Arisbe.*
Quíq; colunt [c] Pitanen, & [d] quæ tua munera Pallas
Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ:
Quà celer erectis [e] descendens Marsya ripis
Errantem Mæandron adit, mistúsque refertur:
Passáque ab auriferis tellus exire metallis
[f] *Pactolon: quà culta secat non vilior Hermus.*
[g] *Iliacæ quoque signa manus, perituráque castra*
Ominibus petiêre suis: [h] nec fabula Troïæ
Continuit, Phrygyá; ferens se Cæsar Iuli.
Accedunt Syriæ populi, [i] desertus Orontes,
Et [k] felix, sic fama, Ninos: [l] ventosa [m] Damascus,
[m] Gazáque, & [n] arbusto palmarum diues Idume.
Et Tyros [o] instabilis, [p] pretioságue murice Sidon.
[q] *Has ad bella rates non flexo limite porti,*
Certior haud vllis duxit Cynosura carinis.
[r] *Phœnices primi, famæ si creditur, ausi*
Mensuram rudibus vocem signare figuris.
[s] *Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
Nouerat: & saxis tantùm, volucréque feraq;
Sculptáque seruabant magicas animalia linguas.
Deseritur [t] Tauriq; nemus, [u] Perseáque Tarsos,

1 Multifidi Istri ostia vt alij, septem, Peucem insulam.
a Asiæ minoris regio.
a Quæ sub Ida iacet, tellus Omnibona. Sed Ortelius approbat lectionem, Alleli. Caicus enim Straboni l. 12. est AEolidis fl. Alij Asiæ Propriæ.
b Sterilis.
c Oppidum Troadis.
d Et Celenæ vrbs Phrygiæ, quæ lugent fatum Satyri sui Marsyæ, qui inscitiæ, quas Pallas abiecerat, tibijs fretus Apollinem in certamen Musices prouocauit, & ab eo victus excoriatus est—
e —versus autem ad fluuium sui nominis cadit in Mæandrum fl. sinuosum & per plana sæpius flexibus in fontem recurrentem.
f Auriferi fluij celebrantur Pactolus, Hermus, Ganges, Tagus, Iber, Indus, Arimaspus.
g Et Troes venerunt auxilio Pompeij, sed fato suo, i. inauspicato & vinci solito.
h Neque eos à Pompeianis partibus detinuit fama de Cæsare oriundo inlijs stirpe.
i Fl. Syriæ, desertus, accolis ad Pompeium affluentibus.
k Vbertate & rerum affluentiâ celebrata Ninos. πτολις μεγαλη καὶ ἐυδαιμων. Arrian. in παραπλῳ Indiæ.
l In patenti sita, ventis exposita Syriæ vrbs.
m Vrbs Syriæ.
n Palmis nobilis Syriæ regio Iudæa.
o Quondam insula, LXX passuum mari à terra diuisa, sed aggere Alexandri post iuncta continenti.
p Phœniciæ vrbs maritima purpurarum piscatu celebris.
q Cynosura, haud certior dux vllis alibi carinis, duxit has rates ad Dyrrhachium, rectâ nauigatione. Namque Helice cæteros Graios, Tyrios Cynosura per aquam dirigit. Certior quàm Helice, quòd polo vicinior. κυνοσουρᾳ φοινικες πλοιοισι πορευονται θαλασσαν. Aratus.
r Cadmus cum Phœnicibus suis literarum figuras vel inuenisse vel in Græciam intulisse ferunt Mela l. 1. c. 12.
s Necdum AEgyptij norant voces figuris literarum delineatas chartis è papyro ceu iuncto Nilotico dissecto figurare. sed per figuras animalium ἱερογλυφα γραμματα, sculptis notis, monimenta memoriæ, vaticinia, & sapientum præcepta seruoticij, saxis imprimerent.
t Mons Asiæ, propriè ita dicitur ea pars quæ Ciliciam & Pamphyliam ab Armenia distinguit.
u A Perse condita vrbs Ciliciæ. Alij à Tarso Persei talaribus. vel quòd ibi vagulum ceu plantam fregerit Pegasus, vel παρα τὸ ταρσους θειναι, quòd ea loca primùm à diluuio exaruerint, dictam volunt, legendumque *Tarsáque Tarsos*, Carl. Rhodig. l. 4. c. 11.

x Pontus & species in Cilicia, de quo vide quæ Mela l. 1. c. 13.
y Ciliciæ oppid.
z Auxiliari, non prædatoria, vt olim, supra l. 3. v. 576.
a Extremas Orientis partes, accolas Gangis, qui, cum reliqui fluuij à sole æstiui, ille aduersus solem orientem contendit.
b Cæterum ad matrem Aristopatram scripsit, Alexandrum ad Gangem vsque peruenisse: alij Hyparim itineris eius finem fuisse referunt. fluuius autem vastitate inhibitus constitit citra Oceanum Orientalem Indicum, quem itineris finem fecerat.
c Μέχρι τῶν ἐν Δυσὶ κόλποις τῆς τῶν Γανδαρίδων, &c. Arrian. l. 5.
d Duobus ostijs in mare influentem, & quo loco diuiditur, Insulam Patalen, facit. Strab. l. 15.
e Adeò ex se vastus est.
f Indos innuit, qui bibunt μελὶ τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σάκχαρι. Arrian. in περίπλῳ maris Erythræi, saccharum expressum è succo arundinum, sugercanes. g Cathæi Indiæ pop. pulchritudinem omni modo adstruunt, regem ob formam eligunt, capillitia tingunt, &c. Strabo l. 15. — h — lineas vestes καρπασίνας & ipsas gemmis distinctas zonis gemmatis cingunt. Strabo l. 15. i Brachmanes, Gymnosophistæ, philosophi Indiæ, Brachmanes oppidum Ptol. vel vt alij insulas Gangis incolentes, se vitæ satiuros in rogum à se extructum coniectos comburunt. Strabo l. 15. Philostrat. 3. de Calano notum. k Montis Ciliciæ. l Fl. Armeniæ. m Pop. incolentes extremæ Indiæ locos, *vbi aera vincere fugientem, &c.* Virg. Georg. 2. n Quid opus erat (inquit Ios. Sclaliger in Prolegomenis ad Manilium) illis inter Æquatorem & Tropicum Cancri degentibus, mirari finistras vmbras, quæ & ipsis ἐμφατικῶς aliquando finistræ sunt? Sed respexit poeta Arabiam Felicem ceu Australem, Solem in Cancro, & vmbram Meridionalem quæ Occidentem spectantibus in finistram, i. Austrum versus projicitur, quæ citra Cancri trop. positis in dextram semper. Exagitat & hunc locum Iul. Scal. Poet. l. 6. c. 6. Vide nostrum infra l. 9. v. 519. & Cæl. Rhod. l. 1. c. 10. Rodibus fuisse illis in sua patria amplificijs, translatis iam ex Tropicum, mirari licuit vmbras nunquam finistras ire, vide & comment. Solini c. 46. o Belli Romani. p Indiæ pop. Plin. l. 6. c. 20. Neque probanda lectio *Orientales* aut *Orcas*, vt sit pop. Septentrionalis, quæ lectio tantam Ios. Scaligero in Prolegom. in Manilium præbuit ansam exagitandi Lucanum & se torquendi.

Carmanosq́; duces, quorum deuexus in Austrum
Æther, non totam mergi tamen aspicit Arcton.
Lucet & [r] exigua, velox ibi, nocte Bootes.
[f] Æthiopumq́; solum, quòd non premeretur ab vlla
Signifer regione poli, nisi poplite lapso
Vltima curuati procederet vngula Tauri.
Quáque caput [t] rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, [u] quos non diuersis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes,
Quod potius sit nomen aquis. sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ:
[x] At Tigrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultósque tegit cursus, rursúsque renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.
[y] Inter Cæsareas acies, diuersáque signa
Pugnaces dubium Parthi tenuêre fauorem,
Contenti fecisse duos. tinxêre sagittas
[z] Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, vastisq́; [b] Hyrcania siluis.
Hinc [c] Lacedæmonij moto gens aspera fræno
[c] Heniochi, sæuisq́; affinis [d] Sarmata [e] Moschis,
Colchorum quà rura secat [e] ditissima Phasis:
Quà Crœso fatalis [f] Halys, [g] quà vertice lapsus
Rhipheo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiæq́;, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum. quà flectitur ampliat orbē.

q Asiæ pop. inter Persidem & Indiam vt volunt, quibus sub tropico Cancri vel vlterius positis vrsa maior non tota occidit, sed prominet aliquid de capite eius.

r Eunuē noctis parte lucet, occidit sed citius, vtpote Horizonti eorum propior.

f Locus (inquit Glareanus) vix intelligibilis & in quo multi egregij viri frustra sudarint. forte Æthiopas vltra Equinoctialem positos voluit poeta, dicere: quę, Æthiopia non fuisse vlli è signis Septentrionalibus, nisi quòd Taurinus pes vltra Æquinoctialem protenderetur. Sed & hoc falsum.

t Vnde & nomen, sagittam quippe Persa Tigrin appellant.

u Vtrerque fontem oritur ex Armeniæ montibus. verùm non parum distantibus. vulgò tamen creditum vnum habuisse fontem. Euphrates Mesopotamiam rigans vt Ægyptum Nilus, inde seleucias aquas suas nomenq́; in Tigrim euomit: quo per duo ostia in sinum Persicum defertur.

x Tigris autem, ante Euphratem exceptum, Taurum montem subterlapsus, mox ad lacum Thespitim in cuniculos mersus post XXV. M. pass. redditus in Sinum Persicum prolabitur.

y Parthi, inquit, vtisue nostri auxilio, gratulati sibi bellum hoc ciuile Romanis à se obiectum, vt qui, Crasso sublato, Pompeium & Cæsarem inter se commiserint. vt l. 1. v. 99. Pompeianis tamen partes fecerunt, refert Iustin. l. 42.

z Veneno, toxico.

a Nomades, ἀμοξβιοι, Bactriani, pop. Scythiæ, vt & Bactrus, fl. Scythiæ.

b Regio Asiæ, silnis nobilis.

c Equites feri ad Caucasum ab Amphyto & Telechio Lacedæmonijs Castoris & Pollucis ἡνιόχοις orti.

d *Rasses & Tartari*, vulgo.

e Pop. ad Hyrcanum mare, circa fontes Phasidis fl. Colchorum ditiss. propter vellus aureum.

f Fl. Lydos à Medis dirimens Croeso fatalis ex oraculi amphibologia. Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. Herodot. l. 1.

g Qua Tanais è montibus Rhipheis ortus Europam ab Asia disterminat.

h Orbis illam partem, quam versus declinat, ampliorem reddit.

i Quo Bosphorus Cimmerius emittit vndas Mæotidis paludis in Euxinum mare, hinc Bosphorus Thracius in Propontidem, inde Hellespontus in Ægeum. Ita non sibi solis maris Mediterranei gloriam vendicent columnæ Herculis ad fretum Gaditanum, per quas immittitur Oceanus Occidentalis. Plin. l. 1. proem. Solin. c. 28. Mela, l. 2. c. 5.

k Scythiæ gentes, & in his, gens vocata Arimaspi, accolæ fluuij cognominis auriferi, & ipsi comas auro in nodum colligati: vt qui aurum ex arenis colligant.

p Alia Scythiæ pop.

m Scythiæ pop. qui siccum famemque lenant epoto equorum sanguine, de iis, Claudianus, Et qui cornipedis in potula vulnerat audax Massageten, de his, Virg. Et lac concretum cum sanguine potat equino. Georg. 3.

i *Quáque fretum torrens Mæotidos egerit vndas*
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,
Oceanúmque negat solas admittere Gades.
Hinc & k Sithoniæ gentes, auráque ligatas 280
Substringens Arimaspe comas: hinc fortis l Arius,
m Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli
Massagetes quo fugit equo; volucréque l Geloni.
n Non, cùm o Memnonijs deducens agmina regnis
Cyrus; & p effusis numerato milite telis 285
Descendit: q Perses; r fraterniq; vltor amoris
Æquora cùm tantis percussit classibus, vnum
Tot reges habuére f ducem. coiére nec vnquam
Tam variæ cultu gentes, tam dissona vulgi
Ora. t tot immensæ comites mistura ruinæ 290
Exciuit populos, & dignas funere Magni
Exequias Fortuna dedit. u non corniger Ammon
Mittere x Marmaricas cessauit in arma caterùas:
y Quicquid ab occiduis Libye patet arida Mauris,
Vsque Parætonias Eoa ad litora Syrtes. 295
z Acciperet felix ne non semel omnia Cæsar,
Vincendum pariter Pharsalia præstitit orbem.
a Ille vbi deseruit trepidantis mœnia Romæ,
Agmine nubiferam rapto supereuolat Alpem:

n Amplificat poeta auxiliares copias Pompeij ex collatione exercituum Cyri, Xerxis, & Agamemnonis. sed hyperbolice. o Persicis & Susianis ab oriente, vnde & Memnon Tithoni & Auroræ filius venit olim auxilio Priami. Alij leg. *Mænijs*. p Singulis singulas mittere iussis sagittas, exercitum numerauit. Herodot. 7. q Xerxes rex Persiæ. r Agamemnon vltor fratris Menelai vxorem à Paride raptam. f Imperatorem, regem regum Agamemnona. t Vt Priamo Troiam rogum, ita Pompeio victas ab illo gentes Fortuna dedit exequias & caduis socios. u Neque Africa cessauit auxilia mittere in cuius regione Cyrenaici deserti & arenosa soli Ammoni sub specie arietis culto templum consecrauit Liber pater, infra l. 9. v. 511. & lib. 10. v. 58. x Marmarica Africæ regio est, Ægyptum versus. *Barthius*, Al. leg. *Marmaridas*. y Omnes gentes à Mauritania, quæ vltima pars est Africæ ad occasum, vsque ad Parætonium portum propè Syrtes, ortum versus. z Ne Cæsari o. ne esset singulas gentes persequi, contulit huc omnes vndique Fortuna, vt vna acie Pharsalica orbem totum subigeret Cæsar. a Cæsar, ab vrbe profectus in vlteriorem Galliam, negauit Dominum nuper à se captum Corfinij & dimissum adoeuisse Massiliam, cuius vrbis ciues Pompeio fauentes, portas Cæsari venienti occluserunt. Cæsar xv primos Massiliensium euocatos monet, ne dum volunt hominis voluntati obtemperare velint, illi stolli ex omnibus Italiæ ciuitatibus bellum sibi accersant. ita monitos ad suos dimittit hos ad Cæsarem cum responso à suis ciuibus reducis poeta. *Misera* (inquit Florus) *Massilia, quæ dum cupit pacem, solis omnes in bellum incidit.*

Cum-

Cúmque alij famæ populi terrore pauerent,
[b] Phocais in dubijs ausa est seruare iuuentus
Non [c] Graia leuitate fidem, signatáque iura,
[e] Et causas, non fata, sequi. tamen antè furorem
Indomitum, durámque [f] viri deflectere mentem
Pacifico sermone parant, hostémque propinquum
Orant [g] Cecropiæ prælata fronde Mineruæ.
[h] Semper [i] in externis populo communia vestro
Massiliam bellis testatur fata tulisse,
Comprensa est Latijs quæcunque annalibus ætas.
Et nunc, [k] ignoto si quos petis orbe triumphos,
Accipe deuotas externa in prælia dextras.
At si funestas acies, si dira paratis
Prælia discordes, lacrymas ciuilibus armis
Secretúmque damus. [l] tractentur vulnera nulla
Sacra manu. si cœlicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes;
Non tamen auderet [n] pietas humana vel armis
Vel votis prodesse Ioui: sortísque deorum
Ignarum mortale genus, [o] per fulmina tantùm
Sciret adhuc cœlo solum regnare Tonantem.
Adde quòd innumeræ concurrunt vndique gentes,
[p] Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Vt gladijs egeant ciuilia bella coactis.
[q] Sit mens ista quidem cunctis, vt vestra recusent
Fata, nec hæc alius committat prælia miles.
[r] Cui non conspecto langnebit dextra parente?

b Massilienses. Phocæenses quippe Ioniæ quæ est in Asia, ab Harpago Cyri præfecto pulsi, in Galliam venere Narbonensem, vbi Massiliam condiderunt.
c Græca gens leuis fidei olim habita. πᾶσιν ἴλλας ὀλίγον ἔλεγχον. Eurip. in Iphig.
d Sancita olim cum pop. R. fœdera.
e Æquitatem non fortunam seq.
f Cæsaris.
g Gestantes manu & prætendentes frondem oleaginam pacis signum. Pallas verò præses Athenarum Cecropi quondam regnatarum, oleæ perhibetur inuentrix. *Centum oratores augusta ad mœnia regum Ire iubent, rami velatos Palladis agros.* Virg. Æn. 7.
h Legati fide sua modestiæ & constantiæ expositâ, dissuadent bellum ciuile, sibi vt licet extra partes esse petunt; non esse sui iudicij discernere vtra causa sit iustior; sed quidnis potius pati

se esse paratos quàm armatum Cæsarem admittere. i Annales vestri sunt testes satis locupletes fidei nostræ semper vobis præstitæ adversus exteros hostes quam & nunc promptam habetis si externa paras bella— k —si ciuilia, libet certè misereri eorum saltem qui arma capessunt; perfugium victis, supplicibus atque ijs qui in partibus esse nolunt daturis. l Absit, vt manus nostræ imbuantur sanguine eorum, quibus cum sacra nobis intercedunt iura. m Neque nobis causas vestras expendere aut ad partes ire magis fas est, quàm hominibus hoc idem facere liceret, si Dij inter se dissentirent, aut ijs arma, vt olim, gigantes Terræ filij inferrent. n Homines pij. o *Cuncta tonantem credere Iouem.* Horat. ed. 3. l. 1. p Non vllo quoque opus erit populis coactis ad partes in bello hoc ciuili, satis patuit experientia hominum sceleratorum qui arma sumant. q Atque vtinam omnibus socijs alijsque gentibus eadem mens quæ nobis, neque se bello huic fatali immiscerent alij quàm ciues Romani. r Quis enim mente tam efferâ est cuius dextræ non languorem imò stuporem incutiat, compellatque à telis mittendis conspectus à diuersa parte patet aut frater?

Telaque diuersi prohibebunt spargere fratres.
[f] Finis adest rerum, si non committitis illis
Arma, quibus fas est. [t] nobis haec summa precandi,
Terribiles aquilas, infestaque signa relinquas
Vrbe procul, nostrisq; velis te credere muris,
Excludique sinas admisso Cæsare bellum.
[u] Sit locus exceptus sceleri, Magnoque, tibique
Tutus, vt inuictæ fatum si consulat Vrbi,
Fœdera si placeant, sit quò veniatis inermes.
[x] Vel, cum tanta vocent discrimina Martis Iberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
Nec momenta sumus: nunquam felicibus armis
Vsa manus patriæ primis à sedibus exul,
Et post tralatas exustæ [y] Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in litore tuti,
Illustrat quos sola fides. si claudere muros
Obsidione paras, & vi perfringere portas,
[z] Excepisse faces tecto, & tela parati
Vndarum raptos auersis fontibus haustus
Querere, & effossam sitientes lambere terram:
Et desit si larga Ceres, tunc horrida cerni,
Fœdaque contingi maculato carpere morsu.
[a] Nec pauet hic populus pro libertate subire,
Obsessum Pœno gessit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum, frustraque trahentes
Vbera sicca fame medios mittentur in ignes:
Vxor & à caro poscet sibi fata marito.
Vulnera [b] miscebunt fratres, bellumque coacti
Hoc potius ciuile gerent. Sic [c] Graia iuuentus

[f] Statim videbitis exitum belli huius, nisi contra vos ipsos armauerit is exercitus, quibus iam olim inuidit odium vestri, causa & voluntas vos vlciscendi.

[t] Graeca, quæ putant sibi licere bellum gerere ciuile, sine quibus necessariò bellum ciuile interibit.

[u] Nos summopere à te petimus, vt hostis infectis animosque hostili exclusis vrbem nostram amicus ingrediaris.

[x] Licetur modò nostræ ciuitati esse à partibus liberæ, ciuili bello eleptæ, & loco medio, quo in colloquium & fœdera, in dijs ita visum est, conuenistis inermes te & Pompeium.

[y] Aut, properanti ad Hispanum bellum in quo cardo rerum vertitur, quæ tandem causa diuertendi ad nos? populum, neque vllius momenti aut paudevis ad famam victoriæ, neque felicis vsquam successus in bello, vtpote parcum, patriæ profugum, aliena in ora considentem, fidei quam belli dexterioris potentiorem, clarioremq;

[z] Excepisse faces tecto, &c. Vt tota urbs in conflagrationem ruat, si ad arcendos hostes opus fuerit. Fontes auertere, ne hostes aquam bibant. Vide Frontinum de aquæductibus.

[a] Nec pauet hic populus, &c. Saguntinos pro libertate Hispaniæ vsque ad Hannibalem obsessi Liu. l. 21. Iuuen. Sat. 14. Val. Max. l. 6. c. 6. Qui cum vim Punicam vltrius nequirent arcere, auram, argentum, pretiosa quæque, liberos coniugesque in se exstruxere denique in ignem in foro extructum præcipitauere se. Mauult sui exitio perire quam se immiscerent Rom. bello ciuili. [c] Massilienses legati.

y Vt ferunt poetæ nostri qui Massiliam condidam volunt à Phocensibus Græcis: cùm tamen Massilienses conditores è Phocæa vrbe Ioniæ in Asia expulsi ab Harpago Cyri præfecto in Galliam confugerint. Iustin. l. 43. Strabo. l. 4. z Tum ad vrbis defensionem, tum ad exitum omnia parerent. In fontes parat, si aquarum flumina, aquam è puteis bibere, si defigiat sumentem, ille, quæ vsu horrida, contactu fœda sunt, edere parati. a Neque dubitamus to-tiens quotiescunque Saguntini pro Hispaniæ vrbe ab Hannibale obsessi Liu. l. 21. Iuuen. Sat. 14. Val. Max. l. 6. c. 6. Qui cum vim Punicam vltrius nequirent arcere, auram, argentum, pretiosa quæque, liberos coniugesque in se exstruxere denique in ignem in foro extructum præcipitauere se. Mauult sui exitio perire quam se immiscerent Rom. bello ciuili. c Massilienses legati.

Fini-

Finierat: cùm turbato iam prodita vultu
Ira[d] ducis, tandem teſtata eſt voce dolorem.
Vana monet Graios noſtri fiducia [e] curſus.
Quamuis [f] Heſperium mundi properemus ad axem,
Maſſiliam delere vacat. [g] gaudete cohortes:
[g] Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus vt amittit vires, niſi robora denſæ
Occurrant ſiluæ, ſpatio diffuſus inani:
Vtq; perit magnus [h] nullis obſtantibus ignis,
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet: [i] damnúmque putamus
Armorum, niſi qui vinci potuere, [k] rebellent.
[l] Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis,
Tunc mihi tecta patent. iam non excludere tantũ,
Incluſiſſe volunt. [m] at enim contagia belli
Dira fugant. dabitis pœnas pro pace petita,
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius auo,
[n] Quàm duce me bellũ. [o] Sic poſtquã fatus, ad vrbẽ
Haud trepidam conuertit iter: tum mœnia clauſa
Conſpicit; & denſa iuuenum [p] vallata corona.
Haud procul à muris [q] tumulus ſurgentis in altũ
Telluris, paruum diffuſo vertice campum
Explicat: [r] hæc patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes, tutisque aptiſſima caſtris.
[s] Proxima pars vrbis celſam conſurgit in arcem
Par tumulo, mediisque ſedent conuallibus arua.
Tunc res immenſo placuit [t] ſtatura labore,
[u] Aggere diuerſos vaſto committere colles.
[x] Sed prius vt totam, quà terra cingitur, vrbem
Clauderet, à ſummis perduxit ad æquora caſtris
Longum Cæſar opus, fontésque & pabula campi
Amplexus foſſa, dexſas tollentia pinnas

d Cæſaris.
e Expeditionis in Hiſpaniam, ſupra v. 366.
f Occiduum mundi plagam, in qua Hiſpania, ſuprà vid. cùm tres duo ſint tantùm, Arctic. & Antarctic.
g Expetiſſis prælia vobis dum & vires rapiendas, ecce vobis fato oblata quæ poſcitis.
h Nullã materiã obſtante.
i Supra l. 2. v. 440.
k Nobis bello reſiſtant.
l Cum inſignioribus ſtomachatur ille, quod legati obtulerant, modo v. 319. ſupr. inuertit, vellit. Mallet Lipſius ipſum ob exercitu ſeruorum exceptum prodere.
m At verò nobiſ bello ciuili pollicis parcere ſi exceptas tot, frontis & indignatio?
n Quàm meum patiens & ſigna ſequi.
o Quibus iuſſis permotus Cæſar, legiones tres Maſſiliam adducit: turres vineaſque ad oppugnationem vrbis agere, nauis longas 12. facere Arelate inſtituit. his D. Brutum præfecit, &c. 1. com. ciuil. bell.
p Circumdare ad defenſionem vrbis.
q Montis cacumen in planiciem modicum extenditur.

r Hic tumulus, cum poſſet vallo circundari, viſus eſt locus caſtris aptiſſimus. s Tumuli ea deciuio ſita vrbis, colli huic oppoſita, quibus intermedia iacebat valles.
t Conſtantia. u Aggere coniungere vrbis & caſtrorum colles. x Maſſilia vtrinque paludibus mari alitur. quarum partem, quæ oppugnata difficilior viſa eſt propter loci naturam & arcem, Cæſar intercluſis ductu à ſuis caſtris in edito colle poſitis ad eum veniendi aditum cæſpitibus taſſar muri pinnatu & turribus diſtincto atque ſolido, hac ratione oppidanis frumentatione & pabulatione prohibuit.

Cessitibus, crudáque extruxit brachia terra.
y Iam satis hoc Graiæ memorandi contigit vrbi,
Aeternúmq; decus, quòd non impulsa, nec ipso
Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum: z raptisque à Cæsare cunctis,
Vincitur vna a meva. b quantùm est quod fata tenentur!
Quódque virum toti properans imponere mundo
Hos perdit Fortuna dies! c tunc omnia latè
Procumbunt nemora, & spoliantur robore silua:
Vt, cùm terra leuis mediam virgultáque molem
Suspendant, structâ laterum compage ligatam
Arctet humum, pressus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo d nunquam violatus ab æuo,
Obscurum cingens connexis aëra ramis.
Et gelidas altè summotis e solibus vmbras.
f Hunc non ruricolæ Panes, nemorúmque potentes
Syluani, Nymphæq; tenent, sed g barbara ritu
Sacra deûm, structæ sacris feralibus aræ;
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbos.
h Siqua fidem meruit Superos mirata vetustas,
Illis & volucres metuunt insistere ramis,
Et lustris recubare feræ: nec ventus in illas
Incubuit siluas, excussáq; nubibus atris,
Fulgura: i non vllis frondem præbentibus auris,
Arboribus suus horror inest. tum plurima nigris
Fontibus vnda cadit, simulacraq; mœsta deorum
Arte carent, cæsiq; extant k informia truncis.
Ipse l situs, putríque facit iam robore pallor
Attonitos: non vulgatis sacrata figuris
Numina sic metuunt: tantum terroribus addit,

y Gratulatur vbi porta vbique Pompeiana, fidei, constantiæ fortitudinis gloriam.
z Statim vel se dederibus vel occupatis & impulsis à Cæsare cæteris vrbibus.
a Diorum? obstitisse.
b Non vtique parui temporis erat, quòd vna hæc ciuitas retardarit præcipitem impetum & successus faciles Cæsaris, incertus tamen potestatem & ipsa postmodò cum tocius mundi imperio necessario sit cessura.
c Cæduntur passim syluæ, ad turres extruendas, vineas, aliasque machinas: nec non ad firmandos cuniculos, fodiendosque, ligneum stratum & interiectis trabibus aggerem, ne subsideret ac dilueret locus per se tetra turrium superimpositarum mole grauata.
d Incidimus.
e Radijs solaribus.
f Non Dij agrestes modò, & numina rustica quæ alias colunt syluas, Paues, Fauni, Satyri, Sylani, Nymphæ, Dryades, &c.
g Effera, sortilega. Dicit crudelia, inumanis hostijs lauata, vt Ier. 19. 5 b Et si qua fide digna sit religiosa antiquitas, declinare assolent lucum, ferax, veteri fulgura. i Frondē (inquiunt interpretes) caret lucus propter opacitatem arborum: folia tollere non admittentium. Mœsylus κατ' ἀντίφρασιν hoc exponit. frondibus nullus aurus præbentibus. Ita Seruius. vice vē præcedentis legendum prudentius coniecit vir eruditissimus adolescentibus, Gr. Grotius agnouit lectionem firmandam. Quam ego perspicuam, hoc sensum & dispositionem. Nullis auris frondem moueentibus ea in horrent arbores. Si frondibus, inquit, gaudeat, hinc motuosus inducere in eam venerationem queamus. k Imago qua obtruncatæ stipites informis expressa.

m Quos

[n] Quos timeant non nosse deos. iam fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas,
Et procumbentes iterum [p] consurgere taxos,
Et [o] non ardentis fulgere incendia siluæ,
Roborâque amplexos circumfluxisse dracones.
[p] Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed cessêre deis. [q] medio cùm Phœbus in axe est,
Aut cælum nox atra tenet, pauet ipse sacerdos
Accessus, dominúmque timet deprendere luci.
Hanc iubet immisso siluam procumbere ferro:
Nam vicina operi, bellóque intacta priori
Inter [r] nudatos stabat densissima montes.
Sed sortes tremuêre [s] manus, motique [t] verenda
Maiestate loci, si robora sacra ferirent,
[u] In sua credebant redituras membra secures.
Implicitas magno Cæsar terrore cohortes
Vt vidit, primus raptam librare bipennem
Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum,
Effatur [x] merso violata in robora ferro:
Iam ne [y] quis vestrum dubitet subuertere siluam,
Credite me fecisse nefas. Tunc paruit omnis
Imperijs non sublato secura pauore
Turba, sed [z] expensa Superorum, & Cæsaris ira.
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,
[a] Siluáque Dodones, & [b] fluctibus aptior abnus,
Et [c] non plebeios luctus testata cupressus,
Tunc primùm [d] posuêre comas, & fronde carentes
Admisêre [e] diem: [f] propulsaque robore denso
Sustinuit se silua cadens. gemuêre videntes
Gallorum populi: muris sed clausa iuuentus
[g] Exultat. quis enim lesos impune putaret

n Tacitus, Nisus, Tacitus l. 2. c. 44. deos ignotos & impudicos cultus. Primus in orbe Deos fecit timor.

o Ignis, vel rectiùs, lucida enim subito, vt & cupressus, quæ facilia non reparantur.

p Tanquam sacrilegium, diis solis incolendum permittunt.

q Ne in Deum loci præsidem & tutelarem incidat, παρὰ τὸ ἐμφύτευτον μεμφόμενοι, aut Empedocles ait, medio die aut nocte nemori insistamus, horret & dies ipse sacerdos.

r Sylua spoliatos superiori bello Gallico.

s Militum.

t Venerandi loci religione?

u Quod Lycurgo Thraciæ regi quondam, vites, in odium Bacchi & furoris tumultuarii, incidenti.

x Immisso, impulso.

y Ne quis vos loci religio moueat, mihi vni omnia pro sanctis imperabuntur, quam violati ira

subeat expectat hoc metus. z Cæsaris plus quàm deorum iram veritus. a Quercus Dodonæa Ioui sacra. Lucan. l. 6. v. 427. Dodona mater sylua in Epiro est, quercu, vel, vt Herodotus vult, fago fœtidâ celebris. b Nauigijs apta. c Diuitum & nobilium funeribus, propter umbram arboris, lucis. Scal. togis & luctibus sicata. vt quis excisis non repullulet. Nequæ harum quæ cæsa arborum fit, præter inuisæ cupressus. Plin. l. 16. c. 33. Diti sacra. d Excisæ sunt. e Lucem, solem. f Arbori bus inter se sequitis & nihil non eunt spacium excisis decidendi. g Deos spernere violati luci vltores.

Esse deos? [b] seruat multos Fortuna nocentes:
Et tantùm miseris irasci numina possunt.
[i] Vtq; satis cæsum nemoris, quæsita per agros
Plaustra ferunt: curuóque soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuêre iuuencis.
[k] Diux tamen impatiens hesiui ad mœnia Martis
Versus ad Hispanas acies, extremáque mundi,
Iussit bella geri. [l] stellatis axibus agger
Erigitur, [m] geminásque æquantes mœnia turres
Accipit: hæ nullo fixerunt robore terram,
Sed per iter longum causa repsêre latenti.
[n] Cùm tantum nutaret onus, telluris inanes
Concussisse sinus querentem erumpere ventum
Credidit, & muros mirata est stare iuuentus.
[o] Illinc tela cadunt excelsas vrbis in arces.
Sed [p] maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat. neque enim solis excussa lacertis
Lancea, sed [q] tenso ballistæ turbine rapta,
Haud, vnum contenta latus transire, quiescit:
Sed pandens pérque arma viam, pérque ossa, relicta
Morte fugit: supereſt telo post vulnera cursus.
[r] At saxum quoties ingenti ponderis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas,
Frangit cuncta ruens: nec tantùm corpora pressa
Exanimat: totos cum sanguine dissipat artus.

[b] Multi conqueruntur eadem diuerso crimine fata. Hic cruentus pretium sceleris rapit, hic damnatus, innocentiæ. 13. 105.

[i] Plaustra cum iumentis exiguntur ad syluas sectilis in extra & ad opera conuehenda, quorum desiderio iacuerit labor anni tempestiui agricolis.

[k] Præmiserat Cæsar C. Fabium legatum cum legionibus tribus in Hispaniam electarum præsidium Afranij legati Pompeij qui Pyrenæos saltus occupauerat, reliquis legionibus, quæ longius hyemabant, subsequi iubet, ipse nauibus electis & intra diem 30. armatis D. Brutum præfecit, C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ reliquit, deinde cum equitibus 600. quos sibi præsidio reliquerat, ex Fabij castris peruenit.

[l] Ligneæ transfossæ intectis compactisque ad conclusum agendum aggeres, vtque adeò ab vtraque parte distinctis & stellarum more apparentibus rotis, quarum radij modiolo dati stellas sic effingunt. Imitamur autem asseribus, quibus præfixæ erant cuspides. vt Aggere quo accepit, &c. i. super aggerem constituuntur turres duæ à bubulcatrix cum tepidis, quæ trochleis, funibus ac vectis intus actæ procedunt. Comment. 2. bel. ciu. vide & Vegetium l. 4. c. 2. n Quas molas cum viderent Massilienses mirando procedere, credebant id terræ motu, (cuius causa est ventus in cauernis terræ latens & exitum quærens) sed tum maris profundo suis timebant. o Et ipsi tormentis. p Tantus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, vt eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ sustinere possent. Comment. ciu. bel. 2. q Sagittæ ballistis emissæ neque ictum neque armorum vim mentitur, quæ primo tumultu quem dissipauerunt, etiam vlteriùs euolent. Solitus vt & alterum machinarum formam vide apud Ammianum l. 23. r Saxa verò ballistis emissa non minori vi quam rupes vetustate emota & venti procella abrupta, corpora comminuit. Obiectum periit omne cadentibus. Hero ciuitas. Iuuen. Sat. 3.

VI

Vt tamen hostiles densa [f] *testudine muros*
Tecta [g] *subit virtus, armisq; innexa priores*
Arma ferunt, galeámque extensus protegit vmbo,
[x] *Quæ prius ex longo nocuerunt missa* [x] *recussu,*
Iam post terga cadunt: nec Grays flectere iactum,
Aut facilis labor est longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum: sed pondere solo
Contenti, [y] *nudis euoluunt saxa lacertis.*
[z] *Dum fuit armorum series, vt grandine tecta*
Innocua percussa sonant, sic omnia tela
Respuit: at postquam virtus incensa [a] *virorum*
[b] *Perpetuam rupit defessò milite eratem,*
[c] *Singula continuis cesserunt ictibus arma.*
Tunc adoperta leui procedit [d] *vinea terra,*
Sub cuius [e] *pluteis, & tecta fronte latentes*
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia: nunc [f] *aries suspenso fortior ictu*
Incussus densi compagem soluere muri
Tentat, & impositis vnum subducere saxis.
[g] *Sed* [b] *super & flammis, & magnæ fragmine molis*
Et sudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussæ cedunt [i] *crates, frustráque labore*
Exhausto festus repetit tentoria miles.

f Testudo propriè erat tabulatum ex trabibus factum, postis ac cilicijs contextum aduersus ictus & incendium, sub qua milites latentes, vias terrebant aut vineis, solum æquabant, ac muros terrabant. Cæsar. 2. ciuil. & Vitruuius l. 10. Subita autem testudo, quæ & hîc innuitur, erat series scutorum supra capita subiectorum continuata in morem squamarum, qua protecti milites sagittas, saxa telaque alia declinabant.

t Milites fortes subeunt.

u Cùm iam intra balistarum destinatum iactum se recepissent Romani testudine tecti, neque expeditum esset Massilienſibus torquere balistas vt cæmina ferirent, saxa ingentis ponderis euolsebant è muris in Romanos.

x Legitur & mersa.

y Nullâ machinâ vsi. z Quandiu testudo illa sibi cohæsit, coniunctâ inuicem scutorum serie non plus Romanis nocuere deiecta à Massilienſibus saxa, quàm mollis grando. a Massilienſium. b Fregit testudinem, defessis militibus Rom. c Diuisa singulorum scuta cessarunt ictibus. d Vinea est machina tabulatis cratibusque constrata, crudis deinde coriis & centonibus uvidis tecta, sub qua obsidentes tuti murorum fundamenta subeuchant. e Pluteis hîc significant tabulas & asseres: quibus armata est vineæ frons. Aliis pluteus & ipse est machina vineæ haud dissimilis, de quo vide Vegetium l. 4. f Aries erat trabs longus, adunco præmunita ferro, transuersis asseribus intra testudinem plerumque, suspensa & librata, quæ à multitudine retracta ad maiorem impetum, emissa deinde propellebant ad extundendos lapides, quassandos labefactandosque muros. vide Marcellin. l. 23. & Iosephum in bello Iud. g Romanos saxis, sudibus, facibusque submotos ab operibus & in castra compulsos, mox ipsa opera noctu incensa refert noster. sed poeta, sed Pompeianus. vide autem comment. 2. belli ciu. Musculo iam labefactatæ turris pars concidit. Inermes cum subitis sese portæ proripiunt Massilienſes, &c. supplices orant vt Cæsaris adeamus expectemus. Trebonius, quia Cæsar magnopere mandauerat ne per vim oppidum expugnari pateretur, indulsurum quoddam genus misericordiæ motus fecit. Massilienſes verò sine fide occasionem fraudis nacti, languentibus Romanis atque ocio deditis, meridiano tempore, quem operibus labentes, qui secundo magnoque vento illatus aggerem, pluteos, testudinem, turres, tormentaque omnia absumebat. quin quemadmodum accidisset, animaduerti potest. h Desuper, è muris. i Vinea & testudo cratibus texta.

Summa fuit Graiis ſtarent vt mœnia voti.
k Vltro acies inferre parant: l armisque coruſcas
Nocturni texêre faces: audaxq; iuuentus
Erupit: non hauſta viris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit rapiensq; incendia ventus
Per Romana tulit celeri m munimina curſu.
Nec, quamuis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires: n teda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi:
Nec ſolùm ſiluas: ſed ſaxa ingentia ſoluit,
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
o Procubuit maiórque iacens apparuit agger.
Spes p victis telluris abit, q placuit q; profundo
Fortunam tentare mari. r non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas,
Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conſeritur ſtabilis naualibus area bellis.
Et iam s turrigeram Bruti comitata t carinam
u Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stœchados arua tenens. x nec non & Graia iuuentus
Omnè ſuum ſatis voluit committere robur:
Grandæuósque ſenes miſtis armauit ephebis.
z Accepit non ſola viros, quæ ſtabat in vndis
Claſſis; & emeritas repetunt naualibus alnos.
Vt matutinus ſpargens ſuper æquora Phœbus
y Fregit aquis radios, & liber nubibus æther,
Et a poſito Borea, pacémque tenentibus Auſtris,
b Seruatum bello iacuit mare, mouit ab omni
Quiſque ſuam ſtatione ratem, paribúſque lacertis
Cæſaris hinc pubes, hinc c Graio remige claſſis

k Eruptiones crebræ, maximè Albicorum, factæ.
l Operiebant ignes ſuos, ne aduerterent Romani.
m Opera Rom. maxim. plutei, &c.
n Omnia in fumum & flammam abeunt, neque ligna tantùm aggeris & operum, ſed & ipſa ſaxa in puluerem ſoluta defluunt.
o Agger combuſtis, quæ continebant cum trabibus, diffluebat.
p Romanis, vt vult poeta.
q Bis quidem pugnæ certatum eſt nauali. in ſuperiore Brutus fuit ſuperior.
r Non ornabantur, non fulgebant naues tutelare numen in puppi pictum gerentes, compingebantur tantùm rudi & ſubitaneo modo, vt eſſet vnde milites pugnarent infra v. 516.
s Nauem Bruti prætoriam infra v. 553.
t Naues longæ 12. quas Arelate fieri iuſſerat Cæſar, flumine Rhodani ſecundo deductæ in mare, ſtationes ad inſulam Stœchadas habebant. Stœchades autem tres ſunt inſulæ ab ora Ligurum ad Maſſiliam vſque diuerſæ, ab ordine dictæ. Ptol. 2. Geo.
u Maſſilienſes voluerunt omnes vires nauales pugnæ eiusdem committere, nec ea quidem pugna nauali certatum fuerat, ſed leuiter. iam L. Naſidius à Pompeio cum 16 nauibus miſſus Domitium Maſſilienſesque hortatus eſt, vt rurſus cum Bruti claſſe, additis ſuis auxilijs, configerent.
x Neque armant inſtruuntque claſſem tantùm quam in mare deductam habuerant, ſed & veteres ex naualibus productas refecerunt, &c. Cæſ. 2. de bello ciu.
y Refert. *Iamque rubeſcebat radijs mare, & æthere ab alto Aurora in roſeis fulgebat lucida bigis.*
z Quieto & num venti poſſent, &c. Virg. 7. Æn. quem locum ſibi imitandum proponit hic noſter.
a Compoſitum, pactum, quaſi prælio accommodatum. b Maſſilienſ. vt ad v. 301. ſupra.

Tollitur:

Tollitur: [c] impulsæ tonsis tremuêre carinæ,
Crebráque sublimes conuellunt verbera puppes.
**Cornua Romanæ classis, validæq; triremes,*
[d] Quásque quater surgens extructi remigis ordo
Commouet, [e] & plures quæ mergunt æquore pinus,
*[f] Multiplices cinxêre rates. * hoc robur aperto*
Oppositum pelago. lunata fronte recedunt,
[g] Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ.
Celsior at cunctis Bruti Prætoria puppis
[h] Verberibus senis agitur, [i] molémque profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.
Vt tantum medij fuerat maris, [k] vtraq; classis
Quod semel excussis posset transcurrere tonsis,
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces:
Remorúmque sonus [l] premitur clamore: nec vllæ
Audiri potuere tubæ. tum cærula verrunt,
Atq; [m] in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.
Vt primùm rostris crepuerunt obuia rostra:
[n] In puppim redière rates, emissáque tela
[o] Aera texerunt, vacuúmque cadentia pontum.
[p] Et iam diductis extendunt cornua proris,
Diuersæq; rates laxata classe receptæ.
[q] Vt, quoties æstus Zephyris, Eurisq; repugnat,
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic vbi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.
[r] Sed Graiis habiles, pugnámque lacessere pinus
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Cursum, nec tardè flectenti cedere clauo.
At Romana ratis [s] stabilem præbere carinam

c Et in hoste collatur magnitudine tonsæ. Æneid. Virg. 7. Æn.

* Romana classis promittebatur in formam semilunæ, deductis in cornua vtrinque nauibus validioribus, ejectis in medium agmen liburnis & ratibus leuioribus.

d Et quadriremes.

e Et naues quæ pluribus remis agunt. quinqueremes.

f Varij generis rates, biremes, vniremes.

g Biremes Liburnæ celeres. à Liburnis populis Dalmatiæ, quibus in vsu erant, dictæ.

h Sex remigum ordinibus, hexeris.

i Se, ingentis magnitudinis nauem & longius in mare remos vtrinque protendentem.

k Quantum vno vtrinque regionis spatio fieri posset cõmitti.

l Non auditur præ clamore fessi hortantium & concurrentium.

m Remis insurgunt, deinde in transtra cadunt deductis ad pectora remis. ἀντέρεσια.

n Naues rostris aduerantes, congressus impetu sepelit, dissiluêre in puppim, ran asterne.

o Hyperbolicè. p Et iam vtraque ex parte diuertuntur proræ, extenduntur cornua, classis ordines laxantur, vt naues hostiles suscipiant. q Remis hinc inde impelluntur maris fluctus in diuersas partes, non secus atque vbi venti, in contrarium quàm ab æstu maris aguntur, vndas rapiunt. vt l. 1 v. 455. r Massilienses & celeritate nauium & scientiâ gubernatorum confisi nostros elodebant, productâ longius acie circũnectere nostros aut pluribus remulcis adoriri singulas, & c. Nostri minùs exercitati remigibus minúsque periti gubernatoribus vtebantur, tùm etiam grauitate & tarditate nauium, vt quæ subitò ex humida materia fuerant factæ, impediebantur, &c. comment. 2 civ. bell. s Vt supra v. 511. stabilem aream nauibus bellis stationem firmam, & pugnæ statariæ pedestri pene similem.

Cer-

Certior, & terræ ſimilem bellantibus vſum.
Tunc in [t] ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait, [u] pateriſne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi? iam conſere bellum:
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit, [x] obliquas & præbuit hoſtibus [x] alnos.
Tunc quæcunque ratis tentauit robora Bruti,
Ictu victa ſuo, [y] percuſſæ capta cohæſit.
Aſt [z] alias manicæq; ligant, teretésque catenæ,
Seque tenent [a] remis: [b] tecto ſtetit æquore bellum.
Iam non excuſſis torquentur tela lacertis,
[c] Nec longinqua cadunt iaculato vulnera ferro:
Miſcenturque manus. [d] nauali plurima bello
Enſis agit. ſtat quiſq; ſuæ de robore puppis
Prónus in aduerſos ictus: multíque perempti
In ratibus cecidére ſuis. cruor altus in vndis
Spumat, & obducto concreſcunt ſanguine fluctus,
[e] Et quas immiſſi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent iungi conſerta cadauera puppes.
Semianimes alij vaſtum ſubiére profundum,
Hauſeruntq; ſuo permiſtum ſanguine pontum.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes,
Fractarum ſubita ratium perière ruina.
[f] Irrita tela ſuas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcunque cadit [g] fruſtrato pondere ferrum,
Exceptum medijs inuenit [h] vulnus in vndis.
[i] Phocaicis Romana ratis vallata carinis,
Robore diducto dextrum, læuúmque tuetur
Æquo Marte latus: cuius dum pugnat ab alta
Puppe [k] Tagus, Graiumq; audax apluſtre retentat,
Terga ſimul pariter miſſis & pectora telis
Tranſigitur. [l] medio concurrit pectore ferrum,

t Prætoriã, quæ ſignum præfert.
u Certaque arte & nauium aptitudine, quibus inferiores ſumus? quin age conſerto bello commiſſis decernamus rem. oppone itaque latera nauiũ roſtris Maſſilienſium.
x Tranſuerſas naues.
y Ita emendauit Io. Rutgerſius l. 1. Var. lect. c. 12. ex *percuſſa & capta*. Naues in robuſtam & firmam Bruti Prætoriam actæ, roſtris infixis illi adhæſere velut captæ.
z Alias Maſſ. naues vncis & manibus ferreis, harpagonibus & catenis iniectis retinuerunt.
a Pectinatim connexis, vel tranſuerſis.
b Coniunctis nauibus ſtratum non apparuit mare.
c Non vulnera inflicta eminùs vel, non tela infligentia vulnera.
d Res agitur conſertis manibus.
e. Neque per cadauera fluitantia coniungi poſſunt naues vncis & harpagonibus tractæ. *cruentis fluctibus, ac tardè per denſa cadauera prorũpit unda*, Sen. 12.
f Tela aberrantia ab iis in nauibus in quos deſtinata fuerant, conficiunt alios natantes in mari.
g Nihil inuito. h Quem vulneret. i Romana quædam nauis obſeſſa à duabus nauibus Maſſilienſium, militibus validis ab vtraque parte nauim defendentibus, diu propugnata eſt, ita vt neutrã ſe inclinaret victoria. k Rom. miles conatus reuellere & iactare ornamentum nauis Maſſil. puppe. l Vtriuſque haſtæ cuſpis ſibi obuia facta eſt in medio cur-

Et ſteti incertus ſlueret [m] quo vulnere ſanguis;
Donec vtraſq; ſimul largus cruor expulit haſtas,
[n] Diuiſitq; animam, ſparſitq; in vulnera letum.
Dirigit huc puppim miſeri quoque dextra [o] Telonis,
[p] Qua nullam melius, pelago turbante, carinæ
Audiuêre manum: [q] nec lux eſt notior vlli
Craſtina, ſeu Phœbum videat, ſeu cornua lunæ,
Semper venturis componere carbaſa ventis.
Hic [r] Latiæ roſtro compagem ruperat [r] alni:
Pila ſed in medium venêre trementia [ſ] pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra [ſ] magiſtri.
[t] Dum cupit in ſociam Gyareus erumpere puppim,
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum,
[u] Affixúſque rati, telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, ſecundæ gloria matris,
Quos eadem varijs genuerunt [x] viſcera fatis:
([y] Diſcreuit mors ſæua viros: vnúmque relictum
Agnorunt miſeri, [z] ſublato errore, parentes,
[a] Aeternis cauſam lacrymis: tenet ille dolorem
Semper, & amiſſum fratrem lugentibus offert.)
Quorum alter, [b] miſtis obliquo pectine remis
[c] Auſus Romanæ Graia de puppe carinæ
Iniectare manum: ſed eam grauis inſuper ictus
Amputat: illa tamen nixu quo prenderat, hæſit,
Diriguitq; tenens ſtrictis immortua neruis.
Creuit in aduerſis virtus: plus nobilis iræ
[d] Truncus habet: fortique inſtaurat prælia læua,
[e] Rapturúſque ſuam procurrit in æquora dextram:
[f] Hæc quoq; cum toto manus eſt abſciſſa lacerto.
[g] Iam clypeo, telisque carens, non conditur ima

m Anticóne è pectore, an poſtico è tergo.
n Ex vtroque vulnere emiſit.
o Maſſilienſis nauis gubernatoris.
p Quæ, non alteri melius parerent naues, mari turbato & curſum impediente.
q Neque alius quiſquam melius explorabat præſentiebatque venturæ diei vencos tempeſtatemque ex aſpectu Solis aut Lunæ.
r Romanæ nauis.
ſ Telonis.
t Maſſilienſis quidam, occupaturus manus Telonis cæſi.
u Telo, quo vulneratus eſt, affigebatur naui.
x Veteres.
y Imitatio Virgiliana. *Dauciæ Larida Tymbræque ſimillimus proles, Indiſcreta ſuis gratiſque parentibus error. At nunc diræ dedit vobis diſcrimina Fatus, &c.* l. 10. AEn.
z Interfecto altero.
a Qui cum fratrem cæſum repræſentet, memoriam vſque illius apud parentes lugentes non ſinit interire.
b Implicitis pectinatim remis duorum nauium, Romanæ & Maſſilienſis. ſupra v. 566.

c Vel ex hoc loco vide quàm Cæſarianis iniquus ſit poeta, qui Maſſilienſi id tribuit quod erat Acilij militis Cæſaris, idque fide trium teſtium locupletiſſ. Sueton. Cæſ. c. 68. *Acilius miles Cæſaris nauali ad Maſſiliam prælio, iniectâ in puppem hoſtium dextrâ & abſciſſâ, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum* (Herodot. 6 Iuſtin. 2.) *imitatus, transiliit in nauem, vultuque obuios agens.* Idem Plutarchus in Cæſ. & Val. Max. l. 3. c. 2. d Mutilatus ipſe & truncus, dextrâ manu amputatâ. e Inclinat, proiectâ ſiniſtrâ ad intercipiendam dextram. f Læua, cum magnâ parte brachij. g Deſtitutus iam ſiniſtrâ quæ clypeum, dextrâ quæ tela geſtaret.

Puppe:

Puppe: sed expositus, [h] fraternáque pectore nudo
Arma tegens, crebra confixus cuspide perstat:
[i] Teláque multorum leto casura suorum
Emerita iam morte tenet. [k] tum vulnere multo
Effugientem animam lassos collegit in artus:
Membráque contendit toto quicunq; manebat
Sanguine, & hostilem, defectis robore membris,
Insiluit, solo nociturus pondere, puppim.
Strage virûm cumulata ratis, multoque cruore
Plena, per obliquum crebros latus accipit ictus.
At postquàm ruptis pelagus compagibus hausit,
Ad summos repleta foros, desedit in vndas,
Vicinum inuoluens contorto vertice pontum.
Aequora discedunt mersa diducta carina,
Inq; locum puppis cecidit mare. Multáque ponto
Præbuit illa dies varij miracula fati.
[l] Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos,
Affixit Lycidam. mersus foret ille profundo,
Sed prohibent socij, suspensáque crura retentant.
[m] Scinditur auulsus: nec, sicut vulnere, sanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit vndique venis,
Discursúsque [n] animæ diuersa in membra meantis
Interceptus aquis, nullius [n] vita perempti
Est [o] tanta dimissa via. pars vltima trunci [o]
Tradidit in letum vacuos vitalibus artus.
At tumidus quà pulmo iacet, quà viscera feruent,
Hæserunt ibi fata diu: luctatáque multum
Hac cum parte vitæ [p] vix omnia membra tulerunt.
[q] Dum nimium pugnax vnius turba carinæ
Incumbit prono lateri, vacuámque relinquit,
Quà caret hoste, ratem: [r] congesto pondere puppis
Versa, caua texit pelagus, nautásque carina:

h Emphatice. Nudi corporis obiectu tegens fratrem armatum.

i Exciit tela casura in mortem suorum ipse iam omni mortis certæ munere defunctus. Sumptâ metaphorâ à militibus qui stipendijs defuncti à militia exemuntur vocanturque Emeriti.

k Iamque deficientem per vulnera animam emissurus, vires, quæ reliquæ erant, collegit intendítque vt hostilem nauem insiliens pondere suo, obrueret. quæ cadaueribus pressa ictibus quassa & soluta tandem defecit mersa.

l Immissa à Romanis harpago naui Massil. corripuit Lycidam quendam, quem dum socij retinere conantur, dilaceratus est diuisúsque diffusus à superiore corporis parte vitalium capaci sanguis intercidit in mare. ita inferior pars ab imo ventre ad talos statim defecit, superior verò pars, in qua pulmo, cor, cerebrum, membra vitalia, dum luctata festinat, lentissimè interiit.

m Sunt qui referunt hos versus à Lucano recitatos, Neronis iussu incisis sibi venis & profluente sanguine. Alij eos illum protulisse autumant, quos habes l. 9. v. 811. Tacitus Annal. 15. n Sanguinis, in quo vita. o Tam spatiosâ mortis portâ, vulnere tam amplo. p Vix abstulerunt, tradidérunque morti. q Milites vnius nauis pugnæ nimis intenti, omnes se contulerunt alterum latus ab hostibus oppugnatum defensum, atque ita nauem pondere inclinatam inuertunt. r Incerta nauis militibus concluso demersit.

Brachia

[f] Brachia nec licuit vasto iactare profundo,
Sed clauso periére mari. Tunc [t] vnica diri
Conspecta est leti facies, cùm fortè natantem
Diuersæ rostris iuuenem fixére carinæ.
Discessit medium tam vastos pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis ossibus artus,
Quo minùs [u] æra sonent. eliso ventre, [x] per ora
Eiectat saniem permistus viscere sanguis.
[y] Postquàm inhibent remis puppes, ac rostra recedùt,
Disiectum in pelagus perfosso pectore corpus
Vulneribus transmisit aquas. [z] pars maxima turbæ
Naufraga, iactatis morti obluctata lacertis,
Puppis ad auxilium sociæ concurrit: at illi
[a] Robora cùm vetitis prensarent altiùs vlnis,
Nutarétque ratis populo peritura recepto:
Impia turba [b] super medios ferit ense [c] lacertos:
Brachia linquentes [d] Graia [e] pendentia puppe,
A manibus cecidére suis: non amplius vndæ
Sustinuére [f] graues in summo gurgite truncos.
[g] Iámque omni fusis nudato milite telis,
Inuenit arma furor: remum contorsit in hostem
Alter: at hi tortum validis [h] aplustre lacertis,
Anulsáque rotant excusso remige [i] sedes.
In pugnam fregere rates, [k] sidentia pessum
Corpora cæsa tenent, spoliantq; cadauera ferro.
Multi inopes teli, iaculum letale reuulsum
Visceribus traxére suis, & [l] vulnera læua
Oppressére manu, validos dum præbeat ictus
Sanguis & hostilem cùm torserit, exeat, hastam.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades,
[m] Quàm pelago diuersa lues. nam [n] pinguibus ignis
Affixus tedis, & tecto sulfure viuax

[f] Natare non licuit.
[t] Miserrima apparuit vna leti facies, cum intercipererur à duabus nauibus concurrentibus iuuenis quidam natans, rostris nauium in medio iuuenis pectore collisis.
[u] Errata rostra.
[x] Sanguis intestinis mistus ei citur ore, velut sanies.
[y] A recedentibus rostris deiecto corpore, per vulnus perniam transmisit sanguis aquas.
[z] Nauis cuiusdam Massilienfis fractæ milites ac nautæ conati vitæ suæ consulere sociam nauem nando petunt præsantque, licet interdicti ab ijs qui in naui erant, subsentinonem timentibus, si illi admitterentur.
[a] Naues sociorum.
[b] Desuper, in naui.
[c] Nauim prensantium.
[d] Massilienfi.
[e] Amputata sc.
[f] Non natantes, brachijs iam destitutos.
[g] Iamque deficientibus vtrinque telis, *furor arma ministrat, & quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit.* Virg. AEn. 1. & 7.
[h] Nauis ornamentum.
[i] Transtra.
[k] Subsidentia. vel sub pedibus iacentia. sic l. 5. v. 616.
[l] Vt sanguinem fisterent, viresque sibi supperesse, quoad hastam illam suis viscerib extractam in hostē mississent: tum libenti animo spiritum emissuri. [m] Quàm ignis qui aquæ contrarius. [n] Phalaricæ sagittæ è tedis oleo incendiario, pice, bitumine, nitro, sulphure & resina inuolutæ è balistis in naues emittuntur. qui *ignis Graecus* dictus est. wolfius.

Spar-

Spargitur: at faciles præbere alimenta carinæ
Nunc [o] *pice, nunc liquida* [p] *rapuêre incendia* [o] *cera.*
[q] *Nec flammas superant undæ:* [r] *sparsisq; per æquor*
Iam ratibus, fragmenta ferus sibi vendicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flammas:
Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.
[f] *Mille modos inter leti, mors vna timori est,*
Qua cæpêre mori. Nec cessat naufraga virtus.
[t] *Tela legunt deiecta mari, ratibusq; ministrant:*
Incertasq; manus ictu languente per vndas
Exercent. nunc, vara datur si copia ferri,
Vruntur pelago. sæuus complectitur hostem
Hostis, & implicitis gaudent subsidere membris,
Mergentesq; mori. Pugna fuit vnus in illa
Eximius [u] *Phoceus* [x] *animam seruare sub vndis,*
[y] *Scrutariq; fretum si quid mersisset arenis,*
Et nimis affixos vnci conuellere morsus,
Adductum quoties non senserat ancora funem.
Hic vbi compressum [z] *penitus deduxerat hostem,*
Victor & incolumis summas remeabat in vndas.
Sed se per [a] *vacuos credit dum surgere fluctus,*
[b] *Puppibus occurrit, tandemq; sub æquore mansit.*
[c] *Hi super hostiles iecerunt brachia remos,*
Et ratium tenuêre fugam. [d] *Non perdere letum*
Maxima cura fuit. [e] *multus sua vulnera puppi*
Affixit moriens, & rostris abstulit ictus.
Stantem sublimi [f] *Tyrrhenum culmine prora*
[g] *Lygdamus excussa* [h] *Balearis tortor habenæ*
[i] *Glande petens, solido fregit caua tempora plumbo.*
[k] *Sedibus expulsi, postquàm cruor omnia rupit*
[l] *Vincula, procumbunt oculi: stat lumine rapto*
Attonitus, [m] *mortisq; illas putat esse tenebras.*
At postquàm membris sensit constare vigorem,

[o] Quæ naues vagebantur ad iuncturas committendas.
[p] Concepere ignem, igne correptæ sunt.
[q] Non extinguere valent ignes aquæ.
[r] Et ipsa fragmenta tabularúmque laceranum ratium spatia corripiunt ignem.
[f] Et cùm innumera circumstarent mortis genera, illud tamen solum timebant quod instaret, incendium puta, naufragium, &c. nec vltra cæca timent alienæ fata. Horat. ode 13. l. 2.
[t] Qui nauibus fractis natant, colligunt tela fluitantia, ministrantque socijs qui sunt in ratibus, quin & debili & incerto propter fluctus ictu petunt hostes, eorque, si deficiant tela, mari subnergunt, etiam cum suo periculo.
[u] Massiliensis supra v. 340. vrinator egregius.
[x] Spiritum retinere.
[y] E fundo aliquid repetere, & anchoram sub aquis soluere, si funè refigi non posset.
[z] Funditus demerserat, ipse emersurus, vti affecerat.
[a] Non occupatos nauibus.
[b] Ratibus illisus, depressus est.
[c] Alij remos impediebant, fugientes hostes morituri.
[d] Ne morerentur inulti. [e] Multi vt socias reftaurarent naues, interposuerunt corpora sua vulnerata hostium rostris obiecta. [f] Militem Rom. [g] Miles Massil. [h] Vide Liv. v. 220. [i] Pilâ plumbeâ. [k] Sedes has intellige finus oculorum. [l] Nerucs. [m] Ictum lethalem esse putat.

Vos,

Vos, ait, ô socij, [n] *sicut tormenta soletis,*
Me quoque mittendis rectum componite telis.
[o] *Egere quod supereſt animæ Tyrrhene per omnes*
Bellorum caſus. [p] *ingentem militis vſum*
Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer:
Viuentis ferière loco. ſic fatus in hoſtem
[q] *Cæca tela manu, ſed non tamen irrita mittit.*
Excipit hæc iuuenis generoſi ſanguinis [r] *Argus,*
[ſ] *Quà iam non medius deſcendit in ilia venter,*
[t] *Adiuuitq; ſuo procumbens pondere ferrum.*
Stabat [u] *diuerſa victæ iam parte carinæ*
Infelix Argi genitor, (non ille iuuentæ
Tempore [x] *Phocaicis vlli ceſſurus in armis:*
Victum æuo robur cecidit, feſſusque ſenecta
[y] *Exemplum, non miles erat) qui* [z] *funere viſo,*
Sæpe cadens longæ ſenior per tranſtra carinæ
Peruenit ad puppim, ſpirantéſque inuenit [a] *artus.*
Non lacrymæ cecidêre genis, non pectora tundit,
[a] *Diſtentis toto riguit ſed corpore palmis.*
[b] *Nox ſubit, atque oculos vaſtæ obduxêre tenebræ,*
Et miſerum cernens agnoſcere deſinit Argum.
[c] *Ille caput* [d] *labens, & iam languentia colla*
Viſo patre leuat: vox fauces nulla [e] *ſolutas*
Proſequitur: [f] *tacito tantùm petit oſcula vultu.*
Inuitátque patris claudenda ad lumina dextram.
[g] *Vt torpore ſenex caruit, virésque cruentus*
Cœpit habere dolor, [h] *Non perdam tempora dixit,*
A ſæuis permiſſa Deis, iugulúmque ſenilem
Confodiam. veniam miſero concede parenti,
Arge, quòd amplexus, extrema quòd oſcula fugi.
[i] *Nondum deſtituit calidus tua vulnera ſanguis,*
Semianimiſque iaces, & adhuc potes eſſe ſuperſtes.

n Collocate me, vt baliſtas ſoletis, rectum ad proijcienda tela in hoſtes.
o Se hortatur.
p Interimentemque habet quod ſeruat in loco viuentis.
q Sui ipſius cœci.
r Maſſilienſis.
ſ Supra vmbilicum.
t Et ipſe in telum procumbens addidit telo vim.
u In prora, nam filius in puppi. mox v. 711.
x Maſſilienſibus. ſupra v. 540.
y Excitator virtutis alienæ licet viribus per annos exhauſtus ipſe non pugnaret.
z Filij.
a Extentis manibus pedibuſque extremis partibus calore deſtitutis & tigentibus.
b Mortis caligo cum animi deliquium obrepit patri exanimato è filij cade.
c Argus.
d Inclinatum.
e In morte reſolutas.
f Vultu geſtuque petit extrema illa mutera, oculi ſpiritum ſupremum excipientis, & dextræ oculos comprimentis. Neceſsitudine enim proximè coniunctus morientibus oculos clauſit apud veteres, & expirantem deoculatus, fugientem ore animam excepit. *Extremo ſi quis ſuper halitus errat Ore legam.* Virg. l. 4.

AEn. g Vbi exanimi corpore ejecto reſpiraſſet ſenex, ad ſe rediit, receptóque à dolore vires. h Non fruar miſeræ vitæ vſurâ mihi à dijs haud æquis conceſſâ, ſed conſ. inf. i Expecta, habebis me ſupremi itineris comitem, nolo vbi ſupereſſe, attenerrima certè.

Sic fatus,[k] *quanuis capulum per viſcera miſſi*
Polluerat gladij, tamen alta ſub æquora tendit
Præcipiti ſaltu letum præcedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit vni.
Inclinant iam fata[l] *ducũ: nec iam amplius anceps*
Belli caſus erat:[m] *Graiæ pars maxima claſſis*
Mergitur: aſt[n] *aliæ mutato remige puppes*
Victores vexêre ſuos: naualia paucæ
Præcipiti tenuêre fuga. Quis in vrbe parentum
Fletus erat! quantus matrum per litora planctus.
Conixæ ſæpe ſui, confuſis vultibus vnda,
Credidit ora viri, Romanum amplexa cadauer:
Accenſiſq́, rogis miſeri de corpore trunco
Certauêre patres. at Brutus in æquore victor,
Primus Cæſareis pelagi decus addidit armis.

k Præoccupare filij mortem feſtinans duplici volũt mortis anchorã nixi. gladium capulo tenus in viſcera adegerat, inde ſe in mare præcipitauit.
l Maſſilienſium, I. Domitij & L. Naſidieni. vide adnotata ad v. 29. & 916. ſupra. ſed vide an dicat, inclinare fata ducum Rom. & Maſſil. Bruti iam victoris, Domitij victi.
m Maſſilienſis. ſupra v. 140. Ex Maſſilienſiũ claſſe quinque ſunt depreſſæ, quatuor captæ. comment. cæſ. bel. 2.
n Captæ.
o Romanos.
p Littori appulſa cadauera lacera iam atque exeſa non agnoſcebantur. vxores itaque cadauera Romanorum pro ſuis amplexæ ſunt. Patres contendebant de cadaueribus quæ ſuorum filiorum eſſe volebant vt ea cremarent.
q Primus è Cæſarianis ducibus nauali pugna gloriam addit terreſtribus Cæſaris victorijs.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER QVARTVS.

AT procul[a] *extremis terrarum Cæſar in oris*
Martem ſæuus agit[b] *non multa cæde nocente,*
Maxima[c] *ſed fati ducibus momenta daturum.*
Iure pari rector caſtris Afranius illis,

a In Hiſpania. Heſperiã in vltimã bellum gerit Cæſar.
b Duces enim Pompeiani omnium rerum inopiã preſſi ſe Cæſari dediderunt. infra v. 314.
c Multum adimenti & momenti allaturum Cæſari melius perſequatur ſummam & caput belli poſtquam deſiſtet ipſe timere, Pompeius ſperare auxilium à legatis ſuis legionibuſque in Hiſpania.
d Poteſtate æquali, fide & amore mutuo, curã pari, & alterna imperij vice in tutandis caſtris. Adnotat enim Vibullij Rufi à Pompeio miſſi, Afranium, Petreium, Varro, legati Pompeij officia inter ſe partiuntur, vt Varro cum duabus legionibus vlteriorem Hiſpaniam tueatur. Petreius cum 2 legionibus & auxilijs Luſitaniæ, Celtiberiæ, Cantabriæ, &c. ad Afranium proficiſcatur, qui ipſe Hiſpaniæ citerioris partem tum, cum 3 legionibus obtineat. conſtituantque bellum ad Ilerdam propter loci opportunitatem gerere.

Ac Petreius erat: concordia duxit in æquas
Imperium commune vices, tutelaque valli
Perrugil alterna paret custodia signo.
[e] His præter Latias acies erat impiger Astur,
Vectonésque leues, profugique à gente vetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.
[f] Colle tumet modico, lenique excreuit in altum
Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur vndis
Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes,
Saxeus ingenti quem [g] pons amplectitur arcu,
Hybernas passurus aquas. [h] at proxima rupes
Signa tenet Magni: [i] nec Cæsar colle minore
Castra leuat: [k] medius dirimit tentoria gurges.
[l] Explicat hinc tellus campos effusa patentes.
Vix oculo prendente modum, camposque [m] coërcet
[n] Cinga rapax, vetitus fluctus, & litora cursu
Oceani pepulisse suo: nam [o] gurgite misto,
Qui præstat terris, ausert tibi nomen Iberus.
[p] Prima dies belli cessauit Marte cruento,
Spectandásque ducum vires, numerosáque signa
Exposuit: piguit [q] sceleris: pudor arma furentum
Continuit: patriæq;, & ruptis legibus vnum
Donauêre diem. [r] prono tum Cæsar Olympo
[s] In noctem subita circundedit agmina fossa,
Dum primæ præstant acies, hostémque fefellit,
Et propè consertis obduxit castra maniplis.

e Præter Rom legiones quinque, erant in Petrei & Afrani castris, Asturum, Vectonum, Celtiberorum (qui ex Celtis, Gallia sui relictâ, & Pyrenæos saltus transgressis ad Iberum fl. consederant, oriundi erant) & aliarum Hispaniæ vtriusque gentium cohortes 80. equitum 300.

f In colle leuiter ascendenti sita est Ilerda, in solo fertili, XX. M passus ab Ibero, citra Sicorim fl.

g Pons iste erat ab occidua parte Ilerdæ, & in potestate Afranianorum.

h In colle Ilerdæ vicino Pompeiani castra habebant.

i In alio sub castris Afranij Cæsar attollit castra.

k Sicoris (inquit Sulpitius) interfluit vtraque castra. verùm cùm Ilerda, & vtraque castra fuisse citra Sicorim videantur ex iis quæ alia vtrinque fuerint: locum hunc vix explicabilem facetor Glareanus, nisi intelligatur aliquam Afranianorum partem vltra flumen fuisse. vide notam ad 147. v. infra. l Hinc se per planum extendit campus vltra quam oculis possit prospici. m Terminat. n Fl. ab orientali castrorum parte, vti Sicoris ab occidua. o Sub Ilerdâ influit Iberum, qui fl. admittit nomen Cingæ, nomen dat Iberiæ. p Primo die post castra collata, nihil gestum est. copiæ tantùm vtrinque eduxerant atque ostentârunt. q Belli ciuilis. r Vespero Olympum claudente. i. Sole occidente. s Cæsar vbi cognouit per Afranium stare, quo minùs prælio dimicaretur; ab infimis radicibus montis, intermissis passibus 400 castra facere constituit. à fronte contra hostem pedum 15 fossam fieri iussit. prima & secunda acies in armis permanebat. post hos opus in occulto acies tertia faciebat. hoc omne prius est perfectum, quam ab Afranio intelligeretur castra muniri. Comment. 1. ciuil. bell. t Afranius Petreiusque operis impediendi causâ, copias suas ad infimas montis radices producunt, & prælio lacessunt. neque ideirco Cæsar opus intermittit, &c.

u In planitie inter opp. Ilerdam & Afranij castra tumulus erat, quem si occupasset Cæsar, omni commeatu ab oppido & ponte se interclusurum hostes sperabat. eductis itaque legionibus aciem instruit, vnius legionis antesignanos præcurrere atque occupare eum tumulum iubet. qua re cognita, cohortes Afranij quædam breuiore itinere eundem occupant, repellúntque Cæsarianos, hic autem & sub ipso oppido horis quinque pugnatum est.
x Afranian.
y Cæsarian.
z Armis.
a Supino pectore arduum collem ascendentes milites Cæs. & retro casuri nisi sequentium à tergo clypeis sustentati fuissent.
b Non directo in hostem telo, non habito hostis respectu.
c Virgulta & putantes & vepres viam sibi auertunt.
d Submissus à Cæsare equitatus, latera persequitans, commodiorem ac tutiorem sois receptum dat.

[u] *Luce noua collem subito conscendere cursu,*
Qui medius tutam castris dirimebat Ilerdam,
Imperat. huc [x] hostem pariter terrorque, pudorque
Impulit: & rapto tumulum prior agmine cepit.
[y] His virtus, ferrúmque locum promittit: [x] at illis
Ipse locus. Iam miles rupes [z] oneratus in altas
Nititur: [a] aduersóque acies in monte supina
Hæret, & in tergum casura, vmbone sequentis
Erigitur. nulli telum vibrare vacabat,
Dum labat, & fixo firmat vestigia pilo,
Dum scopulos, stirpésque tenent, atque [b] hoste relicto
[c] Cædunt ense viam. vidit lapsura ruinâ
Agmina dux, [d] equitémque iubet succedere bello,
Munitúmque latus læuo præducere gyro.
Sic pedes ex facili, nullóque vrgente receptus,
[e] Irritus, & [f] victor subducto Marte pependit.
Hactenus armorum discrimina. cetera bello
Fata dedit [g] varijs incertus motibus aër.
[h] Pigro bruma gelu, siccísque Aquilonibus hærens,
Aethere constricto pluuias in nube tenebat.
[i] Vrebant montana niues, campósque iacentes
[k] Non duraturæ conspecto sole pruinæ:
[l] Atque omnis propior mergenti sidera cælo
Aruerat tellus hyberno dura sereno.
[m] Sed postquam vernus calidum Titana recepit

e Irritus, & f victor subducto Marte pependit. Hactenus armorum discrimina. cetera bello Fata dedit g varijs incertus motibus aër. h Pigro bruma gelu, siccísque Aquilonibus hærens, Aethere constricto pluuias in nube tenebat. i Vrebant montana niues, campósque iacentes k Non duraturæ conspecto sole pruinæ: l Atque omnis propior mergenti sidera cælo Aruerat tellus hyberno dura sereno. m Sed postquam vernus calidum Titana recepit

e Re infectâ. f Diempto prælio, vtrique se superiores discessisse existimauerunt. g Bidoo quo hæc gesta sunt, tanta tempestas coorta est, vt nunquam illis locis maiores aquas fuisse constaret, &c. Comment. 2. h Propter Aquilonem continuum gelida & sicca præcesserat hyems, neque nubibus grauidis dissolui licitum congelato aere. i Ita Virgilius; *penetrabile frigus adurat, Frusti artus, membra torrida gelu*, dixit Liu. l 21. & Tacit. l 13. *Ambusti multorum artus vi frigoris.* quod prius dixerat Xenophon, ἐν δὲ χιόνι πολλῇ ψυχρὸς ἄνεμος πνεύσας, ὥστε τὸ ὕδωρ, &c. καὶ πρὸ ἑλλήνων πολλοὶ καὶ ἐφθείροντο καὶ ὧτα. Neque tamen Aristoteli assentior, qui 4. Meteor. fieri hoc vult διὰ τὸ σωκῆν ἐκπνεῖσθαι τὸ θερμόν. Sed propter calorem innatum restinctum in herbis plantisque, humoremque viuidum à frigore depulsum, ita vt tanquam ignis calore edaftæ interficiant. ψυχρὸς ἄνεμος βορέας πνεύσας. & mox, καταφλέγων ἅμα, καὶ ἰσχνὸν ἐκπνέων, καὶ ἀποσβέσας χλόην καὶ πόα. tanquam ignis. Ecclesiastic. 43. k Primo sole splendente. l Atque omnis tellus Hesperiæ, Occidenti, quo mergi videntur stellæ, sibi ita aëreæ constricta hyberno gelu & frigore. m Postquam vero Sol ingressus est signum Arietis quo vectus Phryxus pontum transfretasse fingitur, delapsâ sorore Helle, quæ ponto nomen reliquit.

Sidera

Sidera[n] *respiciens delapsæ portior Helles,*
Atque iterum[o] *æquatis ad instæ pondera Libræ*
Temporibus[p] *victre dies:*[q] *tunc, sole relicto,*
Cynthia quo primùm cornu dubitanda refulsit,
Exclusit[r] *Boream,*[s] *flammásque accepit ab Euro.*
[t] *Ille suo nubes quascunque inuenit in axe,*
Torsit in occiduum[u] *Nabatæis flatibus orbem.*
Et quas sentit Arabs, & quas[x] *Gangetica tellus*
Exhalat nebulas, quicquid concrescere[y] *primus*
Sol patitur, quicquid[z] *cœli fuscator Eoi*
Impulerat Corus,[a] *quicquid defenderat Indos:*
Incendere diem nubes[b] *oriente remotæ,*
Nec medio potuere[c] *graues incumbere mundo,*
Sed nimbos rapuere fuga.[d] *vacat imbribus Arctos.*
Et Notus, in solam Calpen fluit humidus aër.
[e] *Hic vbi iam Zephyri fines, & summus Olympi*
Cardo tenet Tethyn, vetitæ transcurrere densos
Inuoluere globos,[f] *congestúmque aëris atri*
Vix recipit spatium, quod separat æthere terram.
Iámque[g] *polo pressæ largos densantur in imbres;*
Spissatæq; fluunt.[h] *nec seruant fulmina flammas,*
Quamuis crebra micent: extinguit fulgura nimbus.
[i] *Hinc imperfecto complectitur aëra gyro*
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanúmque bibit, raptósque ad nubila fluctus
Pertulit, & cœlo defusum reddidit æquor.
[k] *Iámque Pyrenææ, quas nunquam soluere Titan*

n Effigiatur mensis capite respiciens Aries.
o AEquati iam noctis die. AEquinoctio verno; perinde ac Autumnali, vbi sol Libram ingreditur.
p Dies longiores fiunt noctibus.
q Tunc Luna à coitu nouæ, recedentis à Sole, cornua nondum apparebant. *Si nigrum obscuro comprenderis aera cornu, Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.* Virg. 1. Geor.
r *ἀπὸ τοῦ βορέου*, serenitatis iam per totam hyemem autorem, pluuiæque abactorem.
s Calorem ac roborem. Venti pluuiæq; præsagia. *Vento semper rubet aurea Phœbe.* 1. Georg.
t Eurus nubes omnes ex Eois partibus impulit in Occiduas.
u Eois. Nabatæi autem incolæ sunt Arabiæ Felicis.
x India, quam Ganges præluit.
y Oriens, nobis matutinus.
z Eoum cœlum obscurans inductis nubibus Corus.
a Quæcunque nubes Solis æstum Indis auerat, ardoremque temperauerat.
b Euri impetu actæ ex oriente.
c Aquâ plenæ.
d Nec non ab Arcto & Noto congeruntur nubes in Hispaniam, vbi Calpe promontorium Bæticæ, vna è columnis Herculis, *Gibraltar*.
e Hic, ad extremum Occidentem, vnde Zephyrus flare, & cœlum proximum mari coniungi vulgò creditur, conglobatæ nubes hærebant, vbi eius progredi inhibitæ.
f Et spacium, quo distat terra ab æthere, vix recipit congeriem nubium.
g Nubes coactæ in aëre dissoluuntur in pluuias.
h Extinguuntur enim à nimbis.
i Non vt aliàs in arcum incuruata è fulgore Solis in nubem concauam & rutidam ex aduerso sitam refracto, sed propter densitatem nubium nec coloribus distincta nec arcu completa. *Concipit Iris aquas, alimentáque nubibus adfert*, atollit aquas maris resorbitque in terras, & *bibit ingens Arcus.* Virg. 1. Georg. *Ecce autem bibit arcum, pluet credo hercle hodie.* Plauti Curculio.
k E Pyrenæis montibus liquefactæ effluunt niues. Ita Comment. 1. de bel. ciu. tum autem ex omnibus montibus nix profluit, ac summas ripas fluminis superauit, pontesque ambos, quos C. Fabius fecerat, vno die interrupit, &c.

Eualuit, fluxère niues, fracłóque madescunt
Saxa gelu: ‖ *tum, quæ solitis è fontibus exit,*
Non habet vnda vias: tam largas alueus omnis
A ripis accepit aquas. iam [k] *naufraga campo*
Cæsaris arma natant, impulsáque gurgite multo
Castra labant: alto restagnant flumina vallo.
[l] *Non pecorum raptus faciles, non pabula mersi*
Vlla ferunt sulci: tectarum errore viarum
Fallitur [m] *occultos sparsus populator in agros.*
[n] *Iámque comes semper magnorum prima malorũ*
Sæua fames aderat: nulloque obsessus ab hoste
Miles eget [o] *toto censu non prodigus emit*
[p] *Exiguam Cererem.* [q] *Prò lucri pallida tabes!*
Nan deest prolato ieiunus venditor auro.
Iam tumuli, collésque latent: iam flumina cuncta
Condidit vna palus, vastaq; vorazine mersit.
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit, atque ipsas hausit: subitísque frementes
Vorticibus contorsit equos, & reppulit [r] *æstus*
Fortior Oceani: [s] *nec Phœbum surgere sentit*
Nox subtexta polo: rerum discrimina miscet
Deformis cœli facies, iunctæq; tenebræ.
[t] *Sic mundi pars ima iacet, quam zona ninalis,*
Perpetuæq; premunt hyemes: non sidera cælo
Vlla videt, sterili non quicquam frigore gignit,
[u] *Sed glacie medios signorum temperat ignes.*
[x] *Sic, ô summe parens mundi, sic* [y] *sorte secunda*
Æquoreũ rector facias Neptune tridentis:
Et [z] *tu perpetuus impendas aëra nimbis:*
[a] *Tu remeare vetes quoscunque emiseris æstus.*

‖ Fluuios exundantes non capit suus alueus, & spatiata ruunt per aperta fluuiis campos.

k Quasi naufragi in summa aqua totis campis Cæsaris castra & milites fluitarunt.

l Cinga & Sicoris inter quæ fl. castra Cæs. posita sunt, satio millium 30. transiri nequit, nec frumentum supportare ciuitates quæ ad amicitiam Cæsaris accesserant, neque pabulatum progressi nec progressi longius redire in castra poterant, &c. Comment. 1.

m Aquæ tectos.

n Restagnatio magnas difficultates Cæsaris exercitui attulit & quasi obsidione pressit. iamque commeatus inopiã ad denarios 50 in singulos medios annona pernenerat, militum vires diminuere, atque incommoda indies augebantur.

o Peculio, stipendio, patrimonio.

p Frumenti modicum, vel panis frustum paruum.

q Exclamatio in famis cumones & institores, qui panem suum ipsi famelici precio vendunt. De auro eiusmodi qui in obsidione Prænestina mutuum captum docentis potius denarijs vendere quàm ipse lenienda famis gratiã edere voluit, adeoque periit, vide Liu. 23. Front. 1. c. 5. Plin. 8. c. 57.

r Fluctibus & impetu ipsa inundatio vehementior æstu maris.

s Neque propter tenebras densas apparuit Sol ortus aut discernebatur dies à nocte.

t Quales tenebræ, hyemesque perpetuæ vrgent plagas extremas vtique polo subiectas, siderum aspectus expertes, frigore steriles.

u Sed suo frigore temperant æstum zonæ mediæ, vt interiectæ sint habitabiles.

x Apostrophe ad Iouem & Neptunum, cum voto vt bellum ciuile diluuio mergant.

y Cui in diuisione regni Saturni cecidit imperium pelagi sorte secundã.

z Iupiter.

a Neptune.

b Nam

[b] *Non habeant amnes declinem ad litora cursum,*
Sed pelagi referantur aquis: [c] *concussaque tellus*
Laxet iter fluuijs. [d] *hos campos Rhenus inundet,*
Hos Rhodanus: vastos obliquent flumina fontes.
Rhipheas huc solue niues, huc stagna, lacúsque,
Et pigras, vbicunque iacent, effunde paludes:
Et miseras bellis ciuilibus eripe terras.
[e] *Sed paruo Fortuna viri contenta pauore,*
Plena redit, solitóque magis fauêre secundi,
Et [f] *veniam meruêre Dei. iam clarior aër,*
Et [g] *par Phœbus aquis densas in vellera nubes*
Sparserat, & [h] *noctes ventura luce rubebant:*
Seruatóque loco rerum, [i] *discessit ab astris*
Humor, & ima petit, quicquid pendebat aquarum.
Tollere silua comas, stagnis emergere colles
Incipiunt, visóque die durescere valles
[k] *Vtq; habuit ripas Sicoris, campósque reliquit,*
[l] *Primum cana salix madefacto vimine paruam*
Texitur in puppim, cæcóque inducta [m] *iuuenco*
Vectoris patiens tumidum superenatat amnem.
[n] *Sic Venetus stagnante Pado, fusóque Britannus*
Nauigat Oceano: sic cùm tenet omnia Nilus,
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.
[o] *Hus ratibus traiecta manus festinat vtrinq;*
Succisum cæruare nemus: fluuijque ferocis
Incrementa timens, non primis robora ripis
Imposuit: medios pontem distendit in agros.

b Non deferant fluuij aquas suas in mare, sed repellantur.
c Neptuni tridente, terræ motu quassata tellus iter amnibus aperiat.
d Hæc, in Hispaniam fluuios diuertant ex Germania & Gallia Rhenus atque Rhodanus, huc confluant niues e montibus Rhipheis, huc stagna lacus, paludes.
e Sed desiderium ad modicum temporis Cæsarem & leuiusculi calamitate tertium ampla mea & indulgentior insecuta est Fortuna.
f Præteritam noxã insequenti successu abunde compensantes.
g Dispergendis nubibus atque in raritatem & candorem vellerum æquandis valens.
ῥίψια σφενδόνης, Οἷα μολίβδου πόκιον ἐοικότα.
h Sub occasum Solis, rubor erat insequentis diei serenitatis præsagium. vel, die illucente primùm subsidebat cœlum, non tenebris effusum, vt modo

v. 101. i Decidit, quicquid pluuiarum in nubibus suspensum erat. k Alueo iam suo Sicoris capiente: cessante inundatione. l Imperat militibus Cæsar, vt naues faciant, cuius generis cum superioribus annis vsos Britannia docuerat. carinæ ac statumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium vimineis contexebant, corijs integebatur, Comment. 1. *Adeam* (inquit Plin. l. 4. c. 16.) *Britanni vimineis nauigia corio circumsuta nauigant.* m Corio bubulo. *Synecd.* n Cuiusmodi nauigijs vtuntur Veneti se effundentes Pado, Britanni in Oceano ventis placido, Ægypti innodante Nilo. papyrus autem inter est palustris, vnde Ægyptij nauigia contexunt, vti ex libro eius vela, tegetes, funes, vestes &c. o Naviculas has carris iunctis deuehit noctu Cæsar M. passuum à castris 12, quibus traiecti milites, vlteriore ripâ occupatâ atque munitâ, succidit materiam ponti faciendo, quem biduo perficit. ita rei frumentariæ & pabulationi affuturo consultum.

p Cæsar ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendos, qua deus idoneum locum, fossas pedum 30. in latitudinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris averteret, vadumque in eo fl. efficeret. Comment. 1. Has priscis inundationis pœnas dedisse Sicorim dicit poeta.

q Afranius & Petreius intercluso sibi à Cæsaris equitatu frumento pabuloque, defectione item ciuitatum & Cæsaris à nicitiam secutarum, permoti, in Celtiberiam bellum transferre statuunt, quæ in amicitia permanserat Pompeij, magnis eius in Sertoriano bello affecta beneficijs, & quòd Cæsaris nomen in barbaris erat obscurius.

r Regionis in qua erant, ad Cæsarem inclinantis.

s Celtiberos.

t In ulteriorem Hispaniam.

u De tertia vigilia.

p *Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis,*
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ. q *Postquam omnia fatis*
Cæsaris ire videt, celsam Petreius Ilerdam
Deserit: & noti diffisus viribus r *orbis,*
s *Indomitos quærit populos, & semper in arma*
Martis amore feros, & tendit t *in vltima mundi.*
u *Nudatos Cæsar colles, desertáque castra*
Conspiciens, capere arma iubet: x *nec quærere ponte,*
Nec vada, sed duris y *fluuium superare lacertis.*
Paretur: z *rapuitque ruens in prælia miles,*
Quod fugiens timuisset, iter. a *mox vda receptis*
Membra fouent armis, gelidósque à gurgite cursu
Restituunt artus, donec decresceret vmbra
In medium surgente die. b *iámque agmina summa*
Carpit eques, dubiique fugæ, pugnæq; tenentur.
c *Attollunt campo geminæ iuga saxea rupes*
Valle cauæ media: tellus hinc ardua celsos
Continuat colles, tutæ quos inter opaco
Anfractu latuêre viæ: quibus d *hoste potito*
e *Faucibus, emitti terrarum in deuia Martem,*
Inq; feras gentes Cæsar videt. Ite sine vllo
Ordine, ait, f *raptúmque fuga conuertite bellum,*
g *Et faciem pugnæ, vultusque inferte minaces:*
g *Nec liceat pauidis ignaua eccumbere morte:*

x Pons enim magnum circuitum habebat. y Tranare. z Et persequendi hostis studio se alto & rapido flumini committunt milites Cæs. quod vel ipsi fugientes è bello vix tentassent. a Vdi gelidique à natatione corpora refouent cursúque calefaciunt ad meridiem vsque, ne defessi prælio obijciantur. b Equitatus Cæsaris nouissimum hostium agmen consequutus, premere eos, morari, atque iter impedire cœpit. c A millibus passuum quinque campestris itineris, exploratores, speculæ, montes, difficilia atque angusta loca excipere. laborabat itaque Cæsar ne Afranius his angustijs occupa is & tuis prohibitis, exercitu Iberum traiecto, è manibus dimitti bellum transferret in Celtiberos & remotas gentes. d Afranianis. e Angustijs. Furcis. f Nolite pati hostem, bellum, certam victoriam vobis eripi per fugam. g Ne pereant ignaui & fugientes acceptis in tergo vulneribus, conuertite, excipiantque aduerso pectore tela.

Exci-

Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: [h] *& ad montes tendentem præuenit hostem.*
Illic exiguo paulum distantia vallo
Castra locant: [i] *postquàm spatio languentia nullo*
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres, natósque suos videre, patresque;
Deprensum est ciuile nefas. tenuêre parumper
Ora metu: tantùm nutu, motóque salutant
Ense suos. mox vt stimulis maioribus ardens
Rupit amor [k] *leges, audet transcendere vallum*
Miles, in amplexus effusas tendere palmas.
Hospitis ille ciet nomen; vocat ille propinquum:
Admonet hunc studijs [l] *consors puerilibus ætas:*
[m] *Nec Romanus erat, qui non agnouerat hostem.*
[n] *Arma rigant lacrymis, singultibus oscula rumpunt:*
Et quamuis nullo maculatus sanguine miles,
Quæ potuit fecisse, timet. [o] *Quid pectora pulsas?*
Quid vesane gemis? fletus quid fundis inanes?
Nec te sponte tua [q] *sceleri parêre fateris?*
Vsqueadeóne times, [r] *quem tu facis ipse timendum?*
[s] *Classica det bello; sæuos tu neglige cantus:*
Signa ferat; cessa: iam iam ciuilis Erinnys
Concidet, & [t] *Cæsar generum priuatus amabit.*
[u] *Nunc ades, æterno complectens omnia nexu,*
O rerum, mistíque salus concordia mundi,
Et sacer orbis amor. [x] *magnum nunc secula nostra*

h Cæsar diuerso itinere per valles maximas & saxa perrupta, angustijs & montibus occupatis, ex magnis rupibus nactus planicien, contra hostem aciem instruxit. Afranius vtrinque pressus, ibi constitit. Cæsar, interchallo omni ad liberum itinere, quàm proximè hostem potest, castra communiuit.

i Postquam milites hinc inde luminibus certis neque per castrorum distantiam (quæ modica erat) languentibus se mutuò agnouerunt, & in aduersis castris fratres, natos, patres viderunt, admoniti statim nefarij quod inieraat, belli, primùm tacuti se inimicem conspiciebant. deinde salutabant eminùs, mox amplexabantur. Peneij (inquit Commentariorum de ciuili bello autor) atque Afranij adaquationem curantium distesta, liberam nacti milites colloquij facultatẽ, volgò procedunt.

quemquisque in castris notum aut municipem habebat, conquirit atque vocat, agnóit gratias, &c. k Quibus exutum est cum hoste colloqui aut versari. l Connutritio atque ætas simul puerilis.

m Quotquot erant in vtrisque castris Romani, se inuicem agnoscebant. n Præ lætitiâ doloris missâ, & concordiæ studio votisque, conquesti se cum hominibus necessarijs & consanguineis arma contulisse. o Cædem, puta, fratris, patris, propinqui. p Hæc ex persona poetæ condolentis mili um affectus, arguentisque eos sui doloris & ciuilis huius belli autores, vt qui partes sequantur, à quibus eos dissuadet hortaturque eos ad concordiam. q Imperatori sceleftum bellum iubenti. r Cuius partes tu secutus obsequio tuo & officio potentem eum & timendum facis. s Imperator classicum canere iubeat; tu ne audi. Signa moueat; tu ne sequere. tam pax erit. Alij leg. *Classica dent bellum.* t Cæsar à vobis destitutus & in priuatum redactus redibit in gratiam cum Pompeio. u Adsis ô Concordia, mundi huius fabricæ rerumque omnium in mundo factum & certum vinculum, vtrisque tuæ experiantur isti discordes. x Postquam agnouerint eos esse ciues suos quos pro hostibus habuerint: satis instructi videntur ad discernendum quid faciant in posterum. perijt ijs omnis prætextus, sublata est omnis excusatio ignorantiæ. Manifesto omnes tenentur scelere, nisi abstineant ab hoc bello, quod infertur ciuibus iam non ignotis.

Venturi

Venturi discrimen habent. perière latebræ
Tot scelerum: populo venia est erepta nocenti:
Agnouére suos. [y] *prò, numine fata sinistro*
Exigua requie tantas augentia clades! 195
Pax erat, & miles castris permistus vtrisque
Errabat: dura concordes cespite mensas
Instituunt, & permisto libamina Baccho.
Graminei luxére foci: iunctóque cubili
Extrahit insomnes bellorum fabula noctes: 200
Quo primùm steterint campo, qua lancea dextra
Exiret. dum, quæ gesserunt fortia, iactant,
Et dum multa negant; [z] *quod solum fata petebant,*
Est miseris renouata fides, [a] *atque omne futurum*
Creuit amore nefas. [b] *nam postquam fœdera pacis* 205
Cognita Petreio seque, & sua tradita vénum
Castra videt, [c] *famulas scelerata ad prœlia dextras*
Excitat, atque hostes turba stipatus inermes
Præcipitat castris, iunctósque amplexibus ense
Separat, & multo disturbat sanguine pacem. 210
Addidit ira ferox moturas prœlia voces:
Immemor ô patriæ, signorum oblite tuorum,
[d] *Non potes hoc causæ miles præstare Senatus,*
Assertor victo redeas vt Cæsare: certè
Vt vincare potes. [e] *dum ferrum, incertáque fata,* 215
Quique fluat multo non deerit vulnere sanguis,
Ibitis ad dominum? [f] *damnatáque signa feretis?*
[g] *Vtq; habeat famulos nullo discrimine Cæsar*
Exorandus erit? [h] *ducibus quoque vita petenda est?*

y Sed ô numina lęua, fata læua, tantillum concordiæ vel speciem vel spem tanta clade compensantia. Namque ecce inter ipsa amicitiæ symbola, mensas consocietas, pocula mutua, caltremes locos, cubilia communia, iucundas vtrinque recordationes actorum laborum, rerum strenuè gestarum, periculorum præteritorum; Petreius, re intellecta, aruat familiam; omnes hæc & prætoria cohorte cetratorum, barbaricique equitibus ad vallum aduolat, colloquia multũ interrumpit, Cæsaris milites repellit à castris, quos deprehendit, interficit, &c. flens manipulos circuit, neu se, neu cõmilitium, neu Imperatorem deserant prodantèque obsecrat, postulat vt renouatâ in duces fide iurent omnes se exercitum ducesque non desertures, &c. Comment. 1.

z Culpam in fata confert vt modo v. 194.

a Per hanc concordiam data est nefariæ cædis occasio.

b Namque legatos ad Cæsarem de pace miserant, fidem ab eo de sua, de Petrei & Afranij vita petierant, se statim signa translaturos promiserant. c Vt modò nota y. d Quòd si causæ Senatus defensor non potes efficere, vt victo Cæsare libertatis patriæ victos reuocasse tem hoc potes, vt fide seruatâ pugnes dum vincaris. e Quandiu vobis dextra armata, dum belli euentus adhuc incertus est, quandiu callidus vobis mouet circum præcordia sanguis, quem pro libertate tuenda pulchrè effundatis, placétne seruitutis iugo colla submittere? f Patriæ infesta, hostilia iudicata Senatus Consulto, vobisque ipsis damnata. g Non habiti, inquit Bersmannus, differentiâ inter vos & seruos sceleri assuetos. Orandúne est Cæsar, vt vos sibi seruire patiatur, ea conditione ne durius vos habeat Pompeianos, quam Cæsarianos? Sic exponit H. Grotius, ex illo Virgilii, *Tros Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur*. Quid si dicamus, citra pugnæ discrimen à nos belli fortuna coactos, sed sponte seruire parato? h Nobis. vt modo not. b.

Num-

Nunquam noſtra ſalus pretium, mercesq; nefandæ
Proditionis erit: non hoc ciuilia bella,
Vt viuamus, agunt.[i] trahimur ſub nomine pacis.
[k] Non chalybem gentes[l] penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli vallarent oppida muri,
Non ſonipes in bella ferox, non iret in æquor
Turrigeras claſſis pelago ſparſura carinas,
Si bene libertas vnquam pro pace daretur.
[m] Hoſtes nempe meos ſceleri iurata nefando
Sacramenta tenent: at vobis vilior hoc eſt
Veſtra fides, quòd pro cauſa pugnabitis æqua.
Sed veniam ſperare licet.[n] prò dira pudoris
Funera! nunc toto fatorum ignarus in orbe
Magne paras acies,[o] mundique extrema tenentes
Sollicitas reges, cùm forſan fœdere noſtro
Iam tibi ſit promiſſa ſalus. Sic fatur & omneis
Concuſſit mentes,[p] ſceleriumque reduxit amorem.
[q] Sic vbi deſuetæ ſiluis in carcere clauſo
Manſueuêre feræ, & vultus poſuêre minaces,
Atque hominem didicêre pati: ſi torrida paruus
Venit in ora cruor, redeunt rabiésque furorq;
Admonitæq; tument guſtato ſanguine fauces:
Feruet, & à trepido vix abſtinet ira[r] magiſtro.
Itur in omne nefas: & quæ fortuna Deorum
Inuidia cœca bellorum in nocte tuliſſet,
[ſ] Fecit noſtra, fides: inter menſásque, torósque,
[t] Quæ modò complexu fouerunt pectora, cædunt.
Et quamuis primò ſeruum ſtrinxêre[u] gementes,

i In ſeruitutem abducimur prodimur.
k Quorſù tela, muri, bellicoſi equi, claſſes, ſi honeſtius libertatem pro pace tradere quàm armis tueri liceret?
l Penitus recondito in fodinis, apud Chalybas pop. ad ſ. Thermodoontа.
m Cæſaris milites ſacramento obſtricti fidem ſceleſtæ & iniuſtæ cauſæ præſtant: vobísne leuior fides in cauſa iuſta propugnanda?
n Prò pudorem extinctum. Prodent. *Qui me vndorâ ſumere perderet.*
o Duc tu externa ſolicitas auxilia, nos iurati in cautam tuã milites te hîc prodimus, vitamque tuam cum hoſte pacifcimur.
p Belli & ſceleſtæ cædis ciuium, ſic terror oblatus à ducibus, crudelitas in ſupplicio, vana religio iurisiurandi, ſpem præſentis deditionis ſuſtulit, mentesque militum conuertit, & rem ad priſtinam belli rationem redegit Com.
q Veluti ferę cautis coercitæ, feritate depoſita, manum man-

ſuetarij pati edoctæ, & rabiem exmiſſe viſæ, deguſtato tamen ſanguine in priſtinam redeunt truculentiam. r Cuſtode, rectore. ſ Ita emendant Hugo Grotius, legit, *Fecit noſtra, fides*; atque ita intelligit. Poterat bellum ciuile deorum & fati iniquioris videri culpa: præſertim ſi fortuita prælia ignotos ignotis implicuiſſent: nunc profectò noſtra eſt, quis alter alterum nouimus, eiosque rei certi & nobis conſcij ſumus. Cæterùm non video cur vetus lectio *Fecit monſtra fides* tam monſtro ſimilis cuipiam videatur. Quin tentemus ſi quis commodus inde ſenſus elici poſsit. Petreiani, *inquit*, dum fidem iureiurando renouatam ducibus probare volunt, perpetrarunt monſtroſas ciuium ſuorum cædes, quales non fortuna victoriæ inſolens exercuiſſet in hoſtes deorum ità victos in ipſa confuſione tumultuoſi belli. Sed diſpiciat lector. & infra v. 492. appellat *monſtra*. t Ediderat Petreius, vt, penes quem quiſque ſit miles Cæſaris, producatur, productos palam in Prætorio interficiunt. u Inviti ſc.

x Postquam tamen extraxissent gladium contra ius in suos hospites, ciues, propinquos structurum, inter feriendum, odium in suos colligunt simulque exprimunt animos &c. prius dubios & vacillantes ictu confirmant, obdurantque.

y Ac veluti sceleris perinet laus & gratia, si celaretur: portentosae caedes profemunt, caesorum cognatorum capita dacibus praetentant.

z Caesarem laudat à clementia, qua confessis & venerabus, reuerituſ atque inultatus deos, in milites & uersarium quia sua castra venerant, non saeuierit. Itaque hos summâ dili, gentiâ conquisitos dimiserat, praeter Tribunos permultos & Centuriones, qui sua voluntate apud eum permanserunt. Gratus. Deos tibi fauentes agnoscis; qui causam tuam non solicem tantùm, sed & fauorabilem faciunt.

a Neque enim maiorem gloriam è victoriâ Pharsalicâ, Massiliensi, Alexandrinâ reportasti, quàm ex hac tua clementia & iracundiae victoria, imò & hinc Deos fortunamque tibi deuictiores demeruisti. Cic. pro Marcello, Q. Ligario, &c. b Pharsalicis, l. 1. v. b c Supra l. 3 v. 340. d AEgyptiaco. Pharos insula est & turris quae claudit portum Alexandrinum, clausum AEgypti maritimum. e Quod voluerit hoc tibi licere vacare, quo se obstinuerunt Pompeiani, approbat causam tuam esse meliorem. f Petreiani nefandae caedis quasi vltricibus agitati furijs non ausi diutius sustinere Caesarem, aquationis, pabulationis atque omnium rerum difficultatibus circumuenti, consilium capiunt de recipiendo ad Ilerdam. g Ast. castrorum procurrentes partes & vallum duci à castris ad amnes aut fontes non passus est Caesar. h Postquam sibi vallo atque fossa circumuenis & aquationi intercluſis mortis necessitatem imminere vident, rem ferro decernere parant. Caesar suos ex aduerso in aciem dirigit, sed pugnae abstinet, satius ratus sine cruore eos ad deditionem cogere, quàm cum suorum periculo aut hostium multo sanguine vincere. i Afranianî inopia pabuli adducti fugam parant, & quo essent expediciores omnia sarcinaria impedimenta interfici iubent. k Non amplius in fuga, cuius nulla iam apparet spes, fiduciam ponere. l Moriturus. Eduxerant enim legiones & sub castris in aciem instruxerant. m Caesar suis imperat ne tela in hostes iaciant, ac irruentibus se opponant.

x *Vt dextrae iusti gladius dissuasor adhaesit,*
Dum feriunt, odere suos, animósque labantes
Confirmant ictu. feruent iam castra tumultu,
Et scelerum turba: rapiuntur colla parentum.
y *Ac velut occultum pereat scelus, omnia monstra*
In faciem posuêre ducum: iuuat esse nocentes,
z *Tu Caesar, quamuis spoliatus milite multo*
Agnoscis superos: a *neq; enim tibi maior in armis*
b *Emathijs fortuna fuit, nec* c *Phocidos vndis*
Massiliae, d *Pharioue nec tantum est aequore gestum.*
e *Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli*
Dux causae melioris eris. f *Polluta nefanda,*
Agmina caede duces iunctis committere castris
Non audent, altaeq; ad moenia rursus Ilerdae
Intendere fugam. campos eques obuius omnes
Abstulit, & sicco inclusit collibus hostem.
Tunc inopes vndae praerupta cingere fossa
Caesar auet, nec g *castra pati contingere ripas,*
Aut circum largos curuari brachia fontes.
h *Vt leti videre viam, conuersis in iram*
Praecipitem timor est. i *miles non vtile clausis*
Auxilium mactauit equos: tandémque coactus
k *Spe posita damnare fugam,* l *casurus in hostes*
Fertur. Vt effuso Caesar decurrere passu
Vidit, & ad certam deuotos tendere mortem:
m *Tela tene iam miles, ait, ferrúmque reuenti*

Subtrabe: non vllo conſtet mihi ſanguine bellum,
Vincitur haud gratis, iugulo qui prouocat hoſtem.
Enſibi vilis adeſt inuiſa luce iuuentus,
Iam damno peritura meo: non ſentiet ictus,
Incumbet gladijs, gaudebit ſanguine fuſo,
Deſerat hic feruor mentes, cadat impetus amens,
Perdant velle mori. Sic deflagrare minaces
Incaſſum, & vetito paſſus langueſcere bello,
Subſtituit merſo dum nox ſua lumina Phœbo.
Inde vbi nulla data eſt miſcendæ copia mortis,
Paulatim cadit ira ferox, mentésque tepeſcunt.
Saucia maiores animos vt pectora geſtant
Dum dolor eſt, ictúsque recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, oſſáque nondum
Abduxêre cutem: ſi conſcius enſis adacti
Stat victor tenuítque manus; tum frigidus artus
Alligat, atque animum ſubducto robore torpor,
Poſtquam ſicca rigens aſtrinxit vulnera ſanguis.
Iamq; inopes vndæ, primùm tellure refoſſa,
Occultos latices, abſtruſáq; flumina quærunt:
Nec ſolùm raſtris, durisq; ligonibus arua,
Sed gladijs ſodêre ſuis: puteuſq; cauati
Montis ad irrigui premitur faſtigia campi.
Non ſe tam penitus, tam longè luce relicta
Merſerit Aſſyrij ſcrutator pallidus auri.
Non tamen aut tectis ſonuerunt curſibus amnes,
Aut micuêre noui, percuſſo pumice, fontes:
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore,
Aut impulſa leui turbatur glarea vena.
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuentus
Extrahitur, duris ſilicum laſſata metallis.
Quóque minus poſſent ſiccos tolerare vapores,
Quæſitæ feciſtis aquæ. nec languida feſſi

a Non moriuntur inul. & citra damnum victoris, qui deſperati & morituri ruunt in media arma

o Mortis ſecura, & vitæ penitæſa.

p Non incumbet gl. non gaudeb. repetitâ *mox.*

q Deferveſcat ijs impetus iſte & libido moriendi.

r Hoc modo Cæſar paſſus eſt deſiderium mortis & ardorem belli, cuius nulla ijs data eſt copia. lentescere. *Producitur, inquit Cæſ. res, acieſque ad ſolis occaſum continentur: inde vtrique in caſtra diſcedunt.*

s Ita lib. 7. v. 100. *mortiſque ſuorum Paruiſcere meis.* Sed & alij leg. *miſcendi copia Martis.*

t Non ſecus atque ferox animus dolore recentis vulneris ad pugnam vehementius accenditur te vlturumque ſe ſi victor ſentiens ſe illi vulnus inflixiſſe decreuerit prælium, deſeruescunt mox ſaucio ſanguis, robur, animus.

u Mons effoſſus eſt, quoad putei altitudo ad ſitam campeſtrem deſcenderet. *Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæris.* Virg. 2. Georg.

x Tam altè in terræ viſcera à cibo.

y Quod in Aſſyria foditur. z Sulfureâne exhalatione è fodinis? an auaritia? a Non tamen deprehenderunt amnem ſubterraneum, aut fontis ſcatriginem. b Nec minutiſſimi lapilli crepitant venâ. i meatu fluentis aquæ. c Fodinis. d E gelidis fodinis ſubdiali calorem aeris minùs iam ferre poſſunt. e Abſtinebant à cibis vt leuarent, ſaltem ne intenderet ſitim.

Cor-

Corpora ſuſtentant epulis, menſásque peroſi
Auxilium fecêre famem [f]*. ſi mollius aruum*
Prodidit humorem, pingues manus vtraq; glebas
Exprimit ora ſuper. nigro ſi turbida limo
Colluuies immota iacet, cadit omnis in hauſtus
Certatim obſcœnos miles: [g] *moriensque recepit,*
Quas nollet victurus, aquas: rituq; ferarum
[h] *Diſtentas ſiccant pecudes, & lacte negato,*
Sordidus exhauſto ſorbetur ab vbere ſanguis.
Tunc herbas, frondésque [i] *terunt, & rore madentes*
Diſtringunt ramos: &, ſi quos palmite crudo,
Arborus aut tenera ſuccos preſsêre medulla,
[k] *O fortunati, fugiens quos barbarus hoſtis*
Fontibus immiſto ſtrauit per rura veneno.
[l] *Hos licet in fluuios ſaniem, tabémque ferarum,*
[m] *Pallida* [n] *Dictæis, Cæſar,* [o] *naſcentia ſaxis*
Infundas aconita palam, Romana iuuentus
Non decepta bibet, terrentur viſcera flamma,
Oráque ſicca rigent [p] *ſquamoſis aſpera linguis.*
Iam marcent venæ, nullóque humore rigatus
Aëris [q] *alternos anguſtat palmo* [q] *meatus*
[r] *Reſciſſoq; nocent ſuſpiria dura palato,*
Pandunt ora ſiti, nocturnúmque aëra captant.
Expectant imbres, quorum [ſ] *modò cuncta natabant*
Impulſu, & ſiccis vultus in nubibus hærent.
[t] *Quóque magis miſeros vnde ieiunia ſoluant,*
Non ſuper arentem [u] *Meroën,* [x] *Cancrique ſub axe,*
Quà nudi [y] *Garamantes arant, ſedêre: ſed inter*
Stagnantem Sicorim, & rapidũ deprenſus Iberum
Spectat vicinos ſitiens exercitus amnes.

f E glebis terræ faeculentioris humotẽ manibus exprimebant.

g Siti exhauſtus mortique vicinus turbidam & exoſam aquam bibit, quam ſeruandæ vitæ certus recuſaſſet.

h Sugunt pecudes, & lacte deficiente ſanioſum exugunt ſanguinem.

i Contundunt vt ſuccum eliciant.

k Hic feliciores poetæ eos pronunciat qui venenatis ab hoſte fontibus extincti fuere, quod fecerunt in Romanos eum proſequentes barbari hoſtes Iugurtha rex Numidiæ, Mithradates Ponti rex, Iuba Mauritaniæ.

l Quod ſi fontes veneno ſerpentium aut ferarum Cæſar coram infeciſſet, prudentes ſcientesque Petreiani parati erant bibere.

m Pallorem inducentia.

n Cretenſibus quam tamen in Idæ (Phrygiam autem exponit interpres) ingis naſci ſcribit Nicander in Alexipharmacis.

o Vnde & nomen. ἐπ' ἀκονιτοις θαλείαν ἀκόντων ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

Nicand. *Qua quia naſcuntur dura vinacia cautes, Agreſtes aconita vocant* Ouid. 7. Metamorph.

p Aſperis, areſcentibus. vti videre eſt in iis qui febri laborant.

q Reſpirationes, τὰν εἰσαντλιὰν ἢ ἐκπνοὰν.

r Patiſcenti seu vlcerato: exaſperato.

ſ In tempeſtate & mundatione Sicoris. ſupra ver. 50.

t Et quod vehementius ſitim irritare poſſet, obiectis potentiam mouentibus.

u Nili inſulam.

x Sub Tropico Cancri, qui limes eſt torridæ Zonæ.

y Libyæ pop.

z *Iam*

[z] *Iam domiti ceſsêre duces: pacísque petendæ*
Auctor [a] *damnatis ſupplex Afranius armis,*
Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas,
Victoris ſtetit ante pedes. [b] *ſeruata precanti*
Maieſtas, non fracta malis, interq; priorem
Fortunam, caſuſque nouos, gerit, omnia victi,
Sed ducis, & veniam [c] *ſecuro pectore poſcit.*
Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte,
Non deerat [d] *fortis rapiendo dextera leto:*
At nunc ſola mihi eſt orandæ cauſa ſalutis,
[e] *Dignum donanda, Cæſar te credere vita.*
[f] *Non partis ſtudijs agimur, nec ſumſimus arma*
Conſilijs inimica tuis. nos denique bellum
Inuênit ciuile duces: cauſæq; priori,
Dum potuit, ſeruata fides: nil fata moramur.
[g] *Tradimus Heſperias gentes, aperimus Eoas,*
Securúmque orbis patimur poſt terga relicti.
Nec cruor effuſus campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, laſſæq; manus. [h] *hoc hoſtibus vnum,*
Quòd vincas, ignoſce tuis. [i] *nec magna petuntur.*
Otia des feſſis, vitam patiaris [k] *inermem*
Degere, quam tribuis: campis proſtrata iacere
Agmina noſtra putes: nec enim felicibus armis
Miſceri damnata decet, partémque triumphi
Captos ferre tui: turba hæc ſua fata peregit.
Hoc petimus, victos ne tecum vincere cogas.
Dixerat: At facilis Cæſar, vultúque ſerenus
Flectitur, atque [l] *vſum belli, pœnámque remittit.*
Vt primum [m] *iuſtæ placuerunt fœdera pacis,*

z Tandem omnibus rebus obſeſſi, quantum iam diem ſine pabulo retentis immentis aquæ, ligni & frumenti inopiâ, colloquium petunt. & id ſi fieri poſsit, ſemoto à militibus loco, vbi id à Cæſare negatum, & palàm ſi colloqui vellent, conceſſum eſt: datur obſidis loco filius Afranij. venitur in locum quem Cæſar deligit audiente vtroque exercitu loquitur Afranius, &c. Comment. de bello ciu. 1.

a Abiectis, improbatoque bello.

b Vtcunque ſupplex mediam tamen quandam, inter fortunam priorem proſperam atque hanc aduerſam, retinet dignitatem, tam ducis quàm victi memor.

c Impauido, in vtrumque parato.

d Qua mihi honeſtam mortem inferrem.

e Quod te dignum exiſtimem à quo vitæ beneficium accipiam.

f Non ſecuti ſumus partes, aut Pompeianæ factionis ſtudio arma aduerſus te induimus poſt motum hoc bellum: ſed iam ante cum eſſemus Pompeij duces, legationis munere, quantum in nobis erat & quoad ſicuit, fidem præſtitimus. cedimus modò dijs & neceſsitati fatali, neque moram inſcimus Fortunæ, quo minùs te eubat quò te fata vocant. g Tuæ fidei tradimus exercitus noſtros cum Hiſpaniis, ita vt tibi ſecuro de nobis & motu occidentis liberato pandatur iter aduerſus Pompeium in Oriente. h Quod incrementum tibi cedamus victoriam. quò facilior in nos debes eſſe, quòd tuo veliſicati ſumus conſilio, qui omnem ſuiſti rationem vincendi ſine ſanguine. i Petimus tantùm vacationem à bello. k Bello immunem. neque enim in partes redituri ſumus aduerſus te, de nobis ſecurum, perinde ac ſi ferro tuo ad internecionem occubuiſſemus omnes. precamur contrà, ne victi cogamur ſequi tua ſigna victricia & triumphos. l Vacationem à bello & impunitatem indulget. m Fœdere inter duces ſancito. non dubiæ vt nuper inter milites.

n In-

n Non interclusos, non interdictos.
o Turbida reddit, dum procumbit bibendi auidus.
p Largus & sine respiratione intermissus haustus plerisque spiritum constrinxit.
q Arteriis gutturis & pulmonũ fistulis.
r Vehemens & ardens sitis.
s Sitis inextincta.
t Mox redierẽt militibus aquâ refectis vires pristinæ.
u Occasione à beneficio aquæ redditæ, excurrit poeta in detestationem luxus delicatorum.
x Ijs quæ facilè parantur.
y Neque ad delicias tantùm, sed ad gloriam & ostentationem. Petron. *Iuuenilosa gula est, &c.*
z Ex his Afranianis, quos restituit non vinum nobile & vetus, sed aqua simplex.
a Nobile vinum Opimio, Cæs. & Philippo, vel alio propter vetustatem ignoto nobis Consule reconditum. *Capitato diffusum consule*, inquit Iuuenalis, *cuius patrium, situque senectus Deluat vsta vetera fuligine testa* quem vide Sat. 5. v. 30. & quæ nos ibi.
b Non aureis poculis murrhinisque, de quibus vide quæ nos ad ep. 11. l. 3. Martial. l. 14. c Aqua mera & simplici. d Da mihi polentam & aquam inquit Epicurus, & cum Ioue ipso de felicitate contenderim. Senec. epist. & Aelian. var. hist. l. 4. c. 13. ἄρτον μόνον, καὶ ὕδωρ τοῦτο γὰρ καὶ Διὸς ὄψον ἂν εἴη. Cyrus. Ἐμοὶ τί δεῖ βρῶσιν πολυτελῆ δοῦναι μόνον ἄνδρὸς ἀκρῆτος, πώματος δ' ὑδρηχόου. Menand. e Heu quot labores subeundi, quot miseriæ perferendæ ijs qui castra sequuntur? f Inter alia Cæsar respondet se nunc id non agere vt ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed ne illi habeant, quo contra se vti possint. proinde arma tradant, exercitum dimittant, provincijs excedant, domicilium aut possessiones qui in Hispania habent, statim; reliqui ad Varum fl. dimittantur. Comment. cin. bel. 1. g Hispanus miles illæsus dimittitur. Caret Cæsar ne quid eis noceatur, ne quis inuitus sacramento cogatur. Audit etiam, vt quid quisque eorum in bello amiserit restituatur, &c. Comment. cin. bel. 1. h O quàm pœnituit Afranianos continuati tandiu belli, detrectatæ deditionis, rerum inopiæ vltrà quàm opus erat perpessæ, votorum pro felici bello ad deos non erauditorum solicitè conceptorum, eoque magis — i — cùm viderent victoribus restare tot pugnarum discrimina, &c.

n Incustoditos decurrit miles ad amnes;
Incumbit ripis, permissaque flumina o turbat.
p Continuus multis subitarum tractus aquarum
Aëra non passus vacuis discurrere q venis,
Arctauit, clausitq; animam: nec r fœmida pestis
Cedit adhuc: sed s morbis egens iam gurgite plenis
Visceribus sibi poscit aquas. t mox robora neruis,
Et vires redière viris. u O prodiga rerum
Luxuries, nunquam x paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terrâ, pelagóque ciborum
y Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
z Discite, quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. non exigit ægros
a Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus:
b Non auro, murrháque bibunt: sed c gurgite puro
Vita redit. d satis est populis fluuiúsque Ceresq;
e Heu miseri, qui bella geruntf. Tunc arma relinquẽs
Victori miles spoliato pectore tutus,
Innocuiusque suas curarum liber in vrbes
Spargitur. h ô quantum donata pace potitos
Excussis vnquam ferrum vibrasse lacertis
Pœnituit, tolerasse sitim, frustráque rogasse
Prospera bella Deos. i nempe vsis Marte secundo
Tot dubiæ restant acies, tot in orbe labores:

k VI

k *Vt nunquam fortuna labet successibus anceps,*
Vincendum toties: l terras fundendus in l omneis
Est cruor, & Cæsar m per tot sua fata sequendus.
n *Felix qui potuit, mundi nutante ruina,*
Quo iaceat iam scire loco. non prælia sessos
Vlla vocant, o certos non rumpunt classica somnos.
Iam coniux, natique rudes, & p sordida tecta,
q *Et non deductos recipit sua terra colonos.*
Hoc quoque securis oneris fortuna remisit,
r *Sollicitus menti quòd abest fauor: ille salutis*
Est auctor, dux ille fuit. sic prælia soli
Felices nullo spectant ciuilia voto.
s *Non eadem belli totum fortuna per orbem*
Constitit: in partes aliquid sed Cæsaris ausa est,
t *Quà maris Adriaci longas ferit vnda Salonas,*
Et tepidum in molles Zephyros excurrit u Iader,
Illic bellaci confisus gente x Curetum,
Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto,
Clauditur extrema residens y Antonius ora,
z *Cautus ab incursu belli, si sola recedat,*

k Et quamuis fortuna constans adspiret iis prospera, multo tamen labore & sanguine victorias iis constaturas.

l Macedoniam, Aegyptum, Africam, Hispaniam rursus; omnes orbis partes.

m Per tot bellorum & fortunæ incertos eventus.

n Felices sanè hos Afranianos, quibus, cum cæteræ omnes mundi partes in ruinam vacillarent, permissum est in sua tellure lare secreto tutoque tectis leni perfrui ocio.

o *Neque excitatus classico miles truci.* Horat. 2. epod. *Martia cui somnos classica pulsa fugent.* Tibull.

p *Humili loco, sed certâ sedes Sordida parua fortunæ domus.* Senec. Herc. Fu. v. 198.

q Quibus non opus esset finem belli expectare, vt sibi victoribus & veteranis in colonias aliò deductis assignarentur agri.

r Quod partium studio vacantes neutri solicitè faueant, neutri victoriam vouеant, vtrique ex æquo obligati; Pompeio, veteri sacramento; Cæsari, nouo beneficio. Itaque malè in vulgatis l. b. legitur *pauor.*

s *Audite L. Florum l. 4. c. 2. huius loci expositorem atque imitatorem.* Aliquid tamen aduersus absentem ducem ausa fortuna est circa Illyrium &c. Quippe cum fauces Adristici maris iussu occupare Dolabella & Antonius, ille Illyrico, hic Corcyræo litore castra potuissent, iam maria late tenente Pompeio, repente castra legatus eius Octauius, & Libo cum ingentibus copiis classicorum vtrinque circumuenit, deditionem fames extorsit Antonio. Missæ quoque à Basilo in auxilium eius rates, quales inopia nauium fecerat, noua Pompeianorum arte Cilicum actis sub mari funibus, captæ quasi per indaginem, duas tamen æstus expliculit vna, quæ Opiterginos ferebat, in vadis hæsit, memorandumque posteris exitum dedit. Quippe vix mille inermum manus, circumfusi vndique exercitus per totum diem tela sustinuit, & cum exitum virtus non haberet, ne in deditionem veniret, hortante tribuno Vulteio mutuis ictibus, in se concurrit.

t Qua mare Adriaticum alluit Salonas opp. Dalmatiæ in mare exporrectas, Hermolao. *Spalato.*

u Fl. Dalmatiæ iuxta Salonas mare Adriaticum influens, versus Occid.

x Non sunt isti Brundusini, vt vult Sulpitius, à Cretensibus oriundi, vt supra l. 2. v. 610. Nõ Cretenses auxiliares vt Omnibonus. Repugnat loci descriptio, scriptio & quantitas syllabæ. gesta hæc prope Salonas g. lat. circiter 44. nõ Brũdusiũ 42 $\frac{2}{3}$. hoc in Italia, neq; insula, illę in Illyrico. Nõ sunt Κυρῆτες. Videntur ergo incolæ vnius ex ijs insulis quas Plin. l. 4. c. 12 vocat Cretesas, contra Liburnos sitas, illius credo quam Ptolom. 2 Geograph. adiacentem Liburniæ agnouit Curictam, cuius duo oppida sunt Phulsinium & Curicum. *Vegium* hodie dici credit Hermolaus. Alij Nigram, Melitam, seu Corcyram autumant, vnde & *Cercyræo litore* apud Florum legendum videtur.

y C. Antonius. Non M. Antonius qui Brundusij subsistebat copias Cæsarianas.

z Annis vtique & loci naturâ satis munitus, nisi inopiâ frumenti & pabuli presus fuisset.

a Vbi Antonius vidit socios sub Dolabellæ signis & Basilum in aduerso fines litoris: conatus est nouo fugæ genere euadere. Sed hæc aliter Florus, vt modò.

b Classis præfectū: Opterginorum ducem.

c Non in longitudinem extendunt carinam aut puppim in altitudinem attollunt.

d Sed contexit scapharum magnarum circiter sexaginta, duplici ordine collocatas, quas trabibus & carinis à fronte vinctas cratibus plateisque munuit atque hæc ratis cuppis à lexphis sustentata à remigibus qui non videbantur, intra geminos scapharum vtrinque ordines propellebatur. *Varie videtur vsus implicita & volut vna è multis missa hæc relatio. Hausit enim ratem à Marco Antonio Brundusij constitutam memini Auctor Comment. de ciu. bel. 3. duasque adiectas triremes. Neque de tempore constat, ante Cæsaris aduentum? an post.*

Quid igitur faciam in tanta diuersarum rerum, nominum, locorum, temporum confusione? Non ea sum fronte vt auctoritatem velim astruere, non ea mente vt fidem tuam, lector, consarcinatis mendacijs labefactem. Itaque (qui alibi non commentatorum, vbi quid nodi incidrit, mos est) Ilias brachio ista transeo. e Obseruatur æstus maris, vt cum vndarum reflatu ratis iam structa deductaque traiiciat. f Iamque refluxa æstu se extendere videtur litus. g Et duæ vnà triremes quas ratis turrita, tabulatis ipsique pinnatis munita supereminet. h Octauius præfectus Pompeianæ classis ad custodiam Illyrici litoris, noluit statim ratim inuadere, sed continuit se donec reliquæ triremes turmæ fugæ spe allectæ in terram descenderent. i Qualis est venator indaginem tendens suspendit forum finem cui linteam, retis genus id est plumis versicoloribus atque ad odorem vitularia insertesti, quo cerui territi in retias plagas irruant *Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ*, Virg. 3. Georg. vide & Nemesiani Cynegetica. Pierij Hieroglyph. 7. & quæ nos ad Eurip. Hippol. v. 46.

Expugnat quæ tuta, fames non pabula tellus
Pascendis submittit equis, non proferit vllam
Flaua Ceres segetem: spoliabat gramine campum
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorum siccas decerpsit vulserat herbas.
[a] Vt primùm aduersæ socios in litore terræ
Et [b] Basilum vidêre ducem: nouæ fortia per æquor
Exquisita fugæ. [c] neque enim de more carinas
Extendunt, puppésque leuant, [d] sed firma gerendis
Molibus insolito contexunt robora ductu.
Nanque ratem vacuæ sustentant vndique cuppæ,
Quarum porrectis series constricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.
Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigium: sed, quod trabibus circundedit æquor,
Hoc ferit, & taciti præbet miracula cursus,
Quòd nec vela ferat, nec apertas verberet vndas.
[e] Tunc freta seruantur, dum se decliuibus vndis
Æstus agat, refluóque mari nudentur arenæ.
[f] Iámque relabenti crescebant litora ponto;
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,
[g] Et geminæ comites, cunctas super ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis.
[h] Noluit Illyricæ custos Octauius vndæ
Confestim tentare ratem, celeréque carinas
Continuit; cursu crescat dum præda secundo:
Et temerè ingressos repetendum inuitat ad æquor
Pace maris. [i] Sic dum pauidos formidine ceruos

Claudat

Claudat odorata metuentes aëra penna:
Aut dum dispositis [k] *attollat retia varis.*
Venator, [l] *tenet ora leuis clamosa Molossi;*
Spartanos, [m] *Cretásque ligat: nec creditur vlli*
Syluacani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta,
[n] *Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.*
Nec mora. [o] *complentur moles, auidéque petitis*
[p] *Insula deseritur ratibus:* [q] *quo tempore primas*
Impulit ad noctem iam lux extrema tenebras.
At [r] *Pompeianus fraudes innectere ponto*
* *Antiqua parat arte Cilix, passúsque* [s] *vacare*
Summa freti, medio suspendit vincula ponto,
Et laxas fluitare sinit, religátque catenas
Rupis ab Illyricæ scopulis. nec prima, nec illa,
Quæ sequitur, [t] *tardata ratis: sed* [u] *tertia moles*
Hæsit, & ad cautes adducto fune secuta est.
Impendent [x] *caua saxa mari: ruituráque semper*
Stat (mirum) moles: & siluis æquor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, submersáque pontus
Corpora sæpe tulit, cæcísque abscondit in antris:
[y] *Restituit rupes tectum mare, cúmque cauernæ*
Euomuére fretum, contorti vorticis vnda
[z] *Tauromenitanam vincunt feruore Charybdim.*
Hic [a] *Opiterginis moles onerata colonis*
Constitit: hanc omni [b] *puppes statione solutæ*
Circueunt: alij rupes, ac litora complent.
Vulteius [c] *tacitas sensit sub gurgite fraudes.*
(Dux erat ille ratis) frustra qui vincula [d] *ferro*
Rumpere conatus, [e] *poscit spe prælia nulla,*
Incertus quà terga daret, quà pectora bello.

k Erigat retia perticis furcatis.
l No latratu feras terrent. *Vos laxa Canibus tacitis nitentia habetis: Tenentis acres lora Molossos, Et pugnaces tendant Cressa Fortia trito vincula collo. At Spartanos, genus est audax. Animósque fera, nodo cautus Prospice liga. venies tempus, Cum latratu cana saxa sonent. Nunc demissi nare sagaci Capient auras, lustrique presso Quærent rostro.* Senec. Hippol. v. 30. & quæ nos ibi.
m Cretenses canes.
n Concusso loro admonet venatorem inuentæ feræ.
o Ratibus imponuntur milites.
p Cercyra, Corista, Melæna de qua supra ad v. 406.
q Crepusculo.
r Pompeij iam partes secutus. lib. 3. v. 128.
* Piraticâ.
s Non apparentibus in superficie maris vinculis.
t Retenta supra, ad v. 401.
u Ratis illa ingens cuppis superstructa, in qua Opitergini vehebantur.
x Describit rupem erectam, exporrectam & ruituræ similem, ad quam funibus adducebatur ratis illa. y Scopulus absorptos fluctus refundit instar Charybdis cui hanc rupem comparat, *imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursúsque sub auras Erigit alternos.* Virg. 3. Æn. z Iuxta Tauromenium Siciliæ opp. ostenditur Charybdis, ad cuius litus ejiciuntur, quæ illa vorago absorpserat. a Opitergium opp. est Venetorum. Ceterùm Leandro. b Pompeianæ. c Insidiosè positas. d Secui, bipenni. Alij lèg. *ferri.* L. *ferro* e Accingit se & hortatur suos ad pugnam, sine vlla aut fugæ aut victoriæ spe, vt *sequ. versu.*

Hoc tamen in casu, quantum deprensa valebat,
Effecit virtus: inter tot millia captæ
Circunfusa rati, & [f] plenam vix inde [f] cohortem,
Pugna fuit, non longa quidem, nam condidit atra
Nox lucem dubiam: pacémque habuêre tenebræ.
Tunc sic attonitam, venturáque fata pauentem
Rexit magnanima Vulteius voce cohortem:
[g] Libera non vltrà parua quàm nocte iuuentus,
Consulite extremis [h] angusto in tempore rebus.
[i] Vita breuis nulli superest, qui tempus in illa
Quærendæ sibi mortis habet: [k] nec gloria leti
Inferior, iuuenes, admoto occurrere fato.
Omnibus incerto venturæ tempore vitæ
Par animi laus est, & quos speraueris annos
Perdere, & extremæ momentum abrumpere lucis,
Accersas dum fata manu. [l] non cogitur vllus
Velle mori. fuga nulla patet: stant vndique nostris
Intenti [m] ciues iugulis. decernite letum,
Et metus hinc absit: cupias quodcunque necesse est.
[n] Non tamen in cæca bellorum nube cadendum est,
Vt cùm permistis acies sua tela tenebris
Inuoluunt. conserta iacent cùm corpora campo.
In medium mors omnis abit. perit obruta virtus.
Nos in conspicua socijs, hostíque carina
Constituêre Dei. præbebunt æquora testes,
Præbebunt terræ, summis dabit insula saxis.
Spectabunt geminæ diuerso è litore partes.
Nescio quod nostris magnum & memorabile satis
Exemplum, Fortuna, paras. [o] quæcunq; per ævum

[f] Cohors decima pars est legionis, cuius numerus variat. constat plerunque 600 circiter militibus. Florus refert fuisse mille. Prima quidem in legione cohors habet pedites M.CV. equites loricatos CXXXII. Vegetius l. 2. c. 6.

[g] O iuuenes libertate vestra non vltra breuem hanc noctem fruituri.

[h] Breui vtcunque, vel difficili & periculoso. vt Horat. ed. 20. l. 2. *Rebus angustis animosus atque fortis appare.*

[i] Nemo queratur sibi fuisse vitam breuem, qui in illa vtcunque breui tempus habuit sibi mortis conscisc endæ, priusquam adimatur.

[k] Neque tribuetur nobis minori laudi, mortem vicinam & in limine nobis ab hoste imminentem nostra manu præoccupasse, quam si diuturnior eius nobis vsura esset fortuna. cùm enim nemo exploratum habeat quandiu sit victurus, æqua magnanimitatis laus est, breue quod superest momentum ac longissimam qui sperabas vitam incidisse, modò ipse fortiter incidat.

[l] Moti cogimur: velle mori, non ita. neque enim cogitur voluntas. Verùm quod vrget necessitas, velimus; & in virtutem cedet necessitas. Quicquid necesse est, sapiens vult.

[m] Romani, qui nobis non parcent. Non verisimile est (inquit Io. Rutgersius l. 2. c. 12. var. lect.) Vulteium ea oratione qua sibi mori potius suadebat quam in hostium potestatem venirent, tam honorifico nomine appellasse, qui Opitergini etiam erant. legit itaque *Intenti Cilices* inf. vt supra v. 449.

[n] Neque carebimus pulchro fortitudinis nostræ teste, conspicui dijs & hominibus, socijs ab insula spectantibus, hostibus à continenti terrâ & mari. iacebimusque non inter nos, victores cum victis; non misti confusa strage tanquam cæco belli tumultu exsi sub incerto cædis autore, dum gloria in commune & omnes ex æquo diffunditur.

[o] Nostra, ô iuuenes, fides pié & fortiter Imperatori præstita superabit omnia omnium quotquot historijs mandata fuerunt exempla.

Exhibuit

Exhibuit monimenta fides, ſeruatâque ferro
Militiæ pietas, tranſibit noſtra iuuentus.
Nanque ſuis pro te gladijs incumbere Cæſar
Eſſe parum ſcimus: ſed non maiora ſuperſunt
Obſeſſis, tanti quæ pignora demus amoris.
Abſcindit noſtræ multum ſors inuida laudi,
Quòd non cum [p] *ſenibus capti natiſque tenemur.*
Indomitos ſciat eſſe viros, timeátque furentes,
Et mortifaciles animos: [q] *& gaudeat hoſtis*
Non plures hæſiſſe rates. [r] *tentare parabunt*
Fœderibus, [r] *turpíque volent corrumpere vita.*
O vtinam, quo plus habeat mors [ſ] *vnica famæ,*
Promittant veniam, iubeant ſperare ſalutem:
Ne nos, cùm calido fodiemus viſcera ferro,
Deſperaſſe putent. [t] *magna virtute merendum eſt,*
Cæſar vt, amiſſis inter tot millia [u] *paucis,*
Hoc damnum, cladémque vocet. [x] *dent fata receſſũ,*
Emittantq; licet, vitare inſtantia nolim.
Proieci vitam comites, totúſque futuræ
[y] *Mortis agor ſtimulis: furor eſt. agnoſcere ſolis*
Permiſſum eſt, quos iam tangit vicinia fati,
Victuróſque Dei celant, vt viuere durent,
Felix eſſe mori [z]*. Sic cunctas ſuſtulit ardor*
Nobilium mentes iuuenum: cum ſidera cœli,
Ante ducis voces, oculis humentibus omnes
Aſpicerent, [a] *flexóque Vrſæ temone pauerent:*
Iidem, cùm fortes animos præcepta ſubiſſent,
Optauêre diem. [b] *nec ſegnis mergere ponto*
Tunc erat aſtra polus: nam ſol Ledæa tenebat
Sidera, vicino cùm lux altiſſima Cancro eſt:

p Parentibus & natis, quos Saguntinorum equantes fidem trucidaturi eſſemus potius quàm in poteſtatem hoſtium venirent.

q Quòd ſi illæ duæ ſimul implicitæ extenis affortant nobis, non dubitauemus de victoria.

r Vel cum ſeruitute vel inhoneſta deditione coniunctæ vitæ conditionem nobis offerre, quo pertinaci mortis conſilio depoſito diſcedamus ab armis.

ſ Simplex, non vim aliunde timens, non opus habens admoto occurrere fato. vt ſupra 480. v. à deſperationis imputatione libera.

t Egregio aliquo & ſingulari fortitudinis exemplo.

u Cohorte vna.

x Quamuis mihi fata dent, vt incolumis poſsim diſcedere, nolim tamen præſentem mortem effugere.

y Ardenti efferor mortis deſiderio. *Dine hunc arderem mentibus addunt, Euryale, an ſua cuique Deus fit dira cupido?* Afflat certe diuinitùs amabilis inſania, diuinus eſt hic impetus. Inuident quippe miſeris mortalibus Dij hoc, vt ſciant, quam dulcis & felix res mors ſit, quo diutius velint viuere, mortis autem vicinis dulcedinem eius præſentire ſolum datur.

z Hac oratione mentes ſuorum ad voluntariam mortem incenſas erexit Vulteius; in tantum, vt qui prius lacrymabundi ortum inſequentis diei expauiſſent, alacres iam exoptarent.

a Vrſæ maioris plauſtrum in Orientem conuerſum ſignum eſt præcipitantis noctis, aduentantis diei, Sole exiſtente in Geminis, Cancro, Leone, vndecimâ enim Aprilis nobis in apice Meridionali elevatum mediam conſtituit noctem.

b Iamque ſidera nocturna in Horizontem properabant, nocte vtpote breui, Sole ex vltima parte Geminorum (in quos, Caſtor & Pollux Ledæ filij conuerſi ſunt) ingreſſuro Cancrum.

c Dies vltimus, propemodum solstitialis, qui incidit in primum punctum Cancri, signorum altissimi.
d In Occidentem. Sagittario (quem Chironem Thessalicum fuisse volunt) Chronice occidente, opposito Soli in Geminis orienti.
e Istri accolæ, Illyrios, hostes Opiterginorum, in terrâ imminentes: à mari autem instantem Octauium Liburnici & Dalmatici litoris custodem cum classe auxiliari Græcorum quorum plerique Pompeij partes secuti sunt.
f Hoc finxit poeta occidisse ex Vulteij voto supra v. 509.
g Deditionis conditionibus, oblatis & vitæ pactione.
h Certo & destinato mortis consilio addicta, vitæ desiderio omni conclamato.
i Hostium cum terrore ingruentium.
k Extrema. mortem.
l Vt supra ex Flor. ad ver. 402.
m In se inuicem.
n Nudato porrectoque iugulo inuitat commilitonis alicuius manum, quæ petat. o Quo pignore spondeat & se pari fiducia moriturum. p Moribundus Vulteius. q Et ne ingratus moreretur, retulit gratiam inflicti ab illo vulneris, & cuius nomine se illi debitorem agnouerat. r Concurrunt cæteri eiusdem partis milites mutuisque concidunt vulneribus non aliter quàm fratres illi terrigenæ nati ex Draconis dentibus à Cadmo satis. Ouid. Meram. 3. Sen. Oedip. 710. s Thebani. Dirce fons iuxta Thebas. vide quæ ad v. 128. Thebaid. Senec. t Infaustum omen Eteocli & Polynici quii simili fato aliquando mutuis vulneribus se confecturi erant. u Atque vti *per mutua vulnera peribant Terrigenæ fratres* nati è dentibus vigilis draconis interfecti satis ab Iasone, inter se cõmissi coniecto ab Iasone in medium silice & carminibus magicis Medeæ auxiliaribus. Ouid. Meta. 7. x In Colchis, quorum Phasis fl. clariss. y *Ipsa quoque extinxit, quæ tutam fecerat illos: Vtque peti vidit* [illegible] *tot ab hostibus vnum, Pallas.*

Nox tum Thessalicas [d] vrgebat parua sagittas.
Detegit orta dies stantes in rupibus [e] Istros,
Pugnacésque mari Graia cum classe Liburnos.
[f] Tentauêre priùs suspenso vincere bello
[g] Fœderibus, fieret captis si dulcior ipsa
Mortis vita mora. stabat [h] deuota iuuentus,
Damnata iam luce ferox, securáque pugnæ
Promisso sibi fine manu: nullique [i] tumultus
Excussêre viris mentes ad [k] summa paratas:
[l] Innumeráque simul pauci terráque marique
Sustinuêre manus: tanta est fiducia mortis.
Vtq; satis bello visum est fluxisse cruoris,
Versus [m] ab hoste furor: primus dux ipse carinæ
Vulteius [n] iugulo poscens iam fata retecto,
Ecquis, ait, iuuenum est, cuius sit dextra cruore
Digna meo. [o] certaq; fide per vulnera nostra
Testetur se velle mori? nec plura locuto
Viscera non vnus iamdudum transfigit ensis.
[p] Collaudat cunctos: [q] sed eum, cui vulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
[r] Concurrunt alij, totúmque in partibus vnis
Bellorum fecêre nefas. sic semine Cadmi
Emicuit [s] Dircæa cohors, ceciditq; suorum
Vulneribus, [t] dirum Thebanis fratribus omen.
[u] Phasidos & [x] campis insomni dente creati
Terrigenæ, missa magicis è cantibus ira,
Cognato tantos implerunt sanguine sulcos:
[y] Ipsaque, inexpertis quod primum fecerat herbis,

Exp-

Expauit Medea nefas. sic mutua pacti
Fata cadunt[z] *iuuenes:* [a] *minimũq́, in morte virorũ*
Mors virtutis habet: pariter sternuntq́, caduntq́,
Vulnere letali: nec quenquam dextra fefellit,
Cùm feriat moriente manu. nec vulnus adactis
Debetur gladijs: [c] *percussum est pectore ferrum,*
Et iugulis pressêre manum. cùm sorte cruenta
Fratribus incurrant fratres, natúsque parenti:
[d] *Haud trepidante tamen toto cum pondere dextra*
Exégere enses. pietas ferientibus vna,
Non repetisse, fuit. iam latis viscera lapsa
Semianimes traxêre [e] *foris, multúmque cruoris*
Infudêre mari. [f] *despectam cernere lucem*
[g] *Victorésque suos vultu spectare superbo,*
Et mortem [h] *sentire iuuat. iam strage cruenta*
Conspicitur cumulata ratis: [i] *bustisque remittunt*
Corpora victores, [k] *ducibus mirantibus, vlli*
Esse ducem tanti. nullam maiore locuta est
[l] *Ore ratem, totum discurrens fama per orbem.*
[m] *Non tamen ignauæ post hæc exempla virorum*
Percipient gentes, quàm sit non ardua virtus
Seruitium fugisse manu. [n] *sed regna timentur*
Ob ferrum. & sæuis libertas vritur armis:
Ignoratq́, datos, ne quisquam seruiat enses.
[o] *Mors vtinam pauidos vitæ subducere nolles,*
Sed virtus te sola daret. [p] *Non segnior illo*
Marte fuit, qui tunc Libycis exarsit in aruis.

z Opitergini.

a Minima pars fortitudinis erat mortem oppetere. In ipsa morte militariter pugnant. Ita Grotius qui ex M.S. restituit *minimúmque* cum vulgo legatur *nimiúmque*. quod & probari potest.

b Quamuis feriat manu sua ipsius morituri & ipsa mortem infligente.

c Dum ipsi iugulos suos intendunt occurrentes atque irruentes in sociorum gladios capulo tenus.

d Neque minori vi & ferientes adigebant tela, id pietatis loco ducentes vno ictu conficere, neque ingeminare vulnus.

e Tabulatis ratis.

f A te contemptam.

g Octauianos, à quibus quasi victoribus hæc retum adacti fuerant.

h *Empbaticè.* frui sensu.

i Comburenda ac sepelienda Opiterginorum cadauera curauerunt hostes mirati tantæ apud suos auctoritatis esse Cæsarem, tantam militum in ducem fidem. *Virtus & in hoste probatur.* k Octavio & suis. l Præconia & celebratione. m Eò tamen vecordiæ ventum est atque ignauiæ, vt, licèt hoc factum in aliis laude dignum prædicent, ipsi nolint vel ex hoc exemplo intelligere quàm non difficile fiet seruitutem excutere, se in libertatem asserere, vel sibi illata morte vel sublatis tyrannis. n Sed tyrannicæ potestates timentur, quia custodijs & satellitijs armantur, dum libertatem vi opprimunt. Quasi verò libertatis studiosis difficile sit scire, sibi datos esse enses, ad tuendam libertatem, ne cogantur seruire. *In nullius summa potestate, cùm mors in nostra*, Stoicè. o Degeneres itaque & ignaui vitam cum seruitute agant turpem a fortes & nobiles se sua manu in libertatem asserant. p Neque bello minùs atroci atque aduerso à Cæsarianis in Africa pugnatum est quàm fuerat in Adriatico. In Africa quoque (inquit Florus) par & virtus & calamitas Curionis fuit, qui ad recipiendam prouinciam missus, pulso fugatoque Varo iam superbus, subitum Iubæ regis aduentum equitatumque Maurorum sustinere non potuit. Pœnas victo luga, sed pudor fuit, vt ardentem sua temeritate exercitum, morte sequeretur.

q In Siciliam Curionem Proprætorē cum legionibus ; Cæsar miserat, iussum vt cum Sicilia recepisset protinus in Africam traduceret exercitum illo, profugiente è prouincia Catone, quartam leg. contripserat, sed copias P. Attij Vari despiciens duas tantùm legiones & D. equites transportauit. Lilybæum Siciliæ promontorium est, quod spectat Africam, vti Pelorum, Italiam; Pachinum, Græciam.

r Leni & secundo vento.

s Aquilariam appellit à Clupeis M. pass. XXII. distantem. haud procul à Carthagine iam ab excidio tertij bel. Pun. modicè restituta.

t. Romanis bello & pace cognita, vel Curioni famâ cogn.

u Fl. prope Vticam mare influens.

x Poeta, quo detur ansa fabulandi de Herculis & Antæi palæstrico certamine, accersit Antæus μυθικῶς (quod de Strab. l. vii.) è Mauritania Tingitana long. 8 lat. 30. ad colles prope Vticam, long. 30. lat. 34.

q Nanque rates audax Lilybæo litore soluit
Curio: r nec fortì velis Aquilone recepto
s Inter semirutas magnæ Carthaginis arces,
Et s Clupeam, tenuit stationis litora t notæ:
Primáque castra locat cano procul æquore, quà se
u Bagrada lentus agit siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos, exesáque undique rupes,
x Antæi quæ regna vocat non vana vetustas.
Nominis antiqui y cupientem noscere causas,
Cognita per multos docuit rudis incola patres.
z Nondum post genitos Tellus effeta gigantes,
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
a Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briarεúsque ferox: b cœlóque pepercit,
Quòd non Phlegræis Antæum sustulit armis.
c Hoc quoque tam vastas cumulauit munere vires
Terra sui fœtus, quòd, cùm tetigére parentem,
Iam defecta vigent renouato robore membra.
Hæc illi spelunca domus: latuisse sub alta
Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile
Assuerunt, nòn d sylua torum: viréque resumit
In nuda tellure iacens. e periêre coloni
Aruorum Libyes: pereunt, quos appulit æquor,
Auxilióque diu virtus non vsa cadendi,
f Terræ spernit opes: inuictus robore cunctis,
Quamuis staret, erat. g Tandem vulgata cruenti
Fama mali, terras monstris æquórque leuantem,
Magnanimum Alciden Libycas exciuit in oras.

y Curionem, aut alium quemlibet hospitem. z Tellus, nondum effœta ex partu gigantum, concepit Antæum in Libya. a Neque Terræ ex procreatis Typhoëo, Tityo, & Briareo, tanta erat gloriandi causa quam nato Antæo. b Male cessisset dijs, si & hunc socium habuissent Gigantes, vbi in Thessalicis campis bellum cœlo inferebant. c Dederat & Antæo Terra mater hoc munus, vt certamine fessis, contactu terræ vires auctiores resumeret fortiorque resurgeret. d Frondes aut tabulæ. e Tum Libyæ incolæ, tum aduenæ ab illo in palæstram prouocati victóque interficiebantur. f Neque amplius iam habuit opus beneficio matris Terræ, qua contactu fumeret roboris incrementum, satis ex se validus etiam cùm staret. g Tandem Hercules monstrorum passim domitor, famâ crudelis huius monstri accensus, huc aduenit.

h Ille Cleonæi proiecit terga leonis,
Antæus i Libyci. k perfudit membra liquore
Hospes, Olympiacæ seruato more palæstræ.
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
l Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruêre manus, & multo brachia nexu.
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis:
Immotúmque caput fixa cum fronte tenetur.
m Mirantúrque habuisse parem. n nec viribus vti
Alcides primo voluit certamine totis,
Exhaustúmq; virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.
Tunc ceruix o lassata quati: tunc pectore pectus
Vrgeri: p tunc obliqua percussa labarè
Crura manu. q iam terga viri cedentia victor
Alligat, & medium compressis ilibus arctat:
Inguináque insertis pedibus distendit, & omnem
Explicuit per membra virum. r rapit arida tellus
Sudorem: s calido complentur sanguine venæ,
Intumuêre tori, t totósque induruit artus,
Herculeósque u nouo laxauit corpore nodos.
x Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
y Nec sic Inachijs, quanuis rudis esset, in vndis
Defectam timuit reparatis anguibus hydram.
Conflixêre pares, telluris viribus ille,
Ille suis. z numquam sæuo sperare nouercæ
Plus licuit. videt exhaustos sudoribus artus,
Ceruicémque viri, a siccam cùm ferret Olympum.
Vtq; iterum sessis iniecit brachia membris,
b Non expectatis Antæus viribus hostis,
Sponte cadit, c maiorq; accepto robore surgit.

h Hercules inituras luctam exuit pellem leonis Nemæi à se inter Cleonas & Phliuntem cæsi.
i Leonis Lib. enuias.
k Hercules se oleo vnxit, ceu ceromate ex more patrio atque vsitato in certaminibus Olympicis ab ipso institutis.
l Iam vsorus beneficio matris, modò v. 608. le arenâ summa conspersit, quo robustior esset.
m Miratur vterque se sibi parem offendisse.
n Necdum intentis vsus viribus Antæum defatigârat.
o Debilitata inclinabat, non vt prius. *Immotum caput fixa cum fronte tenebatur.* v 619.
p Antæi crura supplantata Herculis manu labascebant.
q Hercules Antæi tergum lacertis implicitum compressit, atque ipsum humi prostrauit.
r Coercet, sistit sudorem Antæi.
s Recenti, quo & vires restaurantur.
t Lassi modò laxique artus restituuntur iam in solidos & duros.
u Renouato, viribus refecto.
x Non sine stupore admiratus est Herc. vnde Antæo vires restituæ.
y Neque tantum illi metum iniecit Hydra, numerosum malum, cui vno capite recisò duo repullulabant, quamuis tum tyro nec monstris assuetus cum illa excetra certauit in Lerna, palude Argiuorum, Inacho primùm regnatorum; quam conflictus iste. z Neque Iunoni Herculis interitum anquirenti, maior ex vllo laborum illi inflictorum spes hominem perdendi quàm ex hoc. a Non ita sudoribus exhaustam, cùm Atlanti succurreret sustineret humeris cœlum. b Antequam ab Hercule prostratus esset, ipse vltro labitur.
c Validior.

d Quis

d In Antæum translatis viribus Terræ, dum filio robur suggerit, exhaustæ.

e In pectus meum non gremium terræ, f In terras delabi volentem Antæum.

g Sublevatum, invictum & terram, neque demissum nisi morte prius rigentem.

h Hinc veteres volentes sui temporis gesta posteris commendare indiderunt huic loco nomen, *Antæi regnu & monumentum.* Plin. l. 5. c. 1.

i Senior victoriæ, sed clarior nominis gloria his collibus, ex *Cæsare Comment.* Namque hic primus castrorum locus C. Scipioni, qui Cos. tradictis in Africam copijs, duo eadem nocte hostium castra incendit, Syphacem regem cepit, Hannibalem 16 iam annos in Italia bellantem vincere temptemque revocauit in Africam ad sua tuenda.

k Est is locus longum directum, eminens in mare, vtraque ex parte præruptum atque asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab ea parte quæ ad Vticam vergit.

d *Quisquis ineſt terris, in feſſos ſpiritus artus*
Egeritur: telluſque viro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodeſſe parentis 645
Alcides ſenſit: ſtandum eſt tibi, dixit, & vltrà
Non credere ſolo, ſterniq; vetabere terra:
Hærebis preſſis intra mea pectora membris:
e *Huc Antæe cades. ſic fatus, ſuſtulit altè*
f *Nitentem in terras iuuenem. morientis in artus* 650
Non potuit nati Tellus ſubmittere vires.
Alcides g medium tenuit. iam pectora pigro
Stricta gelu, terriſque diu non credidit hoſtem.
h *Hinc ari veteris cuſtos famoſa vetuſtas,*
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras. 655
i *Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis,*
Pœnum qui Latijs reuocauit ab arcibus hoſtem
Scipio. k *nam ſedes Libyca tellure potito*
Hæc fuit. en veteris cernis veſtigia valli.
l *Romana hos primùm tenuit victoria campos.* 660
Curio lætatus, tanquam fortuna locorum
Bella gerat, ſeruétque m *ducum ſibi fata priorum,*
Felici non fauſta loco tentoria ponens,
Indulſit caſtris, & collibus abſtulit n *omen,*
Sollicitátque feros o *non æquis viribus hoſtes.* 665
p *Omnis Romanis quæ ceſſerat Africa ſignis,*
Tunc Vari ſub iure fuit: qui robore quanquam
Confiſus q *Latio,* r *regis tamen vndique vires*
Exciuit Libycæ gentis, s *extremáque mundi*
Signa ſuum comitata Iubam. t *non fuſior vlli* 670

l Romanus qui primam in Africa de Pœnis reportauit victoriam, his collibus castra habuit. m Scipionum Africani, maioris & minoris. n Prioris felicitatis victoriæque auspicium. o Duabus legionibus & D. equitibus, supra v. 582. p Tubero à Pompeio missus cum imperio in Africam, portu & oppido Vticæ prohibitus est ab Attio Varo, qui ad Auximum amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam peruenerat, atque eam sua sponte vacuam occupauerat, delectúque habito duas legiones effecerat, hominum & locorum notitiâ & vsu eius prouinciæ factus aditus ad eam conuertendi, quòd paucis antè annis ex prætura eam prouinciam obtinuerat. Comm. civ. bell. 1. & Cic. pro Ligario. q Militum Italicorum. r A Iuba tamen rege Mauritaniæ socio & amico Pompeij, auxilia petijt, atque accepit primùm DC. equites Numidas & pedites CCCC. mox regi ipsum cum magnis copijs. s Infra v. 672. t Non alius rex latius extendit imperij.

Terra

Terra fuit domino: [n] *quà sunt longissima regna,*
Cardine ab occiduo vicinus [x] *Gadibus Atlas*
Terminat: à medio, confinis [y] *Syrtibus Ammon.*
[z] *At quà lata iacet, vasti plaga feruida regni*
Distinet Oceanum, zonæq; exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur,
[a] *Autololes,* [b] *Numidæq; vagi, semperque paratus*
Inculto [c] *Gætulus equo: tum concolor Indo*
Maurus, [d] *inops Nasamon, mistiq; Garamante peruſto*
[f] *Marmaridæ volucres,* [g] *æquaturúsque sagittas*
Medorum, tremulum cùm torsit missile, Mazax:
Et gens, quæ [h] *nudo residens* [i] *Massylia dorso*
Ora leui flectit frænorum nescia virga:
Et solitus vacuus errare mapalibus Afer
Venator, [k] *ferrique simul fiducia non est,*
Vestibus iratos laxis operire leones.
[l] *Nec solùm studys ciuilibus arma parabat,*
Priuatæ sed bella dabat Iuba concitus iræ.
Hunc quoq;, [m] *quo superos humanáque polluit anno*
Lege Tribunitia solio depellere auorum
Curio tentârat, Libyamq; auferre tyranno,
[n] *Dum regnum te Roma facit.* [o] *memor ille doloris*
Hoc bellum sceptri fructum putat esse retenti.

n In longitudinem extenduntur ab vltimo litore occiduo, qua Atlante terminatur Africa, long. gr. 6. vsque ad Ammoniacam regionem long. gr. 55.

x Ins extra fretum Herculeum, in ora Bæticæ Hispaniæ. has opponit poeta Atlanti. sed quàm rectè, consules Geographos, excusabitque, poetis *quidlibet audendi esse potestatem.* vide l. 2. v. 559.

y De Syrtibus, l. 1. v. 367. de Ione Ammone, l. 9. v. 511. & l. 10. v. 38. qui tamen à propiore Syrtium distat in long. 8. gr.

z Secundum latitudinem dicit Iubæ regnum extendi ad zonam torridam & vltrius.

a Mauritaniæ Tingitanæ pop.

b Nomadas respicit, domos plaustris circumferentes. Sallust. de bello Iug.

c Libyæ interioris gens equis insidens non stratis ephippiis, quos mox v. 502. nudos vocat.

d In litore Arenosæ Syrtis vicitans. l. 9. v. 439. & 438. & alij Nasamones deserta & arenosa Marmaricæ colunt.

e Africæ min. pop.

f Africæ pop. Aegyptum versùs, pedibus velox.

g Et Mazax qui torquet missilia non minore vi & dexteritate quàm Medi Parthique sagittas mittunt.

h Non ephippiâ strato.

i Massyli, Virg. 4. Aen. *Iufreni Numidæ* dicti. *Numidæ gens insciæ freni, &c. Cuius equum flectit non cedens virga lupatis.* Sil. Ital. l. 1. Μασσυλίους μαχεῖς ἱππότας χαιτώεντας, ὀξέως δὲ καὶ ἀνωμάλως ἱππαζομένους. Strabo l. vlt. & Martial. l. 9. ep. 23. equi sine frænis, &c. Liu. 35. Polyb. *Non flecti facilis, lasciuáque colla secutus Paret in obsequium lentæ moderamine virgæ. Verbera sunt præcepta fugæ, sunt verbera freni.* Nemesian.

k Non confidit ferro, sed iectâ veste leones superat. Leonum summa vis in oculo creditur. Getuli itaque contra impetum ingruentis leonis obijciunt sagum. Plin. l. 8. c. 16.

l Iubæ & paternum hospitium cum Pompeio, & simultas cum Curione intercedebat quod Tribunus Pl. legem promulgauerat, quo regnum Iubæ publicauerat. Comciu. bel. 2.

m Quo anno ipse Tribunos à Cæsare corruptos (l. 1. v. 269. & infra v. 819.) Cæsaris causam tuebatur, mox Cæsarem incitabat. quo facto & humana omnia & diuina miscuit.

n Dum vnius (Cæsaris sc.) dominationi Romam subijcere parat.

o Iuba iniuriæ memor, regnum se retinuisse vel ob hoc gaudet, quòd Curionem vbicatum.

p Curionem regis aduenientis fama perterritum & hoc male habebat, quòd parùm confideret militibus suis, aeque veteranis Cæsarijs qui sub eo in Gallia & Germania militauerant, neque satis fidei, vt qui Pompeio sacramentum dixerant, & Domitio duce suo Corfinij tradito Cæsari, missi in Siciliam cum Curione fuerant.

q Cæsari & Curioni.

r Pompeio.

s Cum vtrique dixissent sacramentum: alterum deserere, alteri adhærere

t Postquam aduertit exercitum muniis officiaque sua detrectare, ad defectionem spectare, hoc solicitatos à Quintilio Varo, qui fuerat cum ijs Corfinij iamque erat cum Actio Varo: haec secum deliberat.

u Audendum est aliquid in prælia. simul vt timorem meum dissimulem, simul suspicionem de militum meorum fide tegam, imò tollam. Qui enim iam ociosi decorum meritis & belli causis expendendis vacant; mox, armati & in aciem producti, partibus quas sibi sequendas sumpserunt stabunt, oblivi exactorum, decorum, fid.

p Hac igitur regis trepidat iam Curio fama,
Et quòd Cæsareis nunquam deuota iuuentus
Illa nimis castris, nec Rheni miles in vndis
Exploratus erat, Corfini captus in arce,
Infidúsque q nouis ducibus, dubiusque r priori.
s Fas vtrunq; putat. sed t postquam languida segni
Cernit cuncta metu, nocturnáque munia valli
Desolata fuga, trepida sic mente profatur:
u Audendo magnus tegitur timor: arma capesſa
Ipse prior: campum miles descendat in æquum,
Dum meus est: variam semper dant otia mentem.
Eripe consilium pugna: cùm dira voluntas
Ense subit prenso, galeæ texére pudorem,
Quis conferre duces meminit? quis pendere causas?
Quà stetit, inde fauet: x veluti fatalis arenæ
Muneribus non ira vetus concurrere cogit
Productos: odére pares. Sic fatus, apertis
Instruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.
y Nam pepulit Varum campo, nudatáque fœda
Terga fuga, donec vetuerunt castra, cecidit.
Tristia sed postquàm superati prælia Vari
Sunt audita Iubæ: lætus quòd gloria belli
Sit rebus seruata suis, z rapit agmina furtim,
Obscurátque suam per iussa silentia famam;
a Hoc solum metuens incautus ab hoste timeri.
b Mittitur, exigua qui prælia prima lacessat,
Eliciátque manu, Numidis à rege secundus,

x Sicut in muneribus gladiatorijs, non odium aut simultas committit gladiatores in lethale arenæ certamen; sed ipsa parium compositio & æmula virtus.

y Siquidem primùm è Numidis equitibus, C X X. cæsis, reliquos in castra compulit. Varus mox ibi castra ad oppidum non sine magna Varianorum cæde fugauit, ita vt timens castris de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reduceret.

z Raptim collectas copias ducit clanculum, ne aduentus sui fama ad Curionem perueniret, cauens.

a Improuisus hactenus, hoc solùm timebat ne à Curione timeretur, atque ita prælij & rei gerendæ non daretur occasio.

b Curio, accepto regis aduentu, se in Corneliana castra receperat. præmittit rex Saburam præfectum eius, cum paruis copijs, qui & rumorem spargeret ipsum Iobam reuocatum finitimo bello & controuersijs Leptitanorum, restitisse in regno. simulque subtractum è castris Curionem in proelium elicerent.

VI

Vt sibi commissi simulator Sabbura belli:
[c] *Ipse caua regni vires in valle retentat:*
[d] *Aspidas vt Pharias cauda solertior hostis*
Ludit, & iratas incerta prouocat vmbra:
Obliquansq; caput vanas serpentis in auras
Effusæ toto comprendit guttura morsu
Letiferam citra saniem: tunc [e] *irrita pestis*
Exprimitur, faucésque fluunt pereunte veneno.
[f] *Fraudibus euentum dederat fortuna: feroxq;*
Non exploratis [g] *occulti viribus hostis,*
[h] *Curio nocturnum castris erumpere cogit,*
Ignotísque equitem latè decurrere campis.
Ipse sub Auroræ primos excedere motus
Signa iubet castris, multùm, frustráque rogatus
Vt Libycas metuat fraudes, infectáque semper
Punica bella dolis. Ieti fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem. [i] *bellúmque trahebat*
Auctorem ciuile suum, super ardua ducit
Saxa, super cautes abrupto limite signa.
Cùm procul è summis conspecti collibus hostes
[k] *Fraude sua cessêre parum, dum colle relicto*
Effusam patulis aciem committeret aruis.
[l] *Ille fugam credens, simulatæ nescius artis,*
Vt victor, medios aciem proiecit in agros.
Tunc primùm patuêre [m] *doli,* [n] *Numidæq; fugaces*
Vndique completis clauserunt montibus agmen.
Obstupuit dux ipse simul, perituráque turba.
[o] *Non timidi petiêre fugam,* [p] *non prælia fortes:*

c Rex cum omnibus copijs insequebatur, & fere M. pass. interuallo à Sabura consederat.

d Neque aliter Carrionem delusit Iuba, quam solet Aspidem Ægyptiam Ichneumon. quam habentem oculos, eosque non in fronte sed in temporibus, Ichneumon caudæ suæ vmbrâ prouocat, attollentem autem ictus irritos à tergo excipit donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces aspidis virus effundentis sed citra noxam hostis. Plin. l. 8. c. 24. & Nicander in Theriacis.

e Virus incassum effunditur.

f Curio, ex perfugis quibusdam oppidanis audito Saburam adesse tantùm cum lenibus copijs, regem domi restitisse, adolescentiæ feruore, magnitudine animi, superioris temporis proventu, fiduciâ rei benè gerendæ, supra omnis fere ciuilis ab eo excitandi commotique belli pœnas poscente, equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit,

qui oppressos somno & dispersos hostes, ad magnum numerum coniecit. g Regis insidiæ. modò nota b. h Curio cum omnibus copijs quartâ vigiliâ exit, equites suos redeuntes comperit, & captiuis quæsit quis castris præsit, respondent, *Saburam.* i Vt modò not. f. k Sabura suis imperauerat, vt simulatione timoris, paulatim cederent, ac pedem referrent sese cum opus esset, signum prælij daturum. l Curio ad superiorem spem additâ præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deduxit. m A rege subsecuto, summissis auxilijs, hostium copias augeri, signo à Sabura dato equitatu hostium ab vtroque cornu aciem nostram circumueniri. n Spem vnam salutis, proximos colles iubet suos capere Curio. hos præoccupat missus à Sabura equitatus. o Lassati &c. ex itinere & prælio nocturno equis, vt vers. insequente, &c. atque septis vndique peditibus stipatisque, ita vt vix arma mouendi daretur locus. vt mox v. 772. p Equites labore confecti, & pauci, numero CC (reliqui enim in itinere substiterant) quamcunque in partem impetum fecerant, hostes loco cedere cogebant. sed neque longiùs fugientes prosequi, nec vehementiùs equos incitare poterant. Com. cin. bel. 2.

Quippe vbi [q] non ſonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulſu, rigidos vexantia frænos
Ora terens, ſpargítque iubas, & ſtringit aures,
[r] Incertóque pedum pugnat non ſtare tumultu.
[f] Feſſa iacet ceruix, fumant ſudoribus armi:
Oráque proiecta ſqualent arentia lingua:
Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus vrget:
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus:
Siccáque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
Iámque [t] gradū neque verberibus, ſtimulisq; coacti,
Nec, quanuis crebris iuſſi calcaribus, [t] addunt.
Vulneribus coguntur equi, [u] nec profuit vlli
Cornipedis rupiſſe moras: neque enim impetus illis
Incurſúſque fuit: tantum profertur ad hoſtes,
Et ſpatium iaculis oblato vulnere donat.
[x] At vagus Apher equos vt primum emiſit in agmē:
Tunc campi tremuēre ſono: terráque ſoluta,
Quantus [y] Biſtonio torquetur turbine puluis,
Aëra nube ſua texit, traxítque tenebras.
Vt verò in pedites fatum miſerabile belli
Incubuit: [z] nullo dubij diſcrimine Martis
Ancipites ſteterunt caſus, ſed tempora pugnæ
Mors tenuit. neque enim licuit procurrere contrà
Et [a] miſcere manus. ſic vndique ſepta iuuentus
Comminus obliquis, & rectis eminus haſtis
Obruitur: non vulneribus, nec ſanguine, ſolùm
[b] Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.
Ergo acies tantæ paruum ſpiſſantur in orbem:
Ac, ſi quis metuens medium correpſit in agmen,
Vix impunè [c] ſuos inter conuertitur enſes.
[d] Denſatúrque globus, quantum pede prima relato
Conſtrinxit gyros acies. non arma mouendi
Iam locus eſt preſſis: ſtipatáque membra teruntur.
Frangitur armatum colliſo pectore pectus.
[e] Non tam læta tulit victrix ſpectacula Maurus

[q] Non ferocis equi quadrupedantis patrij ſonitus quatit vngula campum.
[r] Neque vti ſeptis equum & recens ſtare loco nouit.
[f] Sed laſſa ſa.
[t] Accelerant.
[u] Neque enim profuit incitaſſe equum in hoſtem, debilis namque laſſati equi incurſos eò vſque tantùm prouehebatur quo taculis hoſtium equitem exponeret.
[x] Numidarum verò equitum concitato curſu tremere campi & pulcreæ nubes atque tenebræ inductæ, puluere, tanquam vi Boreæ è Thracia flatus excitato.
[y] Thracio. Biſtonis ſtagnum eſt & regio Thraciæ.
[z] Certa erat facilis quæ victoria, neque pugnæ mora longior quam quæ Romanis interficiendis ſufficeret.
[a] Conſerā pugnā contendere.
[b] Telorum inſtar grandinis fuſorum multitudine & pondere.
[c] Suorum, globo condenſatorum, dum—
[d] —ij, qui ab exteriori parte globi erant, reterrent pedē cedentibus, atque introrſum ad declinandos hoſtium ictus.
[e] Neque tam lætā victoriā Romanorū vulgus, quam miſerā perceperunt Mauri, quibus humana debatur, cùm non ſtantes ſanguinis, non mutilata & cadentia videret corpora vt quæ conſtricta & ſtipata ſolamento ſe iuuarent, neque certa ſed deiecta ad terram, ſic arbores, l. 3. v. 445.

Quam

Quàm fortuna dabat: fluuios non ille cruoris,
Membrorúmque videt lapsum, & ferientia terram
Corpora: compressum turba stetit omne cadauer.
[f] *Excitet inuisas diræ Carthaginis vmbras*
Inferijs fortuna nouis: ferat ista cruentus
Annibal, & Pœni tam dira piacula manes.
[g] *Romanam, Superi, Libyca tellure ruinam*
Pompeio prodesse nefas, votisque Senatus.
Aphrica nos potiùs vincat sibi. [h] *Curio fusas*
Vt vidit campis acies, & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis,
Non tulit afflictis animam producere rebus,
Aut sperare fugam: ceciditque in strage suorum
Impiger ad letum, & fortis virtute coacta.
[i] *Quid nunc vostra tibi prosunt turbata, forumq;*
[k] *Vnde Tribunitia plebeius signifer arce*
Arma dabas populis? quid [l] *prodita iura Senatus,*
Et [m] *gener, atque socer bello concurrere iussi?*
[n] *Antè iaces, quàm dira duces Pharsalia confert,*
Spectandúmque tibi bellum ciuile negatum est.
Has vrbi miseræ vestro de sanguine pœnas
Ferre datis: luitis [o] *iugulo sic* [p] *arma potentes.*
Felix Roma quidem, ciuésque habitura beatos,
[q] *Si libertatis superis tam cura placeret,*
Quàm vindicta placet. Libycas en nobile corpus
Pascit aues. [r] *nullo contectus Curio busto.*
At tibi nos ([s] *quandò non proderit ista silere*
A quibus omne æui senium sua fama repellit,)
Digna damus, iuuenis, meritæ præconia vitæ.

f Iauitet excitatas Carthaginensium vmbras Fortuna ad hæc parentalia, retulerunt: quippe victorem nepotes infestas Annibali, abundè parentauerunt hac cæde animis Pœnorum à suis cæsorum.

g Indoluere certè Senatus Pompeiusque in suæ causæ cumulamentum cecidisse tot ciues Romanos, malentque victoriam hanc Afrorum nomine, quàm suo relatam.

h Hortatus est Curionem Cn. Domitius, præfectus equitum, cum paucis circumsistens, vt fugâ salutem peteret seque in castra reciperet: se ab eo non discessurum pollicitus. At Curio, nunquam, amisso exercitu, quæ à Cæsare fidei suæ commissum acceperat, se in eius conspectum reuersurum confirmauit, atque ita prælians interfectus est. Com. cubel. 1.

i Insultatio, adiecta commiseratione.

k Tribunitiæ concliones non ratò fuerant populi incitamenta, seditionum faces, classica tumultuum. Curio autem trib. pl. fuerat Cæsari inimicissimus, nox ab eo liberatus ære grandi alieno, redemptusque auro, acerrimè pro Cæsare stetit, & cum tribunis pl. ad Cæsarem ex vrbe tandem profugit, non parvus belli huius ciuilis concitator, vt l. 1. v. 270. &c.

l AEre corrupta & prodita à te.

m Pompeius & Cæsar comuisti.

n Neque tamen contigit tibi exitum huius belli in pugna illa Pharsalica videre.

o Morte vestra.

p contra Remp. suscepta.

q Si deos æque tangeret cura indulgendi nobis libertatis assertores, quàm vlciscendi libertatis oppressores. Nec vnquam, inquit Tacitus, *atrocioribus populi Rom. cladibus, magisve iustis iudicijs approbatum est, non esse curæ Deis securitatem nostram, esse vltionem.*

r Inhumatum, præda auibus Libycis.

s Cur enim taceam virtutes eius & merita? quæ innumeris seclis cæsciturus pari tamen æui tempus pleno gloriæ velis feremus,

[t] *Haud*

c Erat certè summâ indole, eloquentiæ laude claruit, legum propugnator acerrimus, quandiu incorruptum fuerit Reip. statum. Verùm corruperunt illum perdiderunt{que} perditi ciuitatis mores, ambitio, luxus, auaritia.

x Atque ita mutatus & à Cæsare corruptus dignitatem & causam eius pertinaciter tuebatur, neque minima ciuilis belli fax vt qui Cæsari stimulos addiderit vt per quem plurimi in Cæsaris partes inclinarint. y Sexcenties H.S. ære alieno contraxerat Curio. Val. Max. l. 9. c. 1. quo liberauit eum Cæsar. z Sylla quidem, Marius, Cinna, &c. vi oppressérunt libertatem, inuaserunt Rempub. neque id tamen sine summa impensa largitionum & stipendiorum, illi emerunt, hic vendidit. a Cæsaris successores, quibus permissus fuit Imperij clauus. b *Vendidit hic auro patriam, dominumque superbum Imposuit.* Virg. 6. AEn.

c *Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma,*
Aut cui plus leges deberent recta sequenti.
u *Perdita tunc Vrbi nocuerunt secula postquam*
Ambitus, & luxus, & opum metuenda facultas
Transuerso mentem dubiam torrente tulerunt.
x *Momentúmque fuit mutatus Curio rerum,*
y *Gallorum captus spoliis, & Cæsaris auro.*
z *Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense*
Sylla potens, Mariúsque ferox, & Cinna cruentus:
a *Cæsareæ{que} domus series; cui tanta potestas*
Concessa est: emêre omnes, b *hic vendidit Vrbem.*

M. ANNÆI LVCANI
LIBER QVINTVS.

a Pompeium, Italia pulsum, Massilia expugnata, & exercitibus eius Hispanijs amissis Cæsarem, nauali clade in Adriatico accepta, & Curione cum exercitu in Africa caso.

b Alitur tamen fortuna, reseruari sunt pares de summa rerum dimicaturi in Pharsalica pugna.

Se alterna a *duces bellorum vulnera passos*
In Macedûm terras, miscens aduersa secundis,
b *Seruauit Fortuna pares.* c *Iam sparserat* d *Aemo*
Bruma niues, gelidóque cadens e *Atlantis Olympo:*
Instabátque f *dies, qui dat noua nomina fastis,*
g *Quique colit primus ducentem tempora Ianum.*
h *Dum tamen* i *emeriti remanet pars vltima iuris,*
k *Consul vterque vagos belli per munia Patres*

c Horatius noctis. d Thraciæ monte. e Patronymice, fœm. Maia vel alia è filiabus Atlantis. Ideò *Atlantides*, Pleiades occiderant Calendis quod fit circiter 3. Id. Nouemb. f Cal. Ianuarij, quo die creati noui consules, communia nomina præfigebantur sui anni Fastis. i. libris singulorum annorum descriptiones & gesta continentibus. g Festus nomine Ianum. h Nondum plene peracto penultimo fere consularis tempore. i Metaph. à militia. l. 3 v. 622. k Leuinus & Marcellus Collin. Epeum connocauerunt Senatores per officia belli dispersos.

Elicit

Elicit Epirum. peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres: [l] *secretáque rerum*
Hospes [m] *in externis audiuit curia tectis.*
[n] *Nam quis castra vocet tot strictas iure secures,*
Tot fasces? [o] *docuit populos venerabilis ordo*
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.
Vt primùm [p] *mœstum tenuêre silentia cœtum,*
Lentulus excelsa sublimis sede profatur:
[q] *Indole si dignum Latia, si sanguine prisco*
Robur inest animis, non qua tellure coacti,
Quámque procul tectis captæ sedeamus ab vrbis
Cernite: sed vestræ faciem cognoscite turbæ:
Cunctáque iussuri primùm hoc decernite Patres,
[r] *Quod regnis, populísque liquet, nos esse Senatum.*
[s] *Nam, vel Hyperboreæ plaustrũ glaciale sub Vrsæ,*
Vel [t] *plaga quà torrens, clausúsque vaporibus axis*
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles,
Si fortunat ferat rerum nos summa sequetur,
Imperiúmque comes. [u] *Tarpeia sede peruſta*
Gallorum facibus, [x] *Veiosq́; habitante Camillo,*
Illic Roma fuit. non vnquam perdidit [y] *ordo*
Mutato sua iura solo. [z] *mœrentia tecta*
Cæsar habet, vacuásque domos, legésque silentes,
Clausáque iustitio tristi fora. [a] *curia solos*
Illa videt Patres, plena quos vrbe fugauit.
Ordine de tanto quisquis non exulat, hic est.
[b] *Ignaros scelerum, longáque in pace quietos*
Bellorum primus sparsit furor: omnia rursus

l Arcana Senatus deliberantis consilia.
m In terra & vrbe aliena.
n Quidni enim appellem curiam potius Senatorũ quàm castra Pompeij, vbi tot simul legitimi magistratus cum insignibus suis, fascibus & securibus?
o Et tot conspecti simul venerabiles Senatores docuerunt populos & gentes quæ confluxerant, non conuenisse omnes in partes Pompeij, sed & ipsam Pompeium fuisse partem Senatus.
p *Hypallage.* cœtus mœstus tenuit silentia.
q Si vera illa & prisca virtus Romana animis vestris insideat, nolite expendere vbi simus: sed ex tot senatorum ac ciuium præsentia, succurrat vobis, qui simus.
r Facto à vobis Senatus Consulto sciant populi, hic esse Senatum, quem pœnes est totius orbis terr. imperium.
s Quem Senatum illa iniqua Fortuna procella raperet in oras Borealis Arctoi vel torridæ zonæ subiectas; commigraturus tamen sui imperij summa. t Circulus æquinoctialis æstu & caloribus constrictus, sub quo degentes perennem habent *ἰσημερίαν*. u Lib. 1. vers. 269. vrbe Rom. *Synecdoche.* Neque enim Capitolium à Gallis incensum est. x Camillus exulabat Ardeæ cui, lecto exercitu Veios, Capitolium à Gallis incensum est, dictatura & rerum summa S.C. tradita est. y Senatorius. z Vrbem Rom. occupauit Cæsar. a Illa fa, vacuam, mœstam, oppressis legibus & indicti iuris dicendi interminatione tristem. b Illa fa, quam Cæsar habet. Curia non videt alios Senatores quàm eos quos ambitus, maiestatis lasæ damnatos Cæsar vbi restitutos reuocauit. b Sub primo belli ciuilis motu & trepidatione consternati diffugiebant, huc tandem in Epirum conuenerunt tanquam in corpus suum, Senatores & alij ordines.

Membra loco redeunt. en totis [c] *viribus orbis*
[d] *Hesperiam pensant superi: iacet* [e] *hostis in vndis*
Obrutus Illyricis: [f] *Libyæ squalentibus aruis*
Curio [g] *Cæsarei cecidit pars magna Senatus.*
Tollite signa duces. [h] *fatorum impellite cursum:*
Spem vestram præstate Deis: [i] *fortunáque tantos*
Det vobis animos, quantos fugientibus hostem
Causa dabat. [k] *nostrũ exhausto ius clauditur anno.*
[l] *Vos, quorum finem non est sensura potestas,*
Consulite [m] *in medium Patres,* [n] *Magnúmque iubete*
Esse ducem. Læto nomen clamore Senatus
Excipit: & Magno [o] *fatum patriæq́, suúmque*
Imposuit. [p] *Tunc in reges, populósque merentes*
Sparsus honos, [q] *pelagíque potens Phœbeia donis*
Exornata Rhodos, [r] *gelidíque inculta iuuentus*
Taygeti: [s] *fama* [t] *veteres laudantur Athenæ:*
[u] *Massiliæq́, suæ donatur libera Phocis.*
[x] *Tunc Sadalen, fortémque Cotyn,* [y] *fidũq́, per arma*
Deiotarum, & [z] *gelidæ dominum Rhasipolin oræ*
Collaudant: [a] *Libyamque iubent auctore Senatu*
Sceptrifero parêre Iubæ. prò tristia fata!
Et tibi [b] *non fidæ gentis dignissime regno,*
[c] *Fortunæ Ptolemæe pudor, criménque Deorum,*
[d] *Cingere Pellæo pressos diademate crines*

c Quæ in auxilium nostrum aduenerunt.
d Italiam & Hispanias amissas.
e Vulteius cum ratis Opiterginorum. supra l. 4. v. 402.
f l. 4. v. 581.
g Cæsari intimus & summo in honore habitus, & quo cæso priuatur Cæsar summo suo Senatore.
h Vrgete fata & quo dij fauentes vocant cum bona fiducia sequimini.
i Successus det vobis fortes animos ad persequendam libertatis hostem. non secus atque iustitia causæ dedit vobis animum relinquendæ vrbis, illo inuadente.
k Potestatis nostræ Consularis imperiũ cum anno exacto finem habet.
l Vos Senatores quorum autoritas non est annua.
m In commune, Quod vobis Reique pub Bonum, Felix, Faustumque sit.
n Declarate Pompeium belli ducem.
o Quod & prius Capuæ factum sed adiunctis Coss. o Publicæ & priuatæ rei fatum, fortunam & administrationem.
p Collaudati reges & populi de Rep. bene meriti, quique honores habiti, qui Senatus auspicia sequuti auxilia attulerant miserantve. quorum nonnullos pergit enumerare.
q Rhodos insula Carpathij pelagi classe potens, Phœbo dilecta, cuius radiis semel die vel maximè nubilo illustratur ob amatam, vt fabulantur, Rhoden virginem. colosso & templo Phœbi clara, vt quæ Phœbo sorte cesserit. Pindarus πολύμφ. Horat. od. 7. l. 1.
r Lacedæmoni. Taygetus mons in Laconica, Eurotæ fl. vicinus.
s Sapientiæne studiorumne an victoriarum Periclarum? t αὐτόχθονας enim se esse volebant, cuius rei insignia gestabant in verticibus cicadas aureas.
u Et Phocis Achaiæ regio libertate donata quæ ac Massylia colonia eius, quam tamen a Phocensibus φίλη deductam meminimus l. 3. v. 340.
x Equites ex Thracia. Dedit Cotus & Sadalen filium, misit Cotyn. bel. l. 1.
y DC. equites adduxit Galatæ rex Deiotarus, pro quo extat oratio Ciceronis.
z CC. ex Macedonia Rhasipolis, quibus ipse præerat.
a Ex autoritate Senatus decernitur Africa Iubæ.
b Indigne regno fidæ gentis. vel digne regno non fidæ gentis.
c ἱλαστήριον, qui fatuus eum dedecori Dijs & Fortunæ tam indignum euchentibus.
d Vt Dionysius filius Ptolemæus Auletæ Cetiannum puer Pompeij rogatu confirmaretur AEgypti rex, coronamque diademate Alexandri Magni in Pella Macedoniæ opp. nati, Alexandriæ in AEgypto condentis. Strab. l. 17.

Per-

Permissum: [e] sæuum in populos puer accipis ensem:
Atque vtinam in [f] populos! donata est [g] regia Lagi;
[h] Accessit Magni iugulus: regnúmque [i] sorori
Ereptum est, [k] soceróque nefas. [l] iam turba soluto
Arma petit cœtu, quæ cùm populique, ducésque
Casibus incertis, & [m] cæca sorte pararent,
[n] Solus in ancipites metuit descendere Martis
[o] Appius euentus: finemq; expromere verum
Sollicitat superos, multósque [p] obducta per annos
Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.
[p] Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine, Parnassus [q] gemino petit æthera colle,
Mons [r] Phœbo, Bromióque sacer: cui numine mixto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.
[s] Hoc solum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, pontóque fuit discrimen, & astris.
Tu quoque [u] vix summâ seductus ab æquore rupem
Extuleras, vnóque iugo Parnasse latebas.
[x] Vltor ibi expulsæ premerent cùm viscera partus
Matris, adhuc rudibus [y] Pæan Pythona [z] sagittis
Explicuit, cùm regna [a] Themis, [b] tripodásque teneret.
Vt vidit [y] Pæan [c] vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, [d] ventósque loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,

c Crudelitas enim imperandi.
f Tantum? & non in Pompeium etiam & sororem tanti, g Regnum Ægypti, quod obtinuerat Ptolomæus Lagi f. l. 8. v. 492.
h Et tanti muneris accepta merces, Pompei, quem in tutorem habueras, ad te confugientis cædes. infra l. 8. v. 537.
i Cleopatræ, quæ regni cum fratre hæres à patre relicta fuerat.
k Pompeii cædes subtracta Cæsari, cui & insidiatus postea erat ipse rex.
l Iam dimissâ concione arma expediunt.
m Eventu ignoto & obscuro.
n Is (inquit Val. Max. l. 1. c. 8.) belli ciuilis euentum explorare cupiens, viribus imperij (namque Achaiæ præerat) antistitem Delphicæ cortinæ in intimam sacri specus partem cogit descendere, &c. infr. v. 190. & 214.

Idem ref. Orosius l. 6. c. 15. o Clausa cessante oraculo. infra v. 111. & 131. p In terræ umbilico, ab occasu & ortu æquè distans. *Audiit & medium cæli Parnassius Delphos.* Statius l. 9. q Tithoreo & Hyampeo. r Apollini & Baccho, διότι τῶ βρόμιον. quorum vtrumque eundem esse cum Sole probat Macrob. l. Saturn. c. 18. Communi itaque cultu Thebanæ Matres des Bacchi ministræ tertio quoque anno Delphis celebrant sacra in memoriâ victoriæ Indicæ à Libero patre trienni expeditione partæ. s Diluuio cæteris submersis, ulterum è Parnasi collibus eminuit. Ouid. 1. Met. t Medium inter aquas & cœlum. u Vix summo iugo extabas. x Hîc Apollo iuuenis vltorius Pythona, qui Iunonis iussu Latonam grauidam è Ioue & partu vicinam persequutus fuerat, interemit. y Apollo. l. 1. v. 678. z Strauit humi mille gravem telis. a Dea, quæ præcepit hoc iubens ea petere, quæ fas esset. Ouid. 1. Metam. cuius vnum toto orbe celeberrimum erat oraculum, cui Apollo succesit. b Tripos, mensa erat siue sedes aurea vel ahenea tres habens bases, quem vbi Pythia vates insedisset, hausto diuinationis spiritu, responsa reddit. Iamblychus de mysteriis, & Diod. Sic. l. 16. Strab. l. 9. c In medio montis anfractu profundum terræ foramen, ex quo frigidus spiritus, vi quadam veluti vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletasque Deo responsa consulentibus dare cogit, &c. vlteriorem templi Delphici descriptionem vide apud Iustin. l. 24. & Diod. Sic. l. 16. de occasione inuenti oraculi à pastore. d exhalationes specus, quæ mentes primùm inflabant vatum, mox linguas in vaticinia solebant.

Incubuitque adyto, vates ibi factus, Apollo.
[o] Quis latet hic superum? [f] quod numē ab æthere
Dignatur cæcas inclusū habitare cavernas? (presū
Quis terram cœli patitur Deus, [g] omnia cursus
Æterni secreta tenens, [h] mundique futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactūsque ferens [i] hominis, magnusq́, potensq́,
Siue canit fatum, seu [k] quod iubet ipse canendo
Fit fatum? [l] Forsan terris inserta regendis,
Aëre libratum vacuo quæ sustinet orbem,
Totius pars magna Iouis, [m] Cirrhæa per antra
Exit, & [n] ætherio trahitur connexa Tonanti.
Hoc vbi virgineo conceptum est pectore numen,
Humanam feriens animam sonat, oráque vatis
Soluit, [o] ceu Siculus flammis vrgentibus Ætnam
Vndat apex: [p] Campana fremens ceu saxa [q] vapore
Conditus [r] Inarimes æterna mole Typhœus.
Hoc tamen expositum cunctis, nullique negatum
Numen, [s] ab humani solùm se labe furoris
Vindicat. [t] haud illic tacito mala vota susurro
Concipiunt. [u] nam fixa canens, mutandáque nulli
Mortales optare vetat: iustúsque [x] benignus
Sæpe dedit sedem [y] totas mutantibus vrbes,
Vt Tyrijs: [z] dedit ille minas impellere belli.
Vt Salaminiacum meminit mare. [a] sustulit iras

a Oracula Delphica inquirit poeta.
f Quis Deus? cœlo delapsus, vel ex igni se conflatusque dignatur in hac cauerna.
g Fata, seriem ordinemque causarum scient.
h Ea quæ futura sunt præscius ac præciens.
i Phœbades, virginis Pythiæ, quem ingressus suo numine implet.
k Ita fatum dici volunt quod Deus fatus est, i. decreuit, constituit.
l An forte densior aliqua & potentior pars inest expiranti ex hoc antro Delphico, cœlestis illius mentis & animæ mundi quæ infusa in omnes mundi partes eum liberat, ecgit, fouet, vegetatque? *Deum namque ire per omnes Terrásque tractúsque maris cœlumque profundum.* 4. Georg. & 6. Æn. Virg. *Spiritus intus alit &c.* vide v. 80. l. 1.
m Cirrha vrbs Phocidos haud procul à Delphis.
n Cum superiore illo æthere coït, & mentī diuinæ consonat.
o Veluti Ætnæ Siculæ excauem fumum vndantem euomit.
p Cui Inarime, Æneria, Pithecusa. *Iscliis* insula in litore Campano superiecta Typhœo ejusdē fratri. q Alludens ad nomen Typhœi, à procellis conflagrationes eiusmodi succendentis.
r Inarimen primus dixit Virgilius ab Homeri εἰν ἀρίμοισι. vide quæ nos ad Sen. Thyest. v. 805. & Erythræi indicem ad illud 2. Æn. Virg. *Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo.*
s Mens admittit vota impia, non ad gratiam vel odium precibus aut muneribus corrumpitur. t *Nam nulla quæ humilitas salutaris Tollere de templo manibus.* Persi. Sat. u Cum certa fatu Deus mentē cœcis & mortalibus inclusa, frustra vanerit quis hanc mutari posse. *Deus ista Deum fallit seruare precando.* Virg. Æn. 6. x Deus Apollo. y Quia dicit *totas mutantibus*, de Phocensibus, qui mutata vetusti templi forma, Sidonem, vnde postea à rege Alexandro quæsti, Tyrum condiderunt, intelligo potius, quàm de Cadmo aut Didone. Iustin. 18. vel de eo simili Gallorum. vid. l. 457. z Idem Apollo docuit quæ ratione bella essent suscipienda, vti Æneæ Troiano ligurum monitorem se esse inficit. Perfici belli mœnia reputare, deridet Xerxi nauali pugnæ ad Salamina fed. Herodot. Polyb. a Sic Ægypti sterilitatem è siccitate, & nouum fulgur, Thraciæ à Boreæ cede, &c Pierygia, Pyrrho Aty, Diod. Sicul. ita Attica, quæ pestis mentis Cecropidarum Minoi.

Tellurit

Telluris sterilis, monstrato fine: [b] *resoluit*
Aera tabificum. [c] *non vllo secula dono,*
Nostra carent maiore Deum, quàm Delphica sedes
Quòd siluit, postquam [d] *reges timuêre futura,*
Et superos vetuêre loqui. [e] *nec voce negata*
Cyrrhææ mœrent vates, templique fruuntur
[f] *Iustitio.* [g] *nam si qua Deus sub pectora venit,*
Numinis aut pœna est mors immatura recepti,
Aut pretium: [h] *quippe stimulo fluctúque furoris*
Compages humana labat, pulsúsque Deorum
Concutiunt fragiles animas. Sic tempore longo
[i] *Immotos tripodas, vastæq; silentia rupis,*
Appius [k] *Hesperiis scrutator ad vltima fati*
Sollicitat. iussus [l] *sedes laxare verendas*
[m] *Antistes,* [n] *pauidámque* [o] *Deis immittere vatem,*
[p] *Castalios circum latices, nemorúmque recessus*
[q] *Phemonoën errore vagam, curíque vacantem*
Corripuit, cogítque fores irrumpere templi.
Limine terrifico [r] *metuens consistere Phœbas,*
[s] *Absterrere ducem noscendi ardore futuri*
Cassa fraude parat. quid spes (ait) improba veri
Te Romane trahit? muto Parnassus hiatu
Conticuit, [t] *pressitq; Deum:* [u] *seu* [x] *spiritus istas*
Destituit fauces, mundique in deuia versum
Duxit iter: [y] *seu barbaricæ cùm lampade Pytho*
Arsit, in immensas cineres abiêre cauernas,

b Pestis remedium denunciat, vti Thebanis, in exilium misso eo qui Laium interfecerat. Senec. OEdip. Lucanis, Pestiferi placatis manibus. Virg. AEn. 6. Romanis, AEsculapio accersito ex Epidauro, Liu. 10.

c Deficientis huius oraculi causas inquirit infra v. 232. hîc desert.

d Sibi timentes, oracula à suis aditi vetuerunt.

e Gratulantur verò sibi Pythiæ vates Delphicæ desisse oracula.

f Silentio *transfert.* à fatis dicendi intermissione.

g Neque enim vitales sunt Phœbades inflatæ vel à Deo irato, mortis supplicio affectæ; vel à benigno, mortis præmio, tanquam dono optimo donatæ.

h Quippe enthusiasmi impetu concussa labascit anima & animus diuini spiritus haustu reddentibus pestifer exilit. Val. Max. l. 1. c. 8.

i Continas iamdiu clausas, à nemine consultas, vtpote fi-

lentes. k Curiosus per sortes explorator, quis nam foret euentus belli ciuilis. l Aperire sacrarium. m Sacrorum præses, templi Delphici custos. n Dei afflantis & enthusiasmi laborem simul & discrimen subire formidantem. o *Hypallagen esse volunt interpretes.* Deum immittere in Phœbadem. Simpliciter intelligi malim. Iussum ab Appio antistitem vt Phœbadem mitteret in adytum. p Castalium fontem in radicibus Parnassi. q Phœbadem aliquam, Phemonoë autem prima erat, quæ ex oraculo Delphico vaticinata est. Strabo. 9. l. r Modò, ad v. 124. not. 8. s Volens Appium ab instituto deducere, causata est dicturum oraculi silentium, sed frustra. t Obruit diuinam illam vim cuius afflatu debuerat respondere. u Causas reddere conatur cessantis oraculi. de qua re Plutarch. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν νῦν ἔμμετρα. x Sine spiritus hos deserit, atque in alias mundi partes migrauit— y Sicut quo tempore, Delphis Bruno oppugnatis, terræ motu, grandine, tempestate & incendio euertere omnia, cuncta spiraculis obstructis, Pausan. in Phocic. Iustin. l. 24. de Xerxe idem scribit. Herodot. in Vrania, vel tempore Mithradatico, cum oracula desierunt vbique, sublatis Dæmonum prestigiis atque potestate, sub aduentu Christi—

Et Phœbi tenuêre viam: [z] seu sponte Deorum
Cirrha silet, fatique sat est arcana futuri
Carmine [a] longæuæ vobis commissa Sibyllæ:
[b] Seu Pæan solitus templis arcere nocentes,
Ora quibus soluat nostro non inuenit æuo.
[c] Virginei patuêre dolí, fecítque, negatis
Numinibus, metus ipse fidem. [d] tum toria priores
Stringit vitta comas, crinésque in terga solutos
Candida [e] Phocaica complectitur infula lauro.
[f] Hærentem, dubiámque premens in templa [g] sacer-
Impulit. [h] illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum, prima templorum in parte resistit:
Atque [i] Deum simulans, sub pectore ficta [k] quieto
Verba refert, nullo [l] confusæ murmure vocis
Instinctam sacro mentem testata furore,
[m] Haud æquè læsura ducem, cui falsa canebat,
Quàm [n] tripodas, Phœbíq; fidem. [o] nõ rupta tre-
Verba sono, [p] nec vox antri complere capacis (menti
Sufficiens spatium, [q] nullóque horrore comarum
Excussæ laurus, [r] immotáque culmina templi,
Securúmque nemus, [s] veritam se credere Phœbo
Prodiderant. sentit tripodas [t] cessare, furensq;
Appius: [u] Et nobis meritas dabis impia pœnas,
Et superis, quos fingis, ait, nisi mergeris antris,
Dèque orbis trepidi tanto consulta tumultu
Desinis [x] ipsa loqui. Tandem conterrita virgo
Confugit ad tripodas, vastíſque abducta cauernis
Hæsit, & insueto concepit pectore numen,

2 —Seu Dijs quibus Roma cura maxima est, nullum fuerit vt Delphicum oraculum cesset, postquam libros Sibyllinos habeat, qui tota sua cõtinent. de quibus vide quæ A. Gell. l. 1. c. 19. & Plin. l. 13. c. 13.

a Tot annos viuentis, *quos haberet pulmo, hausti corporis*, Ouid. Metam. 14.

b Seu Deus non inueniat sanctos quibus, neque sanctas per quas vaticinetur.

c Visa est Appio virgo Pythia subdole causata oraculi silentium, cùm ipsa tremebunda subterfugeret ingressum ad Deum quem adesse negauit.

d Hominem tamen simulato numine deceptura, se ad certissimam accingit, vittis ornatam, infulâ laureatâ redimitam, crinibus à tergo solutis.

e Parnasside, quia Parnassus in Phocide.

f Moras texentem.

g Antiste, *supra* v. 124.

h Metuens tamen adytum & penetrale ingressu, in limine restitit.

i Se numine concepto afflatam fingens, nescia quæ simulatè secum murmurat. k Non extra se rapta, non vexato à Deo, vt infra v. 168. & Virg. AEn. 6. l Interruptæ. vel perplexæ, obscuris vera insolentia. m Non æquè noxia Appio futura simulata hæc, atque illa veri oraculi verba quæ insequebantur. n Supra v. 51. b. o Cum non apparerent signa illa quæ numine afflatas comitari solent, non verba interrupta & tremula— p —non vox mortale sonans— q —non laurea capiti excussa comarum horrore infra v. 191.— r —Non *attonita tremere omnia visa repente, Liminaque laxosque foris testesque moueri Mons circum*, &c. Virg. 6 & 8. AEn.— s —arguebant Pythiam doli & metus, vt quæ veri enthusiasmi laborem horreret. t Non solicitari oraculum, non adesse vati Deum. u Et mihi quem fallis, & Deo quem fingis dabis pœnas, nisi descendas in antrum, deque huius belli euentu respondeas vere, non— x —tuis verbis Deum mentita, nec mihi non afflata.

Quod

f Quod non exhauſtæ per tot iam ſecula rupis
Spiritus ingeſſit vati: tandemque potitus
Pectore [a] Cirrhæo, [a] non vnquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan: mentémque priorem
Expulit, atque [b] hominem toto [c] ſibi cedere iuſſit
Pectore. bacchatur demens [d] aliena per antrum
Colla ferens, vittáſque Dei, Phœbeáque ſerta
Erectus [e] diſcuſſa comis, per inania templi
[f] Anciſiti ceruice rotat, ſpargitq; [g] vaganti
Obſtantes tripodas, magnóque exæſtuat [h] igne,
[i] Iratum te Phœbe ferens: nec verbere ſolo
Vteris, & ſtimulis; flammas in viſcera mergis.
Accipit & frænos: nec tantum prodere vati,
Quantum ſcire, licet. [l] venit ætas omnis in vnam
Congeriem: miſerúmque premunt tot ſecula pectus,
Tanta patet rerum ſeries, atque omne futurum
Nititur in lucem: vocémque petentia fata
Luctantur: non prima dies, non vltima mundi,
Non modus Oceani, numerus [m] non dêerat arenæ.
[n] Talis in Euboïco vates Cumana receſſu,
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Exterpſit Romana manu. [o] ſic plena laborat
Phemonoë Phœbo, dum te conſultor [p] operti
[q] Caſtalia tellure Dei vix inuenit, Appi,
Inter fata diu quærens tam magna latentem.
[r] Spumea tunc primùm rabies veſana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tunc mœſtus vaſtis vlulatus in antris,

f Quod ventus ille ex ſpiramento ſpecus non iam exiit, ſed immiſit virgini.
a Fatidico, Cyrrhæ virginis, Phœbados.
a Nullius vnquam vatis mentem plenius inuaſit.
b Sensum ſui, mentem humanam.
c Sua inſpiratione.
d Non iam ſui iuris rotata pro arbitrio Phœbi cuius inſtinctu agitabatur.
e Horrore, vt ſupra v. 154. Non comptæ manſere comæ. AEn. 6.
f In vtranque partem alternatim ductâ, vacillanti, vltro citroque agitatâ.
g Sibi furibundæ & diſcurrenti obuios.
h Calore numinis.
i Vtrùm virgini, quæ modò illius numen fuerat mentita, quod interminata fuerat Appius ſupra v. 159. An Appio curioſo futuri inquiſitori?
k Neque ſtimulas tantùm atque incendis virginem vt canat futura: ſed & frena injicis, ne plura vaticinetur, quàm ſcire opus eſt. infra v. 197. ea frena furenti Concutis, & ſtimulos ſub pectore

uertit Apollo. AEn. 6. Virg. l Iamque conceperat omnia omnium ætatum fata, quæ animo furentis vna quaſi facie obſeruata, enunciari & in lucem proferri poſcebant. m Non latebat illam, non fugiebat vatis notitiam. n Vti Sibylla indignata ſuum oraculum ab omnibus mortalibus ſolicitari, & cæterorum cumulo exerpta Rom. tantùm fata nouem libris complexa eſt, quos Tarquinio Superbo obtulit, &c. A. Gell. l. 1. c. 19. — o — Ita Phœbes haut inter alia innumera vix tandem inuentum & ſemotum Appij fatum, impulſo numinis conceptâ inſtinctu, horrendo vocis ſono, Appio inter obſcuras verborum ambages, cecinit: Nihil, inquiens, ad te hoc Romanæ bellum: Euboia Colam obtinebit, &c. Val. Max. l. 1. c. 8.
p Occulti, tecti. q Delphico antro. r Os rabidum, fera corda, &c. Virg. 6. AEn.

Extremæq; sonant domita iam virgine [a] *voces.*
Effugis ingentes, tanti discriminis expers,
Bellorum Romane minas: solúsque quietem
Euboici vasta lateris conualle tenebis.
Cætera suppressit, faucésque obstruxit Apollo.
[t] *Custodes tripodes fatorum, arcanáque mundi,*
Túque potens veri Pæan, [u] *nullúmque futuri*
A Superis celate diem, suprema ruentis
Imperij, [x] *cæsósque duces, & funera* [y] *regum,*
[z] *Et tot in Hesperio collapsas sanguine gentes.*
Cur aperire times? [a] *an nondum numina tantum*
Decreuére nefas? & adhuc dubitantibus astris
Pompeÿ damnare caput, tot fata tenentur?
[c] *Vindicis an gladÿ facinus, pœnáque furorum,*
Regnáque ad vltores iterum redeuntia Brutos,
Vt peragat fortuna, taces? Tunc [d] *pectore vatis*
Impactæ cessêre fores, excluságue templis
Prosiluit: [e] *perstat rabies, nec cuncta locuta est.*
Quem non emisit, superest Deus. [f] *ille feroces*
Torquet adhuc [g] *oculos, totóque vagantia cœlo*
Lumina: nunc vultu pauido, [h] *nunc torua minaci,*
[i] *Stat nunquam facies: rubor igneus inficit ora,*
Liuentésque genas: [k] *nec, qui solet esse timenti,*
Terribilis sed pallor inest: nec fessa quiescunt
Corda, sed vt tumidus [l] *Boreæ post flamina pontus*
Rauca gemit; sic multa [m] *leuant suspiria vatem.*
[n] *Dúmque á luce sacra, qua vidit fata, refertur*
Ad vulgare iubar, mediæ venêre tenebræ.
Immisit Stygiam Pæan in viscera Lethen,
Quæ raperet secreta Deûm. tum pectore verum
Fugit, & [o] *ad Phœbi tripodas rediêre futura:*

a Illæ quæ seq. *Et ta frena furenti Sacrasti.* supra v. 176.
t Causas inquirit poeta, cur non aperté Deus prædixerit euentum belli.
u Quem nihil futurorum latere voluerit Superi.
x Cædendos, cæsos.
y Inhæc, &c. an principum?
z Et cædes gentium miscendas funeribus ciuium Rom.
a An nihil adhuc decretum à dijs de euentu belli, & Pompeij morte?
b In dubio, à dijs vel, silentio oraculi suppriminitur.
c An fortè subtices, quo melior Nemesis exigat à Cæsare pœnas ciuilis huius belli, asserátque in libertatem Remp. interfecto à D. & M. Brutis Cæsare, vti à Iunio Bruto quondam exacto Tarquinio?
d Pectore inuentis vatis diffiluere fores impulsæ, ipsáque euolat.
e Nondum Deum penitus pectore excusserat.
f Phœbus.
g Virginis Pythiæ.
h ἐμπεδοπλήξ ὁ δαίμων πάντοτε, semper.
i Non vultus, non color vnus. Aen. 6. Virg.
k Pallor est non tamen, sed terentis.
l Ponente iam & cessante Borea.
m Animum vatis sedant reficiuntque.
n Inter lucem illam adyti sacram & ætheream hanc in quam reditura erat vel inter ciuitatem illam raptæ mentis notitiam & hanc humanam cognitionem, Phœbus medium iniecit caliginem & seperatam rerum visarum oblivionem. Allusum simul ad Lethen & inferos.
o Notitia futurorum se recepit in oraculum fatorum custodem.

P Vti-

p Vixq; refecta cadit. q nec te vicinia leti
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus Appi:
r Iure ſed incerto mundi, f ſubſidere regnum
t Chalcidos Euboicæ vana ſpe rapte parabas.
Heu u demens, nullum belli ſentire fragorem,
Tot mundi caruiſſe malis, præſtare Deorum
Excepta quis morte poteſt! ſecreta tenebis
Litoris Euboici memorando condite buſto,
x Quà maris anguſtat fauces y ſaxoſa Caryſtos,
z Et tamidis infeſta colit qua a numina Rhamnus,
Arctatus rapido feruet qua gurgite pontus,
b Euripúſque trahit, curſum mutantibus vndis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus c Aulim.
Interea domitis Cæſar remeabat Ibêris,
Victrices aquilas d alium laturus in d orbem:
e Cùm propè fatorum tantos per proſpera curſus
Auertêre Dei. nullo nam Marte ſubactus
Intra caſtrorum timuit tentoria ductor
Perdere ſucceſſus ſcelerum: cùm pænè fideles
Per tot bella manus ſatiatæ ſanguine tandem
Deſtituêre ducem: f ſeu mœſto claſſica paulùm
Intermiſſa ſono, clauſúſque, & frigidus enſis.
Expulerat belli furias: ſeu præmia miles
Dum maiora petit, damnat cauſámque, ducémque,
Et ſcelere imbutos etiam nunc x venditat enſes,

p Sic vlt. v. Lr. & laſſo incuſt defoſſa furare.

q At is ratus (inquit Val. Max.) conſilio ſe Apollinis moneri, ne illi diſcrimini intereſſet, in eam regionem ſeceſſit, quæ inter Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, Caryſtumq; Chalcidico freto vicinam interiacent, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, vbi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, prædictum à Deo locum ſepulturâ poſſedit.

r Dum adhuc incertum ſit, penes quem ſit futurum imperium.

f Sibi ſubijcere, inuadere dolo, ἐπιδρύεσθαι. ſi enim pro ſubſiſtere abſolutè accipias, legend. erit regno.

t Chalcidos in Euboia, vrbis ad Euripum ſitæ, Aulidi obiectæ. Ad differentiã alterius in Aetolia.

u Qui ſperabas tibi vllo receſſu tanquam Homericâ tecto nubem, à tam late graſſanti malo ſecuritatem, quàm niſi mors ſola nemo Deorum præſtare valet.

x Neque tamen eſt Caryſtos in freto Euripi, ſed Cycladibus oppoſita in Eubœa inſ. vrbs.

y Marmore nobilis.

z Et qua iacet Rhamnus Atticæ pagus, vbi colitur Nemeſis ſuperbiæ & inſolentiæ vindex, quæ & hinc dicitur Rhamnuſia.

a Nemeſin.

b Fretum hinc Bœotiam & Atticam, inde Euboiam inſ. interluens, ponte a iugerum iunctus. Strecho de Negroponte. ſepties die ac nocte reſtuum eo impetu vt nauigia reluctantibus ventis ſecum rapiat.

c Portum Bœotiæ Græcorum contra Troiam coniuratione & motâ claſſis Græcæ nobilem.

d In Epirum & Macedoniam contra Pompeium.

e Cum ciuilis belli proſperos ſucceſſus Dij penè euerterent, coortâ ſeditione in exercitu.

f Siue, quòd militari ſeruis per belli intermiſſionem ad Placentiam deferueſcente, ad otium & pacem inclinabant: ſiue quod ſtipendijs auctiora peterent, ad ciuile hoc bellum maiori precio operam venalem licebantur. Cæſaris exercitus (loquit Appianus) iuxta Placentiam ſeditione edita, quòd diutius in bello tenerentur, Imperatorem coepit conclamare. Minus porrò quinque ſingulos olim pollicitus à Cæſare, quem Brundiſij eſſe inſtantius petebat. l. 2. de ciu. bel.

g Alij leg. vindicat. ſi tamen vult, miſſionem petit.

h Haud

h Haud magis expertus discrimine Cæsar in vllo est,
Quam non è stabili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret, starétque super titubantia fultus,
Tot raptis i truncus manibus, gladióque relictus
Pænè suo, qui tot gentes in bella trahebat,
Scit non esse ducis strictos, sed militis, enses.
k Non pauidum iam murmur erat, nec pectore tecto
Ira latens: l namquæ dubias constringere mentes
Causa solet, dũ quisque pauet, quibus ipse timori est,
Seq; putat solum regnorum iniusta grauari,
Haud retinet. quippe ipsa metus exoluerat audax
Turba suos. m quicquid multis peccatur, inultum est.
Effudêre n minas: o Liceat discedere Cæsar
Arabie scelerum. quæris terráque marique
p His ferrum iugulis, animásque effundere q viles
Quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostri
Eripuit: partem duris Hispania bellis:
Parsque acet r Hesperia: totóque exercitus orbe
Te vincente perit. Terris fudisse cruorem
Quid iuuat Arctois, s Rhodano, Rhenóque subactis?
Tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.
t Cepimus expulso patriæ cùm tecta Senatu,
Quos hominum, vel quos licuit spoliare Deorum?
u Imus in omne nefas, manibus, ferróque nocentes,
Paupertate pij. finis quis quæritur armis?
Quid satis est, si Roma parum? x Iam respice canos
Inualidásque manus, & inanes cerne lacertos.
x Vsus abit vitæ: bellis consumsimus ævum.
y Ad mortem dimitte senes. z en improba vota:
a Non duro liceat morientia cespite membra
Ponere, b non animæ galeam fugiente ferire,

h Sedition em per X. annos in Gallicis bellis non senserat, in ciuilibus aliquas, Sueton in Cæsc 69. nunquam tamen a. liis neque maiori eum periculo experiens est quàm lubrica & instabilis esset imperatoris sedes, militaribus vitiis huc illuc paruo momento impulsis freti. à quibus si destitutus fuerit sibique relictus, tum denique fatebitur non suo sed militum ense pugnandum esse.

i Orbatus, destitutus militibus.

k Neque clanculariæ erat coniuratio sed aperta seditio.

l Non enim Cæsaris milites in imperio continuit, qui alios plerunque, metus, ne paucorum, qui grauatim ferunt tyranni iniustum imperium, coniuratio indicaretur: sed emanârat iam in plurimos seditio, qui iunctæ quasi ex bone phalanges præsidentium loquitabantur &—

m —quod à multis peccatur impunè fieri creditur.

n Has quæ seq.

o Petimus missionem, Cæsar, eamque iustam à ciuilium bellorum furore.

p Qui nos iugulent.

q Nostras, apud te leni aut nullo precio habitas. r In Italia. s Gallis & Germaniæ Rhodani Rhenique fl. accolis. t Captâ Româ, neque ædes ciuium neque templa deorum nobis diripienda perniciebantur. u Arguamur quidem propter arma nefaria & scelestas rapinas, impij, sed propter paupertatem, pij: illa tibi, hæc nobis. x Optima vitæ pars nobis perijt, bellis insumpta, nec dum prosperimus senectuti, aut quæsuimus canis vinctum. y Vt domi moriamur. z Ironicè. Quantulum est hoc votum? a Liceat tandem molliter requiescere, non duro solo vique in castris recumbere. b Nos in pugna vi que morientes ferire galeam, sc. Alij leg. gladium.

Atque

Atque [c] oculos morti clausuram quærere dextram,
Coniugis illabi lacrymis, [d] vniq; paratum
Scire rogum. liceat [e] morbis finire senectam.
Sit præter gladios aliquod sub Cæsare fatum.
Quid, velut ignaros ad quæ portenta paremur,
Spe trahis? vsqueadeò soli ciuilibus armis
[f] Nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
Nil actum est bellis, si non dum comperit istas
[g] Omnia posse manus. [h] nec fas, nec vincula iuris
Hoc audere vetant. [i] Rheni mihi Cæsar in vndis
Dux erat, hic socius. [k] Facinus quos inquinat, æquat.
Adde, quòd ingrato meritorum iudice virtus
Nostra perit. quicquid gerimus fortuna vocatur.
[m] Nos fatum sciat esse suum. licet omne Deorum
Obsequium speres, [n] irato milite, Cæsar,
[o] Pax erit. Hæc fatus, totis discurrere castris
Cæperat infestoq; ducem deposcere vultu.
[p] Sic eat, ô Superi, [q] quando pietásque, fidésque
Destituunt, morésque malos sperare relictum est;
Finem ciuili faciat discordia bello.
[r] Quem non ille ducem potuit terrere tumultus!
Fata sed in præceps solitus demittere Cæsar,
Fortunámque suam per summa pericula gaudens
Exercere, [t] venit: nec, dum desæuiat [t] ira,
Expectat: medios properat tentare [t] furores.
[u] Non illis vrbes, spoliandáque templa negasset,
[x] Tarpeiamq; Iouis sedem, [y] matrésque Senatus,
Passuráque infanda nurus. vult omnia Cæsar

c Propinqui dextram, quæ oculos morientibus claudat. l. 3. v. 740.
d Militiæ enim pluribus vnus rogus erigitur.
e Non ferro vsque.
f Quasi verò nesciamus, quanta maneant milites præmia, qui vel sceleste suis ducis cæde, bello ciuili finem imponunt.
g Etiam ipsum ducem de medio tollere.
h Neque enim tenemur iure sacramenti, quò minus hoc audeamus—
i —In bello quidem Gallico & Germanico datus es nobis dux: hoc suscepisti bellum sine imperio, nobis fretus. & quidni tocij simus?—
k —Qui eodem crimine tenentur, æquales sunt & socij. Ita Impp. Leo & Anthemius in Constitutione, Cod. Iust. 3. Vt eos quos par facinus coinquinat, æquat, vtrosque similis pœna constringat.
l Qui fortunæ suæ, non virtuti nostræ prælia feliciter gesta ferat accepta.
m Faciemus vt in-

telligat felicitatem suam à nobis pendere. n Et deserente te. o Non poteris bellum gerere. p Deos precatur poeta, vt discordia & rebellionis huius interneciu dirimatur bellum ciuile. q Vbi in ducibus deficit pietas & fides in patriam & ciues suos, speremus à perfidia & rebellione militum finem ciuilis belli. r Non tamen Cæsarem. Qui (referente Suetonio) fecit vt celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentiâ ducis quam celeritate. Non enim cessit vnquam tumultuantibus; atque etiam obuiam semper ijt. s Quibus rebus (inquit Appianus) commotus Cæsar, ex Massilia Placentiam magna celeritate felicitadineque peruenit, & ad milites adhuc dissidentes profectus, hunc in modum fari cœpit.
t Militum. u Neque enim rapinas raptusque suis negasset suo iudicio, quod illa improbasset; sed quo militum animos horum amore & desiderio lucitatos detineret. x l. 1. v. 198. y Matronas & virgines stupranda.

A se sæua peti, vult præmia Martis amari:
Militis indomiti tantum mens [z] *sana timetur.*
Non pudet, heu Cæsar, soli tibi bella placere
Iam [a] *manibus damnata tuis? hos antè pigebit*
Sanguinis? his ferri graue ius erit? ipse per omne
Fásque nefásq; rues? lassare, & disce [b] *sine armis*
Posse pati: liceat scelerum tibi ponere finem.
Sæue quid insequeris? quid iam nolentibus instas?
Bellum te ciuile fugit. Stetit [c] *aggere fultus*
Cespitis, intrepidus vultu, [d] *meruitque timeri*
[e] *Non metuens: atque hæc ira dictante profatur.*
Qui modò in absentem vultu, dextráque furebas
Miles, babes nudũ, promptumq; ad vulnera pectus,
[f] *Hîc fuge, si belli finis placet, ense relicto.*
[g] *Detegit imbelles animos nil fortiter ausa*
Seditio, tantúmque fugam meditata iuuentus,
Ac ducis inuicti rebus lassata secundis.
[h] *Vadite, méque meis ad bella relinquite fatis:*
[i] *Inuenient hæc arma manus, vobísque repulsis:*
Tot reddet Fortuna viros, quot tela vacabunt.
[k] *Annè fugam Magni tanta cum classe sequuntur*
Hesperiæ gentes, nobis victoria turbam
Non dabit [l] *impulsi tantum quæ præmia belli*
Auferat, & vestri rapta mercede laboris,
Lauriferos nullo comitetur vulnere currus?
[m] *Vos defecta senes, exhausta sanguine turba*
Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.
Cæsaris an cursus vestræ sentire putatis
Damnum posse fugæ? [n] *veluti si cuncta minentur*
Flumina, quos miscent pelago, subducere fontes,
Non magis ablatis vnquam decresceret æquor,
Quàm nunc cresci, aquis: an vos momenta putatis

a Pacem appetens, detestata bellum scelestum.
a Militibus, iisque seria.
b Ἔστι δὲ τοῦτο μιθ', Hispanis vsitatus. Senecæ Thyestes, posse sine regno pati. Senec. 2. contr. 2. potes sine viro pati. & noster infra l. 9. v. 110. nescis sine rege pati.
c Quò emineret, ad milites concionaturus.
d Autoritate & maiestate verendus.
e Dissimulato metu, inquit Frontinus l. 1. Stratag. c. 9.
f Pectore hoc meo recondo ensem, & bello quod adeò tibi displicet finem impono. Alij leg. Hinc fu.
g Multa seditiosè in ducem loqui, nihil audere arguit degeneres ignauosque animos, ad fugam quàm ad bellum paratiores.
h Hinc facessite, positis armis.
i Facile inuenian nouos milites qui capessant arma à quibus vos discedetis.
k Ciui videatis tantas Italorum atque Hispanorum copias sequi Pompeium fugientem & prope victum; creditisne mihi defuturos milites, belli iam penè absoluti, victoriæ & triumphi comites facili & parno labore in vestri honoris præmia cessuros?
l Iam præcipitis & quasi peractã.
m Vos bello diutino fractã, ad propter pertidiam vestram inhonorati, turbæ & sine nomine vulgo redditi atque in fecem plebis relati, spectabitis nos triumphantes.
n Non magis quàm minueretur mare, si fontes arguent illi flumina.

Vlla dedisse mihi? [o] *nunquam sic cura deorum*
Se premit, vt vestræ morti, vestræq; saluti
Fata vacent. Procerũ motus hæc cuncta sequũtur.
[p] *Humanum paucis viuit genus.* [q] *orbis Iberi*
Horror, & Arctoi, nostro sub nomine miles,
Pompeio certè fugeres duce. [r] *fortis in armis*
Cæsareis Labienus erat: nunc transfuga vilis
Cum duce prælato terras, atque æquora lustrat.
[t] *Nec melior mihi vestra fides, si bella nec hoste,*
Nec duce me geritis. quisquis mea signa relinquit,
Nec Pompeianis tradit sua patribus arma,
Hic nunquam vult esse meus. sunt ista profectò
Curæ castra Deis, qui me committere tantis,
Non nisi [x] *mutato voluerunt milite, bellis.*
Heu, [u] *quantum Fortuna humeris iam pondere fessis*
Amolitur onus! sperantes omnia dextras
Exarmare datur, quibus hic non sufficit orbis.
Iam certè [z] *mihi bella geram: discedite castris:*
Tradite nostra [a] *viris ignaui signa* [b] *Quirites.*
[c] *At paucos, quibus hæc rabies auctoribus arsit,*
Non Cæsar, sed pœna tenet, procumbite terræ:
Infidúmque caput, feriendáque tendite colla.
Et tu, quo solo stabunt iam robore castra
Tiro rudis, specta pœnas, & disce ferire,
Disce mori. Tremuit sæua sub voce minantis
Vulgus iners: [d] *vnumq; caput, tam magna iuuentus*

o Cura Deûm, non tam demittit se & ad vilia descendit, vt vestris rebus vacet, plebem respiciat de principum negotijs Dij tantùm sunt solliciti, illis cæteros omnes seruire volunt.—

p —Ita, in paucorum (h.e. principum) vtilitatem, cæteri omnes nascuntur & viuunt.

q Qui me duce Gallos, Germanos, Hispanos debellastis, fugistis certè, nisi Pompeium ducem. adeò præstat exercitus ceruorum leone duce, &c.

r Labienus, legatus meus in bello Gall. quondam fortis & vbique victor, ex quo ad Pompeium à me defecerit animo & fortunâ simul cum fide deficiens vagatur profugus cum duce quem mihi præstulit. De Labieni defectione ad Pomp. vide quæ Dio l. 41.

s Neque tamen mollius iudicabo de fide vestra quàm Labieni etiamsi ad Pompeiũ non defeceritis. neque enim ego illum pro meo habiturus sum, nisi qui meas partes secutus fuerit. t Firmioribus viribus ex nouo milite conscripto. u Quantâ curâ me exonerat Fortuna, cui modò solicito de præmio militibus, quibus totus orbis diuidendus vix sufficeret, pro strenue nouata opera permunerando, iam ad manum & in promptu merces est abunde ipsorumque votis expetita, mera missio, absque præmijs. x Quibus fas erat omnia à me sperare. y Missos facere. z *Implacabiles* non vobis, qui me deseruistis. a Fortibus; namque vos ignaui estis. b In alia seditione, (vel Suetonio) ardente tunc in Africa bello, milites missionem & præmia cum ingentibus minis flagitantes, vna voce qua *Quirites* eos appellarat, tam facile circumegit & flexit, vt ei milites esse se confestim respondirent: & quamuis recusantem in Africam sint secuti. c Paucos nihilominus retineo, neque ego tamen, sed pœna, seditionis huius auctoribus infligenda, vt exemplum ad nouos milites transeat, qui discant capite plectere seditiosos, ipsi simile expectant supplicium, si quid simile deliquerint. *Grotius exponit*, Disce in pœna, quod in prælio vsurpes, ferire & mortem contemnere. d Vnum Cæsarem timuerunt, quem facile fuerat in ordinem redigere, si ab eo recederent. perinde ac si ipsi enses imperium ducis executui fuissent, retinente & detractante imperium milite.

Pri-

Priuatum factura timet: velut ensibus ipsis
Imperet, inuito moturus milite ferrum.
Ipse pauet, ne tela sibi dextræq; negentur
e Ad scelus hoc Cæsar: vicit patientia sæui
Spem ducis, & f iugulos non tantùm præstitit ensi. 370
g Nil magis, assuetas sceleri quàm perdere mentes,
Atque perire timet. tam diro fœderis ictu
Parta quies. pœnáque redit placata iuuentus.
Brundusium h decimis iubet i hanc attingere castris
Et cunctas reuocare rates, quas k auius Hydrus, 375
Antiquúsque l Taras, secretáque litora m Leucæ,
Quas recipit n Salapina palus, & subdita o Sipus
p Montibus: Ausoniam quà torquens frugifer oram,
Dalmatico Borea, Calabróque obnoxius Austro
Appulus Adriacas exit Garganus in vndas. 380
q Ipse petit trepidam tutus sine milite Romam
Iam doctam seruire r togæ: populóque precanti
Scilicet indulgens, s summum Dictator honorem
Contigit, & t lætos fecit se Consule u fastos.
x Namq; omneis voces, per quas iam tempore tanto 385
Mentimur dominis, hæc primùm repperit ætas,
Qua sibi ne ferri ius vllum Cæsar abesset,
Ausonias voluit y gladys miscere secures.
Addidit & y fasces aquilis, & z nomen inane
Imperij rapiens, a signauit tempora digna 390
Mœsta nota. nam quo melius Pharsalicus annus

e Ad interficiendos eos qui missionem & pacem optauerunt.
f Nonam legionem apud Placentiam, totam cum ignominia missam fecit: ægrèque post multas & supplices preces, nec nisi exactâ de singulis pœnâ, restituit. Sueton. in Cæsare. Nonæ legionis, quæ seditionis causam inprimis præstitit, decimatione constitura, genitu ab omnibus edito, prætores genibus affusi veniam supplices ab ipso deposcebant. Cæsar tandem vix irâ positâ, hoc concessit vt C. decimarentur & XX. seditionis principes ab omnibus eligerentur, & XII. ex his à carteris selecti supplicio afficerentur. Appian. 2. de bellis ciu.
g Nihil magis timuit, quàm ne veterani ad omne scelus assueti vel ferociam animi ponerent, vel ab ipso recederent.
h Decem dierum itineribus. Et satis quidem longis citatisque, si modò longitudinem ferè Italiæ armati X. diebus sint emensi.
i Inuentutem h.e. exercitum.
k Flexuosus fluuius Calabriæ.
l Ex iuxta Tarentum.
m Vrbis Salentinorum.
n Salapia Apuliæ opp. Annibalis meretricio amore famosum.
o Sipuntum, Apuliæ vrbs.
p Garganus, qui Apuliæ mons est, hinc Austro è Calabria, inde Boreæ è Dalmatia flanti expositus, cui subiacens promontorium in mare Adriaticum exteditur.
q Cæsar compositâ seditione, sine exercitu Romam contendit.
r Pacis artes Cæsari iam togato.
s Neque Senatu aut Consule illum deligente, seipsum Dictatorem nominauit Cæsar. vndecima deinde die Dictaturæ se abdicauit postquam se & P. Seruilium Coss. creasset.
t Ironicè.
u Supra v. 5.
x Namque ab hoc anno, quo Cæsar, ne quod sibi ferro faciendi ius deesset, summam imperij potestatem consulatui adnexuit, inualere omnes illi siculi quibus tyrannis Impp. assentamur, coinsmodi sunt. *Diuus, semper Augustus, Pater patriæ, fundator quietis, Dominus*, &c.
y Imperatorum insignia insignibus Consulum.
z Consulis aut etiam Imperatoris, cum rectius appellandus esset tyrannus.
a Signauit annum suum exde Pompeij, cuersionc Senatus & libertatis.

Cæ-

Consule notus erit? [b] *fingit solennia campus,*
Et non admissa dirimit suffragia plebis,
Decantátque tribus, & vana versat in vrna.
[c] Nec cœlum seruare licet; tonat augure surdo,
Et lætæ iurantur aues, bubone sinistro.
Inde perit primùm quondam veneranda [d] potestas
Iuris inops: careat tantum ne nomine tempus,
[e] Mensiruus in fastos distinguit secula Consul.
Nec non [f] Iliacæ [g] numen quod præsidet Albæ
[h] Haud meritum [i] Latio solennia sacra subacto
Vidit flammifera confectas nocte Latinas.
Inde rapit cursus, &, [k] quæ piger Appulus arua
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbæ,
[l] Ocyor & cœli flammis, & tigride fœta
Transcurrit: [m] curuiq; tenens [n] Minoïa tecta
Brundusii, [o] clausas ventis brumalibus vndas
Inuenit, & [p] pauidas hyberno sidere classes.
Turpe duci visum est rapiendi tempora belli
In segnes exisse moras, portúque teneri,
Dum pateat tutum vel [q] non felicibus æquor.
[r] Expertes animos pelagi sic robore complet:
Fortius hyberni flatus, cœlúmque fretúmque
Cùm cepere, tenent, quàm quos incumbere certos
[s] Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.
[t] Nec maris anfractus, lustrandáque littora nobis,

b Hinc posteaquam ad vnum Cæsarem cuncta fuerint delata, omnes maiorum ritus & disciplina in creandis magistratibus sublata sunt. Imaginaria quædam Comitiorũ in Campo habetur species, citantur à præcone tribus, neque tamen conueniunt aut admittuntur ad distincta suffragia, frustra in cistas conijciuntur tabellæ, siquidem Imperator vel centurijs commendat vel ipse designat creatque quem vult Consulem.

c Preuaricato etiam omni iure auspiciorum. Neque enim, pro more veterum, adhibentur Comitijs centuriatis Augures tres, qui cœlum & aues obseruent aut si adhibeantur, cùm propter Iouem tonantem, fulgurantémve aut infausta auspicia comitia impediri oporteat, dissimulant tamen se non audisse tonitrus, & quæcunque mali ominis apparuerint auguria, parati sunt iurare læta esse & auspicata.

d Consularis, a toritate sua & iure plurima.

e In breue tempus, senos menses, binos, singulos, creatus Cos. Hoc enim sub Imp. postea factitatum meminere Suetonius in Caligula, Claudio, Nerone; & Tacitus l. 17. de Othone.

f Ab Ascanio Troiano conditæ.

g Iupiter Latialis, cui quotannis noui Cos. in monte Albano Latinas celebrabant de nocte ferias in memoriam fœderis inter Tarquinium Sup. & Latinos renouati. Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.

h Indignum sacris, quia Latij libertatem non defenderat.

i His rebus & ferijs Latinis, comitijsque omnibus perficiendis XL. dies tribuit, inde ab vrbe profici scitur, Brundusiumque peruenit. Com. 3 ciu. bel.

k Per Apuliam inculcatum, & herbâ horridam relictam.

l Hyperbole, de tigridis catulis orbatæ velocitate, vide quæ nos ex Plinio & Solino ad 18. ep. Martialis lib. spectac.

m l. 2. v. 813.

n A Cretensibus, quibus Minos imperauit, condita, vt l. 2. v. 610.

o Non tentandas nauibus.

p Tempestates hybernas minante Delphino oriente cum Cane matutino.

q Pompeianis, vel alijs, quos minus felices iudicabat quàm suos.

r Huiusmodi oratione confirmauit milites suos ad mare tentandum, suasitque vt impedimenta in Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderent, &c. Com. ciu. bel. 3.

s Propter ventorum crebras mutationes sub incertis vernis sideribus.

t Neque per circuitum iter est, vnde opus sit variis ventis: sed vno tantùm constanti. Aquilone tamen commodior erat Auster, quod testatur Com. de ciu. bel. 3. *Nolli, in qui, Austrum. &, Increbuit Auster.*

Sed

Sed rectí fluctus, solóque Aquilone secandi.
Hic vtinam summi [u] *curuent carchesia mali,*
Incumbátque furens, & [x] *Graia ad mœnia perflet*
[y] *Ne Pompeiani Phœacum è litore toto*
Languida iactatis comprendant carbasa remis.
Rumpite, quæ retinent felices vincula proras.
Iamdudum nubes, & sæuas perdimus vndas.
[z] *Sidera prima poli Phœbo labante sub vndas*
Exierant, & [a] *luna suas iam fecerat vmbras:*
Cùm pariter soluêre rates, totósque rudentes
Laxauêre [b] *sinus: &* [c] *flexo nauita cornu*
Obliquat læuo pede carbasa, summáque pandens
[d] *Suppara velorum peritiras colligit auras.*
Vt primùm [e] *leuior propellere lintea ventus*
Incipit, exiguumq; tument; mox reddita malo
In mediam cecidêre ratem: terráque relicta
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat aura.
[g] *Æquora lenta iacent alto torpore ligata.*
Pigrius immotis hæsêre paludibus vndæ.
Sic stat iners Scythicas astringens Bosporus vndas
Cùm glacie retinente fretum non impulit Ister,
Immensumq; gelu tegitur mare: [h] *comprimit vnda,*
Deprendit quascunque rates: [i] *nec pervia velis*
Æquora frangit eques, fluctúque latente sonantê
Orbita migrantis scindit Mœotida [k] *Bessi.*
[l] *Sæua quies pelagi, mœstóque ignaua profundo*
Stagna [m] *iacentis aquæ veluti deserta rigente*

[u] Vehementi flatu vrgeat & inclinet summum mali partem, quo velum attollitur.
[x] Epidamnum seu Dyrrhachium. l. 2. v. 614. ab iis Corcyræusibus qui Phæacum Insulam tenuerunt, conditum. Thucyd l. 1. Strabo l. 7. atque Apollonium.
[y] Ne Pompeianæ è litore Dyrrhachino triremes inuadant nostras onerarias ventis destitutas.
[z] Conclamantibus omnibus, *imperare, quod velles; quodcunque imperauisset, se æquo animo esse facturos*, pridie Non. Ian. mane solebat, impositis VII legionibus, postridie terram attigit iuxta sacra Ceremoniorum, &c. Comm. bel. 3.
[a] Notatio temporis vespertini.
[b] Velorum sinus.
[c] Synecdoch. ipsa vela.
[d] Obliquato in longitudinem nauis velo, ad captandum flantem à latere ventum remittentem, eorum antennæ cum pede, imo veli angulo sinistro producunt nautæ, redacto altero.
[e] Parum crebrescens.
[f] Venti flatus qui naues à terra deduxerat, remigi aduersus.
[g] Iamque malacia æquor sternebatur.
[h] Astringi, retineri.
[i] Pontus & Mæotis palus. modò nauigijs pervia iam indurata equitibus, curribus & plaustris solum præstant. orbita autem vestigium rotæ est, ipsa rota, Synec. curtus.
[k] Bessorum pop. Thraciæ ad Æmum montem.
[l] Ista tranquillitas stagnantis maris Cæsari magis aduersa & inclemens quam sæuissima tempestas, instar glacialis maris, Pontique gelu constricti nec seruantis cursus vicissitudines; non æstu fluit, non reciproco fluxu refluxuque æstuat, non ex vndarum motu solis splendorem & imaginem vibrat. *Solis imaginem interpretes Lunam esse volunt, veriusque hæc omnia ad Iuuenem Magnum & Cæsaris nostrorum nauigationem, dicimus: Lector.*
[m] Propter tranquillitatem insuperabilem.

they bring foze the larboard tack.
toplatles.
becalmed.

Æquora

Æquora naturâ ceſſant, Pontúſque vetuſtas
Oblitus ſeruare vices; non commeat æſtu,
Non horrore tremit: non Solis imagine vibrat.
Caſibus innumeris fixæ [n] patuêre carinæ.
Illinc [o] infeſtæ claſſes, & inertia tonſis
Æquora moturæ; [p] grauis hinc languore profundi
Obſeſſis ventura fames. [q] noua vota timori
Sunt inuenta nouo, fluctus, nimiáſque precari
Ventorum vires, [r] dum ſe torpentibus vnda
Excutiat ſtagnis, & ſit mare. nubila nuſquam,
Vndarúmque minæ: [ſ] cœlo languente, fretóque
[t] Naufragij ſpes omnis abit. ſed nocte fugata
[u] Læſum nube diem iubar extulit, imáque ſenſim
Concuſſit pelagi, [x] mouítque Ceraunia nautis.
Inde rapi cœpêre rates, [y] atque æquora claſſem
Curua ſequi, quæ iam vento, fluctúque ſecundo
Lapſa [z] Palæſtinas [a] vncis confixit arenas.
[b] Prima duces vidit iunctis conſiſtere caſtris
Tellus, quam volucer [c] Genuſus, quam mollior [c] Apſus
Circumeunt ripis. [d] Apſo geſtare carinas
*Cauſa palus, leni quam * fallens egerit vnda.*
[e] At Genuſum nunc ſole niues: nunc imbre ſolutæ
Præcipitant: [f] neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terræ vicino litore nouit.
Hoc Fortuna loco tantæ [g] duo nomina famæ
Compoſuit: [h] miſeríque fuit ſpes irrita mundi,
Poſſe duces parua campi ſtatione diremtos
[i] Admotum damnare nefas. nam cernere vultus,
Et voces audire datur: [k] multóſque per annos
Dilectus tibi, Magne, ſocer, poſt [l] pignora tanta,

n Obnoxiæ fuere.
o Hoſtiles, Pompeianæ, remigijs & celeritate præſtantiores.
p Si diu maris tranquillitate detinerentur, grauis fames.
q Tempeſtates exoptantia.
r Modò ceſſet inertia corpore ſtagnare, redeat in ſuam naturã, exciteturque ventis.
ſ Ventis quieſcentibus, nubibus nuſquã apparentibus.
t Inuaſitque metus famis.
u Nubibus obductũ.
x Ceraunia Epiri montes moueri videbantur, cùm naues ventis agitarentur.
y Et fluctus ſimoſi à puppi ſurgentes cœpere impellere claſſem.
z Palæſte, vrbs Orico vicina. prope Ceraunia ad eum locũ qui appellatur Phartalus, omnibus nauibus ad vnam incolumibus milites expoſuit. l. 3. de bel. ciu.
a Ancoris.
b Eo tempore Pompeius erat in Candauia. Audito verò Cæſarem aduenisse & recepisse Oricum & Apollonium, Dyrrhachio timens adproperat. Cæſar ad fl. Apſum caſtra poſuit; Pompeius trans flumen.

c Macedoniæ fl. d Apſus * leniter fluens ſtagnat, ideoque nauigabilis eſt. e Genuſus torrentior eſt rapidiorque propter niues ſolutas quibus augetur. f Neuter fl. procul à mari oritur. g Cæſ. & Pompeium. h Iamque omnium expectatio in caſſum ceſſit: ſperauerant enim fore, vt duces iſti, ſi quando in mutuum alter alterius conſpectum veniſſet, nefarium hoc bellum improbarent. i In procinctu quaſi, & ante oculos vtriuſque poſitum. k Ex quo enim inita cum Pompeio affinitate, tradita illi in matrimonium filia ſua, Cæſar Gallias obtinuit, non contigit propiùs vidiſſe Pompeium quàm Ide, niſi quòd in Ægypto poſtea caput eius oblatum conſpexerit. l Nuptias Pompeij & Iuliæ, quæ grauida abortum fecit mortuaque eſt. vt diximus l. 1. v. 113.

Sanguinis infausti sobolem, mortémque nepotis,
Te nisi Niliaca propiùs non vidit arena.
[m] Cæsaris attonitam miscenda ad prœlia mentem
Ferre moras scelerum partes iussêre relictæ.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis,
[n] Iam tum ciuili meditatus Leucada bello.
[o] Illum sæpe minis Cæsar, precibúsque morantem
Euocat: O mundi tantorum causa malorum,
[p] Quid Superos, & fata tenes? sunt cætera cursu
Acta meo, summam rapti per prospera belli
Te poscit Fortuna manum. [q] num rupta vadosis
Syrtibus incerto Libye nos diuidit æstu?
Nunquid inexperto tua credimus arma profundo?
Iná, nouos traheris casus? ignaue, [r] venire
Te Cæsar, non ire, iubet. prior ipse per hostes
[s] Percussi mèdias alieni iuris arenas.
Tu mea castra times? pereuntia tempora fati
Conqueror: in ventos impendo vota, fretúmque.
Ne retine dubium cupientes ire per æquor:
Si bene nota mihi est, [t] ad Cæsaris arma iuuentus
Naufragio venisse volet. iam [u] voce doloris
Vtendum est: non ex æquo diuisimus orbem.
Epirum Cæsará tenet, totúsque Senatus:
Ausoniam tu solus habes. his [x] térque, quatérque
[y] Vocibus excitum postquàm cessare videbat,
Dum [z] se deesse Deis, at non sibi numina, credit:
Sponte per incautas audet tentare tenebras,
Quod [a] iussi timuêre, fretum: [b] temeraria prono
Expertus cessisse Deo: [c] fluctúsque verendos
*Classibus, * exigua sperat superare carina.*

m Cæsar expositis militibus eadem nocte naues remiserat Brundusium, quibus reliquas legiones equitatusque transportaret Antonius, cuius tardior aduentus Cæsarem in bella prouum remorabatur.

n Hic sub Iulio Cæs. exercitatus edoctusque bellum tractare ciuile, quale & ipse postea mouerit contra Octauium Augustum. in quo victus est prope Leucadem. l. 1. v. 43.

o Cæsar, inquit poeta, indignabundus Antonij moram huiusmodi verbis secũ stomachatur.

p Cur belli exitum remoraris?

q Num tibi iter est per mare periculosum, longum aut inexploratum? non est.

r Sequi.

s Appuli, fixique ancoras in litore ab hostibus occupato.

t Milites mei vel è certo naufragio enatantes ad me traijci gestiunt.

u Quam mihi dolor extorquet.

x Septies.

y Antonium inuocatum, quem interea Libo Pompeij præfectus cum classe Lauium, insulã quæ contra Brundusinum portum est, occupatã, egressu prohibuit. z Se negligere rerum bene gerendarum occasiones à Dijs oblatas; Deos suis votis non deesse. a Antonius, Gabinius, & Calenus cum suis, quos præter mandatum literis euocauerat. b Multories experta feliciter sibi essisse temeraria ausa. c Cùm pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio Brundusij relicta moram faceret; Cæsar mora impatiens, tanquam nuncius, ad arcessendos eos, ardente ventis mari, nocte concubia, * speculatorio nauigio, solus ire tentauit. ait Florus l. 4. c. 2. lembo, Dio. 41. tati veloci, Appian. 2. de bel. ciu. naui duodecim remorum. Plutarch. in Cæs.

d Sol-

[d] *Soluerat armorum fessas nox languida curas:*
Parta quies miseris, [e] *in quorum pectora somno*
Dat vires fortuna minor: [f] *iam castra silebant:*
[f] *Tertia iam vigiles commouerat hora secundos;*
Cæsar sollicito per vasta silentia gressu
[g] *Vix famulis audenda parat: cunctisque relictis,*
Sola placet Fortuna comes. tentoria postquàm
Egressus vigilum, [h] *somno cedentia membra*
Transiluit, [i] *questus tacitè quòd fallere posset;*
Litora curua [k] *legit, primisque inuenit in vndis*
Rupibus exesis hærentem fune carinam.
Rectorem, dominumq́, ratis secura tenebat
Haud procul inde domus, [l] *non vllo robore fulta,*
Sed [m] *sterili iunco, cannáque intexta palustri,*
[n] *Et latus inuersa nudum munita phaselo.*
Hæc Cæsar bis térque manu quassantia [o] *tectum*
Limina commouit. molli consurgit [p] *Amyclas,*
Quẽ dabat, alga, toro. Quis nam mea [q] *naufragus,*
Tecta petit? aut quẽ nostræ Fortuna coëgit (inquit,
Auxilium sperare casæ? Sic fatus, ab alto
[r] *Aggere,* [s] *iam tepidæ sublato fune fauillæ,*
Scint illam tenuem commotos pauit in ignes.
Securus belli: prædam ciuilibus armis
Scit non esse casas. [t] *O vitæ tuta facultas*
Pauperis, angustique lares! ô munera nondum
Intellecta Deûm! quibus hoc contingere templis,
Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu
Cæsarea pulsante manu? tum poste recluso,
Dux ait: Expecta [u] *votis maiora modestis,*
[x] *Spésque tuas laxa iuuenis, si iussa secutus*
Me vehis Hesperiam, [y] *non vltrà cuncta carinæ*
Debebis, manibusq́, inopem duxisse senectam.

[d] Noctis nuntio.
[e] Quorum, quo quisque fortunæ est minori, eo artiori somno reficitur. vt infra v. 527.
[f] Altissima per castra quies, sub secunda noctis vigilia, è ternis in ternas horas releuatis singulis.
[g] Pacinus, quod famulorum nemo nisus fuisset. Plutarchus refert Cæsarem seruili habitu dissimulasse se. Appianus, præmisisse cum tres seruos qui ratem apparatent sibi tanquam Cæsaris nuncio.
[h] Militum somno sopitorum.
[i] Inique tamen ferens vigilias adeò securas, imò negligentes.
[k] Lustrat, percurrit.
[l] Nullis lignis fultam.
[m] In sterili solo nato.
[n] Cuius latus inuersâ cymbâ munibatur.
[o] Tenui quippe adminiculo fultum.
[p] Nautæ nomen.
[q] E naufragio, credo, enatans.
[r] Thoro ex alga & viva.
[s] Suscepit funem in quo seruabatur ignis, *arida circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.* Virg. 2. AEn.
[t] O paupertas, incolumitatis pignus! Deorum munus! cuius quanta sit vtilitas nescimus mortales; Νήπιοι οἳ οὐδὲ ἴσασιν ὅσον μέγ' ὄφελος, &c. Hesiod.
[u] Maiora præmia quàm per modestiam operare licebit.
[x] Dilata ad sperandum amplissima.
[y] Non erit cur posthac victum Kaphâ solâ quæras.

z Quio laras sinum ad captanda Mercurij & bonæ Fortunæ munsilia, quin pandis fores tenuis laris repentè & tanquam per somnium admissuros aureum imbrem.

a Vtcunque seruili habitu (teste Plutarcho) vel plebeio nuncium mentitus, non tamen potuit non magnifica & splendida loqui.

b Plurima hesterna tempestatum prognostica vetant me nocte per altum Ire, neque à terra permittunt soluere funē. Noster autem suo more signa omnia congerit. Vide Virg. 1. Georg. accersitis quæ & ipse debet Arati σημείοις & φαινομένοις.

c Sol enim occidens si rutilus sit, aut rubescentibus circundatus nubibus, serenitatem crastini spondet. Arat. Virg. 1. Georg. Plin. l. 18. c. vlt.

d Nec concordes tu. vt. vt l. 2. v. 35. monuimus. Sed diuisa inter nubila sese Diuersi erumpebant radij hinc ad Austrum, inde ad Boream sparsi. e Medio concauus visus, & fulgore debilis. f Obtusis per cœlum cornibus ibat. ἀμβλείαισι κεραίαις. Arat. Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu, &c. 1. Georg. g Nec clara & nubeculis vacua in medio orbis sui recessu. h Refupina Lunæ cornua pluuiam ab Austro præsagiunt. ὑπτιόωντ' ἀνέμοιο. Arat. i Vento semper rubet aurea Phœbe. Ἠὺ μὲν ἐρυθρὴ Πυρσηγενὴς ἀνιοῦσα. rubicunda fiat. k Resonantia longè Litora misceri, & nemorum increbrescere murmur. Virg. 1. Georg. ἠδὲ μύκησε θάλασσα. l Certus Delphinorum lasciuientium cursus ventum ab illa parte prænunciat: incertus, ventos diuersos. m Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi Clamoremque ferunt ad litora. n Notásque paludes Deserit atque altum supra volat ardea nubem. ἠὲ δ' ἀν' ὑγρὴν ξυρλὴ ὅτ' ἐρεώδεος, &c. Arat. o Metaph. Leniter volanti. p Cursans per litora cornix demersit caput, & fluctum cerui cornua repit. Cic. 1. diuin. Arat. χέρσου ὑπαΐσσων κορώνη Ἠὲ καὶ ποταμοῖο ἰδὲ πάτον, &c. q Italia. r Per maris ventorumque rabiem stabit potiùs quàm per me, quo minus trajicias,

z *Ne cessa præbere Deo tua fata, volenti*
Angustos opibus subitis implere Penates.
Sic fatur: a *quanquam plebeio tectus amictu,*
Indocilis priuata loqui, tum pauper Amyclas:
b *Multa quidem prohibent nocturno credere ponto.*
c *Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes,*
d *Concordésque tulit radios: Noton altera Phœbi,*
Altera pars Boream diducta luce vocabat.
e *Orbe quoque exhaustus medio, languensq; recessit,*
Spectanteis oculos infirmo lumine passus.
Lunáque f *non gracili surrexit lucida cornu,*
g *Aut orbis medij puros exesa recessus:*
h *Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,*
i *Ventorúmque nota rubuit: tum lurida pallens*
Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum, nec k *litoris ictus,*
l *Nec placet incertus, qui prouocat æquora, Delphin:*
m *Aut siccũ quod mergus amat: quodq; ausa volare*
n *Ardea sublimis pennæ confisa* o *natanti:*
p *Quodq; caput spargens vndis, velut occupet imbrẽ,*
Instabili gressu metitur litora cornix.
Sed si magnarum poscunt discrimina rerum,
Haud dubitem præbere manus: vel litora tangam
q *Iussa,* r *vel hoc potius pelagus, flatúsque negabunt.*
Hæc fatur, soluénsque ratem dat carbasa ventis:

Ad quorum motus [f] *non ſolùm lapſa per altum*
Aëra diſperſos traxêre cadentia ſulcos
Sidera: ſed ſummis etiam quæ fixa tenentur
Aſtra polis, ſunt [t] *viſa* [u] *quati. niger inficit horror*
Terga maris: longo per multa volumina tractu
Æſtuat vnda minax: [x] *flatúſque incerta futuri,*
Turbida teſtantur conceptos æquora ventos.
Tunc rector [y] *trepidæ fatur ratis: Aſpice ſæuum*
Quàta paret pelagus: Zephyróſne intẽdat, an Euros
Incertum eſt: puppim dubius ferit vndiq; pontus.
[z] *Nubibus, & cœlo Notus eſt. ſi murmura ponti*
Conſulimus, Cori verrent mare. [a] *gurgite tanto,*
Nec ratis Heſperias tanget, [b] *nec naufragus oras.*
Deſperare viam, & vetitos conuertere curſus
Sola ſalus. liceat vexata littora puppe
Prendere, ne longè nimium ſit proxima tellus.
Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Cæſar,
Sperne minas, inquit, [c] *pelagi, ventóque furenti*
Trade [d] *ſinum. Italiam ſi* [e] *cœlo auctore recuſas,*
[f] *Me pete. ſola tibi cauſa hæc eſt iuſta timoris,*
Vectorem non noſſe tuum; quem numina nunquam
Deſtituunt; de quo malè tunc Fortuna meretur,
[g] *Cùm poſt vota venit: medias perrumpe procellas*
Tutela ſecure mea. cœli iſte fretíque,
Non puppis noſtræ labor eſt: hanc [h] *Cæſare preſſam*
A fluctu defendet onus. [k] *nec longa furori*
Ventorum ſæuo dabitur mora: proderit vndis
Iſta ratis, nec flecte manum: fuge [l] *proxima velis*
Litora: tum [m] *Calabro portu te crede potitum,*

f Non illa, quàs vocant tranſvolantes deciderunt tantùm, ſed & fixæ ſtellæ labaſcere videbantur. *Sæpe etiam ſtellas, vento impendente, videbis Præcipites cœlo labi.*
κἀμὲ δὴ τὸ τῆς τύχης μέλλειν τινὰ, ὅτ' ἀ-στέρες ἄλλοι πίπτουσι.
t *De cœlo ſtella ſereno, Etſi non ceciderit, potuit cecidiſſe videri* Ouid. Met. 2. vide Meteorologos.
u Propter venti intermedij motum.
x A Equora diuerſis flatibus agitata teſtantur diuerſos ventos imminentes.
y *Hypallage.* rector trepidus ratis.
z Nubes aguntur Noto: mare murmurat Coro. Io. Rutgerſius l. 1. var. lect. c. 12. ita diſpungit lepidque. *Nubibus & cœlo Notus eſt; ſi murmura ponti Conſulimus Cori. Verrent mare gurgite tanto, Nec ratis Heſp.*
a Tempeſtate.
b Neque etiam naufragi appellemur oræ Italiæ, fluctibus & ventis adverſantibus.
c Hæc mari facta refert noſter & Suetonius; ſed Plutarch. Appian. Dio in flumine Anio. ad cuius oſtia, cùm æſtum maris & fluctus occurrentes nulla vi aut arte gubernator ſuperare poſſet, nauim retro vertebat. quod conſpicatus Cæſar, ſeipſum aperuit. & manum gubernatoris attoniti prehendens: *Agedum, inquit, bone vir, audaciter perge, neque time quicquam: Cæſarem vehis & Cæſaris vnã fortunam.* d Vela. e Vento prohibente. f Me petente. g Cùm expetitur atque expectatur, neque vota mea anteuerit. h Infeſtatur nec, iubente. i Cæſar vepleditur pelagus noſtrâ puppi ſoſpite, cui non intenditur à ventis periculum. l Cæſar vectorem tutam tibi præſtabit cymbam, quaſi numen tutelare nauis, vide Cl. V. I. Selden. de Diis Syr. Syntagm. 1. c. 1 5. k Nec durabit diu tempeſtas hæc. l Epiri lit. m Brundiſino.

n Quia neque è re mea eſt, neque ſalute, vt repetamus litus oppoſitum, i. Epiri vel ſimil.

o Vt præſtet mihi incolumem nauigationem, claſſibus Pompeianis per tempeſtatem non auſis deſerere litora.

p Talia iactanti ſtridens Aquilone procella velum aduerſa ferit.

q Cymba.

r Ab omni cœli parte.

s A mari Atlantico. Corus fiat ab Occaſu ſolſtitiali, aduerſus Aquilonem.

t Cui parent, cui ſuccumbat.

u Terram inter fluctus aperit; furit æſtus arenis.

x Ad ripes litoris.

y Sed frangit fluctus à ſe impulſos ad vndas à Coro inductas.

z Etiam ceſſantibus ventis.

a AEolio in antro, ventorum carcere. inſ. in mari Sicilo.

b Ne ab aduerſis ventis percellerentur, ne à mari concitato obruerentur terræ à quibus ipſi ſtant.

c Intra ſua litora & metas coercitum fuiſſe.

d Non raro enim diuerſa maria ventis rapta miſcentur aliis, vti Tyrrhenum AEgæo, Ionio Adriaticum.

n Cùm iam non poterit puppi noſtræq; ſaluti
Altera terra dari. quid tanta ſtrage paretur
Ignoras? quærit pelagi, cœlique tumultu
o Quid præſtet Fortuna mihi. p Non plura locuto
Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Turbo rapax, fragilemque ſuperuolitantia malum
Vela tulit: ſonuit, victis compagibus, q abyſſus.
Inde ruunt r toto concîta pericula r mundo.
Primus s ab Oceano caput exeris Atlantèo,
Core, mouens æſtus: iam te tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat vndas.
Occurrit gelidus Boreas, pelagúſque retundit:
Et dubium pendet, vento t cui concidat, æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis, & vndas
Torſit, & u abſtruſas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas x ad ſaxa, y ſuúmque
In fluctus Cori frangit mare: motáque poſſunt
Æquora z ſubductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſaſſe minas, non imbribus atrum
Æoly iacuiſſe Notum a ſub carcere ſaxi
Crediderim: cunctos ſoluta de parte ruentes
b Defendiſſe ſuas violento turbine terras,
Sic pelagus c manſiſſe loco. d nam parua procellis
Æquora rapta ferunt: Ægæas tranſit in vndas
Tyrrhenum: ſonat Ionio vagus Adria ponto.
e Ah quoties fruſtrà pulſatos æquore montes
Obruit illa dies! quàm celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit! non vllo litore ſurgunt
Tam validi fluctus, f alióque ex orbe voluti
A magno venêre mari, mundúmque coërcens
Monſtriferos agit vnda ſinus. g Sic rector Olympi
h Cuſpide fraterna laſſatum in ſecula fulmen

e Ah quoties tempeſtas illa conata eſt obruere fluctibus ſummos litoris montes, quum tellus quaſi victa vitæ eſſet in profundum demergere celſa cacumina à mari ſuperata? ſed fruſtra.
f Ab alia orbis parte, & Oceano, qui terram ambiens immiſit vaſtos fluctus, *H. Grotius*, plenos belluis. g Neque minus intumuit mare, quàm vbi quondam Iupiter fatigans hominum ſceleribus vindicandis fulmine, de creuerat vniuerſum terrarum orbem diluuio perdere, plurimis ſæuiſſet ſæuis auxiliaribus vndis.— h —*Ipſe tridente ſuo terram percuſſit.*

Ad-

Adiuuit, [i] *regnóque accessit terra* [k] *secundo,*
Cùm mare [l] *conuoluit gentes, cùm litora Tethys*
Noluit vlla pati, [n] *cœlo contenta teneri.*
Tunc quoque tanta maris moles creuisset in astra,
Ni Superûm rector pressisset nubibus vndas.
[p] *Non cœli nox illa fuit: latet obsitus aër*
Infernæ pallore domus, nimbísque grauatus
Deprimitur, [p] *fluctúsque in nubibus accipit imbrem.*
[q] *Lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt*
Clara, sed [r] *obscurum nimbosus dissilit aër.*
Tunc Superûm [t] *conuexa tremunt, atq; arduus* [t] *axis*
Insonuit, motáque poli compage laborant.
[u] *Extimuit Natura chaos: rupisse videntur*
Concordes elementa moras, [x] *rursúsque redire*
Nox manes mistura Deis. [y] *spes vna salutis,*
Quòd tanta mundi non dum perière ruina.
[z] *Quantum Leucadio placidus de vertice pontus*
Despicitur; tantum nautæ vidêre trementes
Fluctibus è summis præceps mare: cúmque tumentes
Rursus hiant vndæ, vix eminet æquore malus.
Nubila tanguntur velis, & terra carina.
[a] *Nam pelagus, qua parte sedet, non celat arenam*
[b] *Exhaustum in cumulos, omnisq; in fluctibus vnda*
[c] *Artis opem vicêre metus: nescitq; magister (est.*
Quam [d] *frangat, cui cedat aquæ.* [e] *discordia Ponti*
Succurrit miseris, fluctúsque euertere puppim
Non valet in fluctus: victum latus vnda repellens
Erigit, atque omni surgit ratis ardua vento.

i *Mare & tellus vnibus discrimen habebant.*
k Mari (quod, in sortitione regnorum Saturni, Neptuno cesserat, vt Ioui cœlum, inferi Plutoni) terra accessio facta est. *Omnia pontus erant.*
l Diluuio metafit.
m *Deerant quoque litora ponto.*
n *Maria vndique & vndique cœlum.*
o Non erant illæ simplices noctis, ob interpositæ terræ vmbram, tenebræ. *Nec vna nox est: densa tenebras obtulit Caligo.* Senec. Agam. 466. *Cæcáque nox premitur tenebris mistóque sinistro.* Ouid. 9. Met. sed Tartarea & infernæ. *Styge* modo *nigrior vndâ.*
p *Fluctibus erigitur, cœlúmque aquare videtur Pontus, & in nullas aspergine tangere nubes.*
q Fulgura nubibus & pluuiâ extinguuntur.
r Obscurè.
s Cœlum.
t Polus.
u *Mundum ventósi tabibus totum fuit, Iessúsque rupto crederes cœlo deos Decidere, & atrum rebus induci Chaos.*

Sen. Agam. 479. & noster l. 1. v. 74. x Dissolutis elementorum fœderibus, cœlo interis confuso. y Nec certior fuit salutis spes Cæsari, & Amyclæ superesti, quàm quòd nondum perierint mundi soluti fragore. z E dorso fluctus æquantis altitudinem Leucatæ promontorij Cæsar & Amyclas, ceu alij nautæ si qui tum in mari erant, modò despiciunt decliuitatem vndæ. *Et nunc sublimis veluti de vertice montis Despicere in valles, inclinaque* Acheronta *videtur. Nunc vbi demissam cæruum circumstetit æquor, Suspicere inferna* Stygiumque *de gurgite cœlum.* 9. Metam. a *Qua vnda debiscit, Terrarum inter fluctus aperit, furit æstus auersus.* 3. AEn. b Congeritur nare in fluctus instar montium erectos. c *Ipsa peritus, nec sit, quis sit status, ipse fatetur Scire ratis rector: nec quid inde árve, velive Vtenda sibi, nisi vt leges, tantúsque potentior arte est.* d Nauigando secet. e Quippe fluctibus alterius vtrinque repulsa nauis non subsidere aut euerti potuit.

f Non metuunt iam ne allidatur ratis ad humilem Sasona inf. lorest Epiri & Brundusium, neque litora Thessaliæ Ambracij sinus portus Leucatæ scopuloso monti & nauis formidato subiacentes: sed ne in celsa Ceraunio-rum iuga impingant, timent fluctibus in altum iactati.

g *Diertes*, ceu Tmesi. A' ἀνὰ διὰ ναυσιπόρια.

h In aquis periret graue lethum cur prisci⁹ visum sit, vide quæ nos ad Senec. Agam. v. 506.

i Neque dabitur bella absoluere, vel gloriosâ cum victoriâ vel pulchrâ morte.

k Vtcunque vitæ stamen mihi, nondum quod instituerã consecuto, incîderint fata, non tamen me totum in morte periisse, non me hic inutiliter fuisse, sed satis vel datæ vel gloriæ vixisse accipient posteri. Dido Virgiliana, *Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi, &c.* Æn. 4.

l Germanos, Gallicos, Britannicos.

m Eorum qui honoribus meis inuidi aduersabantur, Pompeij, Marcelli, &c.

n Qui modò neminem seruebat parem. o Cosãi vt suffragia ferret. p Consulatum, qui in belli⁹ mihi occupato negatus fuerat, non habita ratione absentis. q Honores Rom. omnes gesti, Flaminis Dialis sacerdotium, Quæsturam, Aedilitatem, Prætoram, Consulatum, Dictaturam. r Priuati hominis more. silenti morte vel, meo iudicio priuatum, vt qui nondum nactus sim summam regis potestatem, quam speraram. sic l. 2. 464. v. *Non priuata cupit, Romana quisquis in vrbe Pompeium transire parat.*

s Abiit exequiarum & sepulchri pompa, mortem meam celari malo, quo reditum metuant hostes, sperent mei. t Hæc dicens tollit ingens fluctus Decumanos. De quo, vide quæ nos ad Senec. Agamem. v. 496. qui cymbam in scrupeam terram exposuit. u Quæ omnia in tempestate modò conclamârat. x Non verò tam rediens quàm exiens latebat suos. y Tum Fortunam accusans, quòd felicitati eius inuidisset, nautas retrouerti iubet. Nauis itaque aspirante vento facilè compulsa, ad fluuij oram cita regreditur. Appian. 2.—

f *Non humilem Sasona vadis, non litora curua*
Thessaliæ saxosa pauent, oræq; malignos
Ambraciæ portus: scopulosa x *Ceraunia nautæ*
s *Summa timent. Credit iam* h *digna pericula Cæsar*
Fatis esse suis. tantúsne euertere, dixit,
Me Superis labor est: parua quem puppe sedentem
Tam magno petiêre mari? si gloria læti
Est pelago donata mei, i *bellísque negamur,*
Intrepidus, quancunque datis mihi numina, mortẽ
Accipiam. k *licet ingentes abruperit actus*
Festinata dies fatis; sat magna peregi.
l *Arctoas domui gentes:* m *inimica subegi*
*Arma metu: vidit Magnum mihi Roma*n *secundũ.*
o *Iussa plebe tuli* p *fasces per bella negatos:*
q *Nulla meis aberit titulis Romana potestas.*
Nesciat hoc quisquam, nisi tu, quæ sola meorum
Conscia votorum es, me, quamuis plenus honorum,
Et Dictator eam Stygias, & Consul ad vmbras,
r *Priuatum Fortuna, mori. mihi funere nullo*
Est opus. Superi: lacerum retinete cadauer
Fluctibus in medijs: s *desint mihi busta, rogúsque,*
Dum metuar semper, terráque expectler ab omni.
t *Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus*
Inualida cum puppe leuat: nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi, sed pertulit vnda,
Scrupósisq; angusta vacant vbi litora saxis,
*Imposuit terræ. pariter*n *tot regna, tot vrbes*
Fortunamq; suam tacta tellure recepit. (qua,
x *Sed non tam* y *remeans Cæsar iam luce propin-*

Quàm tacita ſua caſtra fuga, comitesq; fefellit.
[z] Circumfuſa duci fleuit, gemitúque ſuorum,
Et non ingratis [a] inceſſit turba querelis.
Quò te dure tulit virtus temeraria Cæſar?
Aut quæ nos viles animas in fata relinquens,
Inuitis ſpargenda dabas tua membra procellis?
[b] Cùm tot in hac anima populorum vita, ſalúsque
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,
Sæuitia eſt voluiſſe mori. [c] nullúsne tuorum
Emeruit comitum, fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis? cùm te raperet mare, corpora ſegnis
Noſtra ſopor tenuit. pudet heu. tibi cauſa petendæ
[d] Hæc fuit Heſperiæ? [e] viſum eſt committere quen-
Tam ſæuo crudele mari? ſors vltima rerum (quam
In dubios caſus, & prona pericula mortis
Præcipitare ſolet. mundi iam ſumma tenentem
Permiſiſſe mari! tantum quid numina [f] laſſas?
[g] Sufficit ad fatum belli ſauor iſte, labórque
Fortunæ, quòd te noſtris impegit arenis?
[h] Hínc vſus placuere Deûm, non rector vt orbis,
Nec dominus rerum, ſed felix naufragus eſſes?
Talia iactantes, diſcuſſa nocte, [i] ſerenus
Oppreſſit cum ſole dies, feſſúmque tumentes
Compoſuit pelagus ventis patientibus vndas.
Nec non [k] Heſperij laſſatum fluctibus æquor
Vt vidêre [k] duces, purúmque inſurgere cælo
Fracturum pelagus Boream, ſoluêre carinas,
Quas ventus, [m] doctæq; [n] pari moderamine dextræ
[n] Permiſtas habuêre diu: latúmque per æquor,
Vt terreſtre, coit, conſertis puppibus, agmen.

z —Cæſarem verò nonnulli ob audaciam admirabantur: alij querelis proſecuti ſunt, quòd facinus militari potius, quam imperatoriâ laude dignum eſſet aggreſſus. Appian.
a *Inceſſit*, ab *inceſſo*, i. impeti, inculauit.
b Cùm in tua tot populorũ ſalus contineatur, & ex tua vnius vita, noſtra omnium pendeat. *Vnum tibi ipſi ſi negas, multa negas.* Sen. Thebais.
c Nemon' erat é tuis tam benè de te meritus, quem nollet tibi ſuperſtitem gratia omnia pati. nos quippe omnes de te pendemus, periturí certè ſi te rapuiſſet vis iniqua maris. vel *diſtingue Interrogatorie, hoc ſenſu.* Anquimne luit te à rapido mari lactari, nos ſecuros dormire?
d Vt ceteras copias euocares.
e *Alij legunt hæc Interrogationis notã diſpunctis quarum vnam mutare auſus, ita concipio ſenſum.* Crudele vtique viſum fuerat ſi Imperator quemuis nuncium tam truci commiſiſſet mari, idque non niſi extremâ vrgente neceſsitate, quæ in mortis diſcrimina pleroſque ſolet præcipitare: multo crudelius erat atque indignius ſi hoc idem Imperatori ſuo permitteret miles. *Orationem illi per ἀνακολουθίαν diſcerptum eſſe volunt. Iudicium ſit penes lectorem.*
f Conſeruando te toties ſponteneis periculis expoſitum.
g Quin & hoc abundè lætum cape belli & victoriæ omen, quod te ex tanto periculo fortuna nobis reddidit incolumem.
h Itáne potius veris benignitate Deorum vt eripiaris è naufragio temerè prouocato, quam ad ſummam Imperij conſequendam?
i Otto ſole, remittunt venti, ſedatur mare.
k Qui Brundiſij erant, Antonius, Gabinius, Calenus, & Poſthumius.
l Nati Auſtrum naues ſoluunt. inquit com. 3. de bel. ciu.
m Remigum & gubernatorum.
n Agmine continctas & æquatis procedentes velis.

o Sed ventus nocte remittens ordinem turbauit.

p Sic grues, vbi à Strymone fl. Thraciæ hyemis frigus fugientes petunt Nilum tepidum, primo egressu exprimunt volando literam T vel A vel Δ: mox venis auiũm & disturbatæ gloməratæ confusæ.

q T. Δ. A. vel alia figura quam priùs referebant.

r Ventus qui est aer impulsus.

s Sole orieme.

t Hæc aliter referuntur l. 3. com. de cin. bel. Q. Coponius qui Dyrrhachij classi Rhodiæ præerat, naues è portu eduxit. & cum iam remissiore vento nostris appropinquasset, idẽ Auster increbuit, nostrúmque præsidio fuit. vsi itaque fortunæ beneficio, Dyrrhachium præteruecti, nacti portum qui appellatur Nymphæum vltra Lissum M. passuũ, eò naues introduxerant; qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus: incredibili mox felicitate Auster in Africum se vertit.

u Non exposuit Aqu. Verùm κατ' ἐναντίωσιν. Proprie enim Austris patet Nymphæum, vel, portum in quem nullæ naues appellunt flante Aquilone. x Ad belli vires firmas. y Coniugem Cornelium, l. 2. v. 349. quam neque satis commodè apud se retinere, neque citra molestiam à se segregare poterat. z Mutuo amore coniunctas & ex æquo amantes, faciles, pias. a Amor iustus. b Ἀφροσύνως (vel de AEneæ fuga Virg. 2. AEn.) & pariter comitique onerique timentem,—qui duplex nunc vulgò. c Solam vxorem volebat poni extra tela & aleam fortunæ, cui obnoxia erat Roma & totus Romæ subiectus mundus. d Quibus coniugem verbis appellaturus & quæ prima exordia fumat reflcit. interea dum dentur tentandi aditus & mollienda animi tempora, mœrorem, quo licet, dolorem prorogat. e In diem pronã, somnique expers. f Pompeij. g Efficto amore & solicitudine de amouenda vxore, quam animo verebatur, non dum cum illa communicauerat.

o *Sed nox ſeua modum venti, velique tenentes*
Eripuit nautis, excuſſitq; ordine puppes.
p *Strymona ſic gelidum, bruma pellente, relinquunt*
Poturæ te, Nile, grues, primóque volatu
Effingunt varias, caſu monſtrante, figuras.
Mox vbi percuſſit tenſas Notus altior alas:
Confuſos temerè immiſtæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit diſperſis q litera pennis.
Cùm primùm redeunte die r violentior aër
Puppibus incubuit, ſ Phœbeo concitus ortu,
Prætereunt fruſtra tentati litora Liſſi,
Nymphæúmque tenent, u nudas Aquilonibus vndas.
Succedens Boreæ iam portum fecerat Auſter.
Vndique collatis x in robur Cæſaris armis,
Summa videns duri Magnus diſcrimina Martis,
Iam caſtris inſtare ſuis: ſeponere tutum
y Coniugy decreuit y onus, Lesbóque remotam
Te procul à ſeui ſtrepitu Cornelia belli
Occulere. Heu quantũ mentes dominatur in z æquas
a Iuſta Venus! dubiũ, trepidumq; ad prælia, Magne,
Te quoque fecit amor: c quod nolles ſtare ſubiectus
Fortunæ, quo mundus erat, Romanáque fata,
Coniux ſola fuit. d mentem iam verba paratam
Deſtituunt, blandæq; iuuat ventura trahentem
Indulgere moræ, & tempus ſubducere fatiũ.
Nocte ſub e extrema, pulſo torpore quietis,
Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis
f Pectus, & auerſi petit oſcula grata mariti:
Humentes mirata genas, percuſſáque g cæco

Vulnere,

Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens, [h] *Non nunc, vita mihi dulcior, inquit,*
Cùm tædet vitæ, læto sed tempore, coniux,
Venit [i] *mœsta dies, & quam nimiúmque, parumq́;*
Distulimus: iam totus adest in prœlia Cæsar.
Cedendum est bellis: quorum tibi tuta latebra
Lesbos erit, desiste preces tentare: [k] *negaui*
Iam mihi: [l] *non longos à me patière recessus.*
[m] *Præcipites aderunt casus: properante ruina,*
Summa cadunt. [n] *satis est audisse pericula Magni.*
[o] *Méque tuus decepit amor, ciuilia bella*
Si spectare potes. nam me iam Marte parato
Securos cepisse pudet cum coniuge somnos,
Eq́; tuo, miserum quatient cùm classica mundum,
Surrexisse sinu. vereor ciuilibus armis
Pompeium nullo tristem committere damno.
[p] *Tutior interea populis, & tutior omni*
Rege late, [q] *positamq́; procul fortuna mariti*
Non tota te mole premat. si numina nostras
Impulerint acies, maneat pars optima Magni;
Sitque mihi, si fata premant, victórque cruentus,
Quò fugisse velim. [r] *Vix tantum infirma dolorem*
Cepit, & attonito cessérunt pectore sensus.
Tandem vt vox mœstas potuit proferre querelas:
[s] *Nil mihi de fatis thalami, Superisq́; relictum est*
Magne, queri: nostros non rumpit funus amores,
Nec diri fax summa rogi: sed sorte frequenti,
Plebeiaque nimis careo dimissa marito.
[t] *Hostis ad aduentum rumpamus fœdera tedæ:*

h O omnis fortunæ mihi chara comes, neque lætæ minùs olim quàm præsentis aduersæ.

i Qua amouearis in tutiorem aliquem & commodiorem locum, quam nimium distuli quod ad tuam incolumitatem & Reip. gerendæ commoditatem spectat, parum quod ad amorem nostrum.

k Ego id quod in cunctissimum animo meo est, mihi nega: tui sc. præsentiã. tu idem in me facias.

l Non longè tamen distabis. *Cum Lesbos alioqui in mari Ægæo procul absit.*

m In præcipiti, & quæ citò discernentur: namque lapsi gium consequutæ res repentè in ruinam vergunt.

n Sufficiat tibi audiuisse mea pericula: non etiam vidisse. — o —quod quamuis tu pro tuo in me amore te exitus huius ciuilis belli comitem & spectatricem præstare potes: ego tamen hoc tuo amore deceptus non rationem habuisse mei videor, cui pudori sit, in publica calamitate cum cæteri omnes sibi coniugibus & liberis interdixerint, non pari mœroris & damni conditione vti. p Regibus iis & pop. qui nostra casus & fortunam sequuntur, securius latebis & tutius. q Si mihi in prælio sit occumbendum, leuior ad te semotam quàm præsentem venturus est dolor. sin fusâ acie sit fugiendum, te meliori mei parte incolumi, erit quò fugere velim. r Cornelia vix sustinere valens dolorem ex his mariti verbis conceptum, primùm stupuit, mox vbi ad se rediit, sic effata est. s Non est cur iniuseam Deos aut fata quod coniugium nostrum morte dissoluerint: sed te, qui me amandam & quasi per diuortium dimittis, eo quod cæteri omnes per belli huius cia. tempus sibi vxoribus interdixerint. modò v. 749. t Quasi verò quia iam totus adest in prælia Cæsar (modò v. 741.) nos oporteat illi gratificari facto diuortio.

Pla-

Placemus Socerum. Sic eſt tibi cognita, Magne,
Noſtra fides ? [u] *credíſne aliquid mihi tutius eſſe,*
Quàm tibi ? [x] *nónne olim caſu pendemus ab vno ?*
Fulminibus me [y] *ſæue iubes, tantæq́ ruinæ*
Abſentem præſtare caput ? [z] *ſecura videtur*
Sors tibi, cùm facias etiam nunc vota, periſſe,
Vt nolim ſeruire malis : ſed morte parata,
Te ſequar ad manes. feriat dum mœſta remotas
Fama procul terras, viuam tibi nempe ſuperſtes.
Adde, quòd [a] *aſſueſcis fatis, tantumq́ dolorem*
Crudelis me ferre doces. ignoſce fateuti:
Poſſe pati timeo. [b] *quòd ſi ſunt vota, Deíſque*
Audior, euentus rerum ſciet vltima coniux.
Sollicitam [c] *rupes iam te victore tenebunt,*
Et puppim, quæ [d] *fata feret tam* [d] *læta, timebo.*
[e] *Nec ſoluent audita metus mihi proſpera belli,*
Cùm vacuis proiecta locis à Cæſare poſſim
Vel fugiente capi. [f] *noteſcent litora clari*
Nominis exilio, poſitáque ibi coniuge Magni,
Quis [g] *Mitylenæas poterit neſcire latebras ?*
Hoc precor extremum, [h] *ſi nil tibi victa relinquent*
Tutius arma fuga, cùm te commiſeris vndis,
Quolibet infauſtam potiùs deflecte carinam:
Litoribus quærêre meis. Sic fata, relictis
Exiluit ſtratis amens, [i] *tormentáque nulla*
Vult differre mora. non mœſti pectora Magni
Suſtinet amplexu dulci, non colla tenere:
[k] *Extremúſque perit tam longi fructus amoris :*
[l] *Præcipitantq́ ſuos ictus: neutérque recedens*
Suſtinuit dixiſſe vale, vitámque per ommem
Nulla fuit tam mœſta dies. nam cætera damna

u Reſpondet ad illa v. 747. *tibi tuta latebra Lesbos erit.* & v. 754. *Tutior ira.*

x Nonne, ex quo cõiugium iniuimus; communem etiam ſalutis atque periculi iniimus ſortem?

y Me ſemotam cogis eſſe magis ſolicitam & miſerã quàm ſi bello aut etiam ruinæ, quam timere vidéris, intereſſem: ipſe interim ſecurus & in vtrunque paratus—

z —Namque, cùm mihi maximè in votis ſit vna tecum mori potius quàm miſera & malis obnoxia ſupereſſe tibi: tu me, ſine te viuere, ſine te mori cogis. quæ cum malim te ad manes accomitari quàm ſequi, cogar tamen tandiu tibi ſupereſſe quoad triſtis (quod omen auertant Dij) tuæ cædis ad me in Lesbon fama peruenerit.

a Aſſueſcis me tanto dolori ferendo, quantum metuo vt poſſim ne interea exanimer.

b Quòd ſi vota mea Dij exaudierint, vt vincas, lætus victoriæ tuæ nuncius ad mei vltimus peruenict ſolicitum vltra tempus & mœſtam.

c Lesbos Inſ. aſpera rupibus. d Victoriæ nuncium. e Neque tamen lætus ille nuncius me liberabit metu & periculo, vt quæ in locum præſidijs nullis munitum ſemoti, ab hoſte vel fugiente poſſim intercipi. f Non poterit latere hoſtem, receſſus mei atque latebræ locus. g Mitylenæ Lesbi vrbs eſt. h Si tibi vltima ſalus quærenda ſit fuga per mare, quemlibet potius locum pete quàm Lesbon, namque huc te inſequentes hoſtes, petam mei receſſus ſedem. i Cruciatus doloris è diſtenſa concepti. k Vltimus tam gloriæ. l Præcipitanter accelerant, abrumpunt.

Durata iam mente malis, firmáque tulerunt.
[m] Labitur infelix, manibúsque excepta suorum
Fertur ad æquoreas, ac se posternit, [n] arenas,
Litoráque ipsa [o] tenet, tandemque illata carinæ est.
[p] Non sic infelix patriam, portúsque reliquit
Hesperios, sæui premerent cùm Cæsaris arma.
Fida comes Magni vadis duce sola relicto,
Pompeiúmque fugis. quæ nox tibi proxima venit,
Insomnis. [q] viduo tum primùm frigida lecto,
Atque insueta quies [q] uni, nudúmque marito
Non hærente latus: [r] somno quàm sæpe grauata
Deceptis vacuum manibus complexa cubile est.
Atque oblita fugæ quæsiuit nocte maritum!
Nam, [s] quamuis flamma tacitas vrente medullas,
Non iuuat in toto corpus iactare cubili:
Seruatur pars illa tori. [t] caruisse timebat
Pompeio: sed non Superi tam læta parabant.
Instabat, miseræ Magnum quæ redderet, hora.

m Examinata cadit. *aura Allegra fugis suscipiunt fatmula.*

n In quibus relinquendus erat vir.

o Quoad licet, occupat, ægrè auulsa.

p Non tanto cum dolore fugiebas patriam, vrgente hoste, tuta sc. viro comite: à quo iam discedens videris tibi deserta, sola, & meliori parte orbata.

q Cubanti soli.

r *Mouet atque lacertos Per somnum, corpúsque petens amplectitur aura.* Alcyone Ouidiana. 11. Metam.

s Licèt ardenter amat, non tamen impatiens vacuo sui corpora lecto versat sed pudibunda suum quasi præsenti viro adseruat lecti partē.

t Metuebat illa solùm ne Pompeium diutino bello detentum desideraret, de absentia illius solicita: sed tristius quippiam parabant fata. recepit quippe illum citius quàm expectabat: victum sc. profugum, & breui coràm interficiendum.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER SEXTVS.

[a] POstquam castra duces, [b] pugnæ iam mente propinqui,

a E castris ad ipsum fl. v. 461. l. 5. vterque exercitum eduxerat eodē tempore; Pompeius noctu, vt Antonium interciperet; Cæsar interdiu, vt se cum Antonio coniungeret. Antonius de Pompeij insidijs certior per Græcos factus, castris se continuit, donec altero die ad eum Cæsar perueniret. Pompeius ne duobus exercitibus circumcluderetur, discessit & ad Asparagum Dyrrhachinorum peruenit, atque ibi castra posuit. eodem & Cæsar cum exercitu profectus, iuxta eum castra posuit. b Cæsar quidem rerum inopiā & necessitate pressus confiendæ rei cupidus ostentare aciem, prouocare: Pompeius commeatu abundans, aduersus hæc nostra moras, terginersari, L. Florus,

Im-

Imposuêre iugis, admotaq; comminus arma,
Parq; suum vidêre Deis, capere omnia Cæsar
Mœnia Graiorum spernit, Martemq; secundum
Iam nisi de genero satis debere recusat.
Funestam mundo votis petit omnibus horam,
In casum quæ cuncta ferat. placet alea fati
Alterutrum mersura caput. iter collibus omneis
Explicuit turmas, & signa minantia pugnam,
Testatus nunquam Latiæ se deesse ruinæ.
Vt videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum, sed clauso fidere vallo,
Signa mouet, tectúsque via dumosa per arua
Dyrrachÿ præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus,
Quemq; vocat collem Taulantius incola Petram,
Insedit castris, Ephyreáque mœnia seruat,
Defendens tutam vel solis turribus vrbem.
Non opus hanc veterum, nec moles structa tuetur,
Humaniúsque labor, facilis, licet arduа tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta mouentibus annis.
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Naturam, sedémque loci. nam clausa profundo
Vndique præcipiti, scopulisq; vomentibus æquor,
Exiguo debet, quod non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,

c Metaph. ab arena sumpta. Dij spectatores, par gladiatorum, Cæs. & Pomp. Sic infra v. 191. & l. 7. v. 699. & Seneca lib. cur bonis viris mala fiant. *Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo Deus. Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus.*

d Non operæpretium duxit vrbes Græcas expugnare, Pompeio soli intentus, victoriæ de illo habitæ.

e Quæ illum Dominum imponat victis gentibus non sine magna humani generis clade.

f Dubium euentum. ruinam.

g Casus & periculum. Horat. *periculose plenum opus aleæ.* l. 2. od. 1.

h Pompeij vel Cæsaris.

i Postridie, eductis omnibus copijs, acie instructa, decertandi potestatē Pompeio fecit. vbi eum suis locis se tenere animaduertit; postero die magno circuitu, difficili angustoque itinere, Dyrrhachium profectus est, sperans Pompeium aut Dyrrhachium compelli, aut ab eo intercludi posse, quòd omnem commeatum totiusque belli apparatum eò contulisset, &c. com. 3. Cæs. k Professus se promptum paratumque ad expugnandum Rom. Imperium. l Ita Florus: *Expugnatione*, inquit, *Dyrrachÿ irritâ, quippe quam vel situ inexpugnabilem faceret.* m Pompeius primò ignorauit Cæsaris consilium, mox per exploratores certior factus, castra mouit, expeditiori iuxta litus viâ se antevertere eum posse sperans. Cæsar verò paruo noctis itinere intermisso, Pompeium antevenit. n Taulantij, pop. Macedoniæ, qui Dyrrhachij & Apolloniæ agros quondam tenuerunt. Strab. 7. Thucyd. 1. o Pompeius intercluso Dyrrhachio, edito loco, qui Petra appellatur, castra communiuit. p Dyrrhachium, à Phalio Corinthio conditore. Thucyd. l. 1. Strab. l. 6. & 7. Nec non à Corcyrensibus colonis eius, qui & à Corinthijs oriundi fuerunt. Corinthus autem Ephyra dicta erat ab Ephyrâ nymphâ, Oceani & Tethyos filiâ Iesi. v. 57. q Etiam sine exercitu satis suâ naturâ munita. r Neque tam propter mœnia, quæ plerunque in arduum quantumuis hominum manibus extructa, aut bello aut vetustate destruuntur, quàm naturam & sedem loci. s Nam in ruibus sitam & mari vndique cinctam exiguus collis, quo continenti iungitur, eam facit peninsulam. t Allisos fluctus reiicientibus.

Ionium-

Ioniúmque furens rapido cùm tollitur austro,
Tepla, domosq́; quatit, [u] spumatq́; in culmina pontus.
Hinc auidam belli rapuit spes improba mentem
Cæsaris, vt vastis [x] diffusum collibus hostem
Cingeret ignarum, [y] ducto procul aggere valli.
Metitur terras oculis: nec cespite tantùm
Contentus fragili subitos attollere muros,
[z] Ingentes cautes, auulsaq́; saxa [a] metallis
Graiorúmque domos, direptaq́; mœnia transfert.
Extruitur, quod non [b] aries impellere sæuus,
Quod non vlla queat violenti machina belli.
[c] Franguntur montes, planumq́; per ardua Cæsar
Ducit opus: [d] pandit fossas, turritáque summis
Disponit castella iugis, [e] magnóque recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosáque tesqua,
Et siluas, vastáque feras [e] indagine claudit.
Non desunt campi, [f] non desunt pabula Magno,
Castráque Cæsareo circundatus aggere mutat.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
Illic mersa suos: operumq́; vt summa reuisat,
Desessus Cæsar medijs intermanet agris.
[g] Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
Adscribátque Deis: [h] fragili circundata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En [i] quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Assyrijs quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum, subitum, bellique tumultu
Raptum clausit opus. [k] tanti perière labores.

u Spumas spargit per summa tecta.
x Lego *diffusum*. Cæsar enim (quò sui minori cum periculo vndique frumentum commeatumq́; supportare possent, coercito Pompeij equitatu, simul vt Pompeium pabulatione prohiberet autoritatemque eius apud exteras nationes minueret) editos atque asperos colles circa Pompeij castra præsidijs tenuit, castellaque ibi communiuit. Inde, vt loci cuiusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione circumuallare Pompeium instituit.
y Producto è colle in collem.
z Sed ing. c.
a Fodinis, venis lapidum.
b De ariete, vide quæ ad v. 490. l. 3.
c Editioribus locis deiectis, atque humilibus exaltatis, æquauit opus.
d Præmunis duxit latas fossas, trenches.
e XV. mille pass. ambitu aggeris. Metaph. à venatoribus sumpta.

f Tantum erat septi spatium, quantum sufficeret Pompeio ad pabula, ad castri sibinde mutanda, vt quod multorum fluminum fontes, cursus, & ostia contineret. & quantum lasitudine conficeret Cæsarem opera lustraturum. g Fabulosa iam & vana antiquitas iactet muros Troiæ XL. M. pass. in circuitu, quos Apollo & Neptunus à Laomedonte conducti struxisse feruntur. *Ironicè*. h Parthi, simulatâ fugâ præliari soliti, pro miraculo habeant Babylonios muros è latere cocto, latos L. cubitos, altos quadruplo amplius, in circuitu habentes stadia CCCL. *Ironicè*. i Quantum areæ occupauit Babylon quam alluit Euphrates qui in Tigrim funditur, quantum Antiochia, quam interluit Orontes: quantum Ninos regni sedes & vbs regia Assyriæ: tantum raptim clausit Cæsar aggere suo. k Tanta Nini, Laomedontis, Semiramidis, Seleuci opera victa sunt ab hoc Cæsariano, vel, hi tanti Cæsaris labores & ipsi breui in cassum cecidere profligato Cæsare.

l Tot potuere manus adiungere [m] Sestον Abydo,
[n] Iugestóque solo Phryxeum elidere pontum,
[o] Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
[p] Et ratibus longæ flexus donare Maleæ,
Aut aliquem mundi, quamuis Natura negasset,
In melius mutare locum. [q] coit arcta belli.
Hîc alitur sanguis terras fluxurus in omneis,
Hîc & Thessalicæ clades, Libycæq; tenentur.
[r] Æstuat angusta rabies ciuilis [t] arena.
Prima quidem surgens operum structura sefellit
Pompeium: [t] veluti mediæ qui tutus in aruis
Sicaniæ rapidum nescit latrare Pelorum:
[u] Aut vaga cùm Tethys, Rutupinaq; litora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Vt primùm vasto septas videt aggere terras:
[x] Ipse quoque à tuta deducens agmina [y] Petra
Diuersis spargit tumulis, vt Cæsaris arma
Laxet, & effuso claudentem milite tendat.
Ac tantum septi vallo sibi vendicat agri,
[z] Parua [a] Mycenææ quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa nemoralis [b] Aricia Roma:
Quóque modo Romæ prælapsus mœnia Tybris
In mare descendit, si nusquam torqueat amnem.
[c] Classica nulla sonant, iniussáque tela vagantur:
Et fit sæpe [d] nefas, iaculum [e] tentante lacerto.
[f] Maior cura duces miscendis abstrahit armis.

l *Ne possent & Athon cauare dextra, & maestum pelagus generosis Hellas Intercludere ponte nouum.* Via Domitiana Papinij l. 4. Syluarum.

m v. 673. l. 2.

n Factis in mare molibus obstruere Hellespontum, quem Paryxus transtretanit. l. 4. v. 56.

o His *parum, Lechæe nisi vetarent, Iouis freta miscuisset Isthmos,* Papin. lib. 4. Syla. h.e. perfossio Isthmo l. 1. v. 101. Peloponneso abrumpere Epyren i. Corinthum. supra v. 17.

p Pernio facto Isthmo Corinthiaco, ne opus sit longâ & periculosâ nauigatione circuire Malcæ, promontorium Laconiæ, per 1. millia pas. in mare protensum.

q Clauditur à Cæsare campus area & quasi arena belli, intra quam septi sunt, qui sanguinem effundent in varijs orbis partibus: alij in campo Pharsalico, in Africa alij.

r *Æstuat infelix angusto limite mundi.* Iuuenal. de Alexandro. Sat. 10.

s Spatio. Translat. ab arena theatrali, in qua committuntur gladiatores.

t Vti qui in mediullio Siciliæ degit, non audit lacratum Scyllæ & Charybdis in freto Siculo contra Pelorum promont.

u Vt qui in Britannia inf. versus Caledonios, Scotos, degunt, non audiunt æstum maris fruentis adustus litus Rutupinum in Cantio.

x Pompeius neque à mari neque Dyrrhachio distedere volebat: quàm plurimos itaque colles occupauit, & quàm latissimas regiones possidere tendebat. Cæsarisque copias, quam maximè posset, distinebat.

y Supra v. 16.

z Quantum Aricia opp. Latij prope Albam, distat à Roma, & quanto spatio ostium Tiberidis à Roma distat, recto limite, non flexo ad cursus fluuij, h.e. XIIII. M. pass.

a Ab Oreste è Taurica translatæ l. 3. v. 86.

b Ibid. ad v. 86 l. 3.

c Neutra ex parte datur signum pugnæ. Pompeius (sequit Cæs. com. 3.) totis copijs dimicare non constituerat, tamen suis locis & temporibus funditores sque mittebat, qui multos è nostris vulnerabant, &c.

d Cædes ciuis belli copiam.

e In incertum mittente præ studio exercendi.

f Pompeium lon, Cæsarem fames *Acriorillum curæ domat.* Virg. 3. Georg.

g Pompeius

g Pompeium exhauſtæ prębenda ad pabula terræ,
Quæ currens obtriuit eques, gradibúsque citatis
Vngula h frondentem diſcuſſit cornea campum.
Belliger attonſis ſonipes defeſſus in aruis,
Aduectos i cùm plena ferant præſæpia culmos,
Ore k nouas poſcens moribundus labitur herbas,
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum ſoluit tabes, & l digerit artus.
m Traxit n iners cœlum fluidæ contagia peſtis
Obſcuram in nubem. tali o ſpiramine p Neſis
Emittit q Stygium nebuloſis aëra ſaxis,
r Antráque letiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi, cœlóque paratior s vnda
Omne pati virus t diuauit viſcera cæno.
Iam u riget atra cutis, v diſtentáque lumina rumpit:
x Igneáque in vultus, & y ſacro feruida morbo
Peſtis abit, z feſſumque caput ſe ferre recuſat.
Iam magis atque magis a præceps agit omnia fatum:
b Nec medij dirimunt morbi vitamq́, necémque:
Sed languor cum morte venit, c turbáque cadentũ
Aucta lues, dum miſta iacent incondita viuis
Corpora: nam miſeros vltra tentoria ciues
Spargere funus erat. d tamen hos minuére labores
A tergo pelagus, pulſúſque Aquilonibus aër,
Litoráque, & plenæ peregrina meſſe carinæ.
e At liber ternæ ſpatioſis collibus hoſtis
Aëre non pigro, nec inertibus angitur vndis:

g Erat ſummus inopia pabuli in caſtris Pompeij adeo vt folija ex arboribus ſtipularia, & ſenecta arundinum radicibus obtuſis equos alerent. frumenta enim quæ fuerant intra munitiones ſata, conſumſerant: & cogebantur Corcyra atque Acarnania, longo intermiſſa nauigationis ſpatio, pabulum ſupportare. 3 com. cia. bel.

h Herbis vndauit campos

l Cl Grotius legit *datur*, hac mente, *datum* expectatur pabulum ex Acarnania & Corcyra. Ego retinco eum, vt ſit imitatio Ouidiana 7. Met. *Acer equum quondam, &c. Adſpexit grauiter morbo moriturus inerti.* quod & ipſe debet Virgil. 3. Georg. *Et dulces animas plena ad præſepia reddunt.*

k Alimẽta aduectam, *vel* è radicibus conuulſa, vt modò dixit.

l *Segnior curſu ſuo* pes in ipſo Cursûs gyro, *deficiunque primo Pyrrhichij arte.* O Ed. Sen. 1. chor.

m Diſſipat, conſumit.

n *Principio cœlum* ſpiſſa caligine terræ Preſſum, & ignaros includit ambibus æſtus. Ou. 7. Met. *Sed grauis & ater inerat terris vapor, &c.* Sen. Oed.

o non motus.

p Exhalatione.

q Inf. in Campano litore, cui affinxit Plin. l. 2. c. 87. ad Attic. ſeptim. & Statius 3. Syl. alij leg. *Neſſus.* & de Ozolis intelligunt.

r Tetrum, letiferum, infernum.

ſ Spelunca Inarimes inſulæ impoſita Typhoeo qui ſulfureos atque peſtiferos vapores emittere dicitur. l. 5. v. 101. & Mela l. 1. c. 18.

t *Cauſas & in fontis vitium veniſſe lacuſque.*

u Obſtruxit alium *viſcera torrentur primò.*

x *Aret Pelle, & ad tactum tractatis dura reſiſtit.*

y *Tum verò ardentes oculi, & tument diſtenta ſanguine venæ.*

z *Flammaque lætalis Iudicium rubet eſt & ductus anhelitus igni, &c. & aspera Rubor in vultu, &c.* Sen. O Ed.

a Exercandâ peſte *vel* ſacro igne, Erysipela, quem, quia à feruenti ſanguine natus ſit peſtis comitem addit Celſ. l. 5.

b Præ grauedine ſe non ſuſtinet. c Subita mors.

d —vix morbo intercurrente vitæ ſecique. e Cæſar ex peripetia cognoſcebat, equos eorum vix tolerari, &c. ipſos valetudine non bona, cum angoſtis loci & odore tetro & multitudine cadauerum tum, &c. 3 com.

ſ Leuarunt tamen peſtem hanc vertus ſalutaris & omnium rerum copia nauibus aduecta.

g Cæſar autem non peſte ex abitu aut aëris contagione, ſed frumenti inopiâ laborabat.

Sed patitur ſeuam, veluti circumdatus arcta
Obſidione, famem. [h] nondum ſurgentibus altam
In ſegetem culmis, [i] cernit miſerabile volgus
In pecudum cecidiſſe cibos, & carpere dumos,
Et morſu ſpoliare nemus, [k] letúmque minantes
Vellere ab ignotis [k] dubias [l] radicibus herbas:
[m] Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morſu,
Quæq́, per [n] abraſas vtero demittere fauces,
Plurimáque humanis antehac incognita menſis
Diripiens miles, [o] ſaturum tamen obſidet hoſtem.
[p] Vt primùm libuit ruptis euadere claſtris
Pompeio, cunctásque ſibi permittere terras:
[q] Non obſcura petit latebroſæ tempora noctis,
Et raptum furto ſoceri ceſſantibus armis
Dedignatur iter: latis exire ruinis
Quærit, & impulſo turres confringere vallo,
Perq́, omneis gladios, & quà via cæde paranda eſt.
Opportuna tamen valli pars viſa propinqui,
Quam [r] Minuti caſtella vocant, & conſraga denſis
Arboribus dumeta tegunt. huc pulueree nullo,
Proditus agmen agit, ſubitúsque ad [s] mœnia venit.
Tot ſimul è campis Latiæ ſulſere [t] volucres:
Tot cecinêre tubæ, ne quid victoria ferro
Deberet, pauor attonitos confecerat hoſtes.
Quod ſolum valuit virtus, [u] iacuêre peremti,
Debuerant quo ſtare loco: qui vulnera [x] ferrent
Iam deerant, [y] nimbúſque ferens tot tela [z] peribat.
Tum [a] piceos voluunt immiſſæ lampadis ignes:
Tum quaſſæ nutant turres, lapſumque minantur.
[b] Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.

[h] Nondum ſpicas ſondescribet, pedum nutrimentum bobus.
[i] Videt milites herbis, graminc, ſolijs vesci.
[k] Lethales.
[l] Radicis genus in nemore eſt, quod appellatur Chara, ex hoc effectos admiſto lacte panes, cùm in colloquio Pompeiani ijs famem obiectarent, vulgo in eos iaciebant. quo viſo Pompeius, ſibi cum feris rem eſſe dixit, &c. Cæſ com. 3. & Sueton in Cæſ. c. 68. & Plutarch.
[m] Quæcunque poterant coquere
[n] Aſperitate eſculentorum exulcerata. pbleis v altrebata. Perſ. 3. Sat. Audiebantur (inquit Cæſar, l. 3. de bel. cin.) crebræ militum voces, priùs ſe conficere et arboribus victuros, quàm Pompeium è manibus dimittere.
[o] Cenuram abundantem.
[p] Equis mœnia corruptis, cognoſcendam ſibi aliquid Pompeius de eruptione exiſtimauit, cuius vel expeditionem dedêre illi facultatem duobus fratres qui à Cæſare tranſierant, ſtc Cæſ. 3. de bel. cin. pribs autem ſtatim erant vbi die
Epiſtolia ad Dyrrachium & munitiones, vbi Scæua tam ſtrenuè rem geſſit. [q] Non clara (inquit Appianus) quàm plurima tolerante. ferunt quippe clypeo eius XX. ſupra C. inſcriptum fuiſſe, &c. Cæſar nam Scæuam vocat: vt noſter & Florus, neque tamen Minutium Scæuam dictum arbitrare, vt volunt quidam Cæſium Scæuam appellat Suetonius & M. Cæſium Scæuam. Vel. Max. l. 2. c. 7. [r] Vallum. [s] Aquilæ, ſigna. [t] Quem quiſque locum cepiſſet, ex eo non exibilo eo eundo ſuccedere pugnam. [x] Acciperent. [y] Metaph. tela inſtar grandinis ruentia. [z] Cæſis dudum omnibus Cæſarianis. [a] Sagittæ & ignes incendiarios. l. 3. c. 48. ſuperius pro cremm. [b] Admota, p. 490.

Iam Pompeiane celsi super ardua valli
Exierant Aquilæ; iam [c] *mundi iura petebant.*
Quem non mille simul turmis, nec [d] *Cæsare toto*
Auferret Fortuna locum, [e] *victoribus vnus*
Eripuit, vetuítque capi: seq; arma tenente,
Ac nondum strato, Magnum vicisse negauit.
Scæua viro nomen: [f] *castrorum in plebe merebat*
Ante feras Rhodani gentes: [g] *ibi sanguine multo*
Promotus Latiam longo gerit [h] *ordine vitem.*
Pronus ad omne nefas, & qui neseiret, in armis
Quàm magnum virtus crimen ciuilibus esset.
Hic vbi quærentes socios iam Marte relicto
[i] *Tuta fugæ cernit, Quò vos pauor, inquit, abegit*
Impius; & [k] *cunctis ignotus Cæsaris armis?*
O famuli turpes, [l] *seruum pecus, absque cruore*
Terga datis morti? [m] *cumulo vos deesse virorum*
Non pudet, & bustis, intérque cadauera quæri?
[n] *Non ira saltem iuuenes, pietate remota,*
Stabitis? [o] *è cunctis, per quos erumperet hostis,*
Nos sumus electi. non paruo sanguine Magni
Ista dies ierit. [p] *peterem felicior vmbras*
Cæsaris in vultu. testem hunc Fortuna negauit:
Pompeio laudante cadam. [q] *confringite tela*
Pectoris incursu, iugulisque retundite ferrum.
[r] *Iam longinqua petit pulsis, sonitúsque ruinæ,*
Securásque fragor concussit Cæsaris aures.
Vincimus ô socij; veniet qui vendicet arces,
Dum morimur. Mouit tantum vox illa furorem,
Quantum non primo succendunt classica cantu:
Mirantesq; virum, atque auidi spectare, sequuntur
Sciturí iuuenes, [s] *numero deprensa, locóque,*
An plus quàm mortem virtus daret. ille ruenti
Aggere consistit, [t] *primúmque cadauera plenis*

c Mundum in libertatem è tyrannide asserturus.
d Totis Cæsaris copijs & viribus.
e Pompeianis iam penè victoribus eripuit victoriam.
f Gregarius meruit miles ante bellum Gallicum.—
g —in eo ad Centurionis dignitatem euectus est. vide Val. Max. l. 2. c. 2. crimini fingor est vitis quum ad cudigendos milites getlabat Centurio. Plin. l. 14. c. 1. Iuuenal. 8 sat. & 14 s. v. 194. Martial. l. 10. ep. 26.
h Militum centurii.
i Loca & vias qua tuti fugerent.
k In nullo Cæsaris bello hactenus notus.
l *O imitatorum seruum pecus!* inquit Horat.
m Annon vos pudet non mortem oppetere cum fortibus viris?
n Si nulla vos pietas in ducem retineat, fistat vos tamen ira & indignatio, namque—
o —nos vili summa hostibus maximè idonei & imbelles, per quos erumperet, venim non impunè ferent.
p Felicius me meâ existimarem, si accumbere licuisset Cæsare inspiciente: hoc non contigit, ita me geram vt virtus mea vel ab hoste laudetur.
q Irruite in tela hostium, pectore & iugulo.
r Pulsis illo & fragor belli Cæsarem dudum inscium fistet huc mox cum subsidijs.
s An virtus nouero hostium obruta & iniquo loco deprensa possit aliquid amplius dare quàm mortem, gloriosque an victoriam?
t Suorum cadaueribus, telorum saxorumque loco vtitur aduersus hostes.

Turribus euoluit, subeuntésque obruit hostes
Corporibus: totæq; viro dant tela ruinæ,
Roboráque, & moles; [n] hosti seq; ipse minatur.
Nunc sude, nunc duro [x] contraria pectora conto
Detrudit muris, & valli summa [y] tenentes
Amputat ense manus: caput obterit, ossaque saxo,
Ac malè defensum fragili [z] compage cerebrum
Dissipat: alterius [a] flamma crinésque, genásque
Succendit: stridentoculis ardentibus ignes.
Vt primùm [b] cumulo crescente cadauera murum
Admouêre solo: [c] non segnior extulit illum
Saltus, & in medias iecit super arma cateruas,
Quàm per summa rapit celerem venabula pardum.
Tunc densos inter [d] cuneos compressus, & [e] omni
Vallatus bello vincit, quem respicit, hostem.
Iamq; hebes, & [f] crasso non asper sanguine mucro
Percussum Scæuæ frangit, non vulnerat, hostem.
[g] Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra.
Illum tota premit [h] moles, illum omnia tela.
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix:
[i] Parq; nouum Fortuna videt concurrere, [k] bellum,
Atque virum, fortis crebris sonat ictibus vmbo,
[l] Et galeæ fragmenta cauæ compressa perurunt
Tempora: [m] nec quicquam nudis vitalibus obstat
Iam, præter stantes in summis ossibus hastas.
[n] Quid nunc vesani iaculis, leuibúsque sagittis
Perditis hæsuros nunquam vitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus vibrata [o] phalarica neruis
Obruat, aut vasti [p] muralia pondera saxi:
Hunc [q] aries ferro, [r] ballistaque limine portæ
Summoueat: [s] stat non fragilis pro Cæsare murus,
Pompeiúmque tenet: [t] iam pectora non tegit arma:

u Velle se præcipitem in illos demittere.
x Hostium.
y Attendentium manus præcidentes valli summa.
z Galeæ.
a Stuppâ picatâ, &c.
b Fossam compleuerunt, vallo vel castelli muro æquata cadaverum strue.
c Et celeritate insistunt super cadaverum struem quæ pardus solet, in venabulorum aciem.
d Cuneus propriè est multitudo peditum cuneum repræsentans, quæ iuncta cum acie primùm angustior, deinde latior procedit ad ordines hostium diffringendos.
e Omnibus copijs, aduersus quas fecit, oppressas vndique.
f Obtusus cæde gentium sanguine perdiderat vsum & officium cuspidis.
g Perdiderat vsum gladij, non fecit, sed fregit.
h Multitudo hostilis.
i Supra, v. 1.
k Valuerat Pompeij copias, cum vno Scæua compositas.
l Et galea crebris ictibus concussa fractaque caput eius stringit.
m Et tela hostium corpori illius fixa supplent locum frustra lanceæ & iaculorum pectus defendunt.
n Auersio poetæ ad Pompeianos. o l. 3. v. 682. p Ingenti machinæ. q L. 3. v. 490. r Machina cuius brachia tenduntur funibus neruisque ad eminendo ictus. Huius iaculi formam vide apud Marcellinum l. 23. & Veget. l. 4. c. 22. s Pompeij
t Et iam turpe ducens clypeo tegi, læuam corpori adhibuit, videri atque metatur. t Et iam turpe ducens clypeo tegi læuam corpori adhibuit, videri atque metatur. Et iam turpe ducens clypeo tegi læuam corpori adhibuit, videri atque metatur.

Ac

Ac veritus credi clypeo, lænáque vacasse,
Aut culpa vixisse sua, tot vulnera belli
Solus obit, densámque ferens in pectore siluam.
Iam gradibus sessis, [u] in quem cadat, eligit hostem,
Par [x] pelagi monstris. Libycæ sic belua terræ,
Getulus densis Elephas oppressus ab [y] armis
[z] Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.
Viscera tuta latent penitus, citráque cruorem
Confixæ stant tela feræ: tot facta sagittis,
Tot iaculis, [a] vnam non explent vulnera mortem.
[b] Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scæuam, quæ voto certior omni
In caput, atque oculi læuum descendit in [c] orbem.
Ille [d] moras ferri, neruorum & vincula rumpit,
Affixam vellens oculo pendente sagittam
Intrepidus, telúmque suo cum [e] lumine calcat.
[f] Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa,
Cùm iaculum paruæ [g] Libys [h] amentauit habena,
[i] Se rotat in vulnus: telúmque irata receptum
Impetit, & secum fugientem circuit hastam.
[k] Perdiderat vultum rabies: stetit imbre cruento
Informis facies: lætus fragor æthera pulsat
Victorum: [l] maiora viris de sanguine paruo
Gaudia non faceret conspectum in Cæsare vulnus.
**Ille tegens alta suppressum mente dolorem,*
Mitis, & à vultu penitus virtute remota.
Parcite, ait, ciues: procul hinc auertite ferrum:
[m] Collatura meæ nil sunt iam vulnera morti:
Non eget ingestis, sed vulsis pectore telis.

u Vt modò n. 139.
x Cetis, beluis, quæ se immanes, gondere & mole sua naues deprimunt.
y Venatoribus vel telis.
z Cori; duritie resistit telis, quòd si quandò penetrent, ea tamen non alium infixa motâ cute discutit.
a Vnius Scæuæ.
b Cretensi. Dicta monet Sil. Gortyna vrbs Cretæ, quæ claruit olim sagittarum & iaculorum mittendi studio. Gortynis arundo, est Cretensis sagitta.
c Oculum, vt l. 2. v. 184. *vel* sinum, in quo oculus. alterum illi excussum fuisse oculum meminere. Plutarch. Sueton. Appian.
d Oculum cui infixa erat sagitta, rupto neruo cum ipso telo eduxit.
e Oculo.
f Austrica, Hungarica.
g Venator parcus, quales habet Libye.
h Auento torsit.
i Se rotat in vulnus cupiens euellere sagittam literi hærentem.
k Vultus Scæuæ non præ ira ferebat priorem rubem, *Hyperlatio.*
l Non minor ad æthera sublatus est clamor à Pompeianis iam se viciſſe raris vulnerato Scæuâ, quàm si ipſum Cæſarem vulneraſſent. * Hoc Appianus refert hunc in modum. Scæua, poſt multa & præclara facinora edita, oculum ſagitta ſaucius velut quippiam dicturus in medium proſiliit. Pompeij doctorum quendam ſingulari virtute cognitum ad ſe vocans; Scæua, inquit, tibi ſimilem, ſeruo amicum ac curatorem nulli adhibe, quoniam vulnere affligor. Accurrentibus ad illum velut tranſlegum duobus à Pompeij exercitu, vnum aggreſſus occidit, alterius humerum enſe traiecit, &c. l. 2. de bello ciu.
m Nihil additura, non profectura ad mortem ſunt tela iniecta: eruſa potius omittunt animam.

Tollite, & in Magni viuentem ponite castris:
Hoc vestro præstate duci: [n] *sit Scæua relicti*
Cæsaris exemplum potiùs, quàm mortis honestæ.
Credidit infelix simulatis vocibus [o] *Aulus:*
Nec vidit recto gladium mucrone tenentem:
Membráque [p] *captiui pariter laturus, & arma,*
Fulmineum medijs excepit faucibus [p] *ensem.*
Incaluit [p] *virtus: atque vna cæde resectus*
Soluat, ait, pœnas, Scæuam quicunq; subactum
Sperauit: pacem gladio si quærit ab isto
Magnus, adorato submittat Cæsare signa.
An [q] *similem vestri, segnemq; ad fata putastis?*
Pompeij vobis minor est, causæq; Senatus,
Quàm mihi mortis amor. Simul hæc effatus, & [r] *al-*
Cæsareas puluis testatur adesse cohortes, (tus
Dedecus hic belli Magno, crimenque remisit,
Ne solum totæ fugerent te Scæua cateruæ:
[s] *Subducto qui Marte ruis: nam sanguine fuso*
Vires pugna dabat. [t] *labentem turba suorum*
Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet.
Ac velut inclusum perfosso in pectore numen,
Et viuam magnæ speciem Virtutis adorant:
Teláque confixis certant euellere membris,
Exornantq; Deos, ac nudum pectore Martem
Armis Scæua tuis. [u] *felix hoc nomine famæ,*
Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.
[x] *Non tu bellorum spolijs ornare Tonantis*
Templa potes, non tu lætis vlulare triumphis.
Infelix, quanta [y] *dominum virtute parasti!* (sus
[z] *Nec magis hac Magnus castrorum parte repul-*

a Facile vt videtur potius transisse à Cæsare, quam pro eo mortem cum gloria oppetisse.

o Nomen illius ducis cuius opem imploranit.

p Scæuæ.

q Imbellem & mortis timidum.

r Excitatus à P. Sylla adcentantis militibus pulvis hostili recessu prætextum dedit Pompeianis, ne Scæuam solum fugere arguerentur.

s Qui receptui signo à Pompeianis dato, non habens in quo calidum & ministeria obeundem sanguinem exerceat, deficit.

t Deficientem socij tollunt, virtutem scillius venerati, cuius monimentum Deorum templis & imagini ipsius Martis suspendunt, tela illi infixa & arma viri. Vixisse eum testatur Cæsar, 3. Cùm enim Scæuæ capite, humero, femore sinistro & oculo vno orbati festum ad Cæsarem attulissent, inuenta sunt in eo foramina CCXXX. (sed vt alij referunt CXX) donauit eum M. CC. assis, atque ab omnibus ordinibus ad primipilum traduxit, &c.

u Multa & vana confectantes gloriam.

x Ac vero perit tibi virtus, quippe cui neque triumphum lætâ & licentiosâ acclamatione prodegi neque spolia Ioui Capitolino referre contigit. quod bello ciuili victoribus negatum est. Val. Max.

y *Insidiose*, Cæsarem, cui per te summa tuipse fis seruiturus. Sallust. 1. Histor. *Miser exercitus, cui per tot labores & vulnera ad finem victoriam gratiosum est.*

z Pompeius à se repulsos non desistebat, magis quàm fu- à fugendo repercutiebat, quin & crebro impulsu victores tandem fecerunt

Intra claustra piger dilato Marte quieuit,
Quàm mare lassatur, cùm se tollentibus Euris,
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis [a] *adest, serámque sibi parat vnda ruinam.*
[c] *Hinc vicina petens placido castella* [d] *profundo*
Incursu [e] *gemini Martis rapit: armáque latè*
[f] *Spargit, &* [g] *effuso laxat tentoria campo:*
Mutandæq; iuuat permissa licentia terræ.
[h] *Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas*
Excurrit ripas, & totos concutit agros.
Succubuit si quà tellus, cumulúmque furentem
Vndarum non passa, vuit: tum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos.
[i] *Illos terra fugit dominos: hos rura colonis*
Accedunt, donante Pado. [k] *vix prælia Cæsar*
Senserat, elatus specula quæ prodidit ignis.
Inuenit impulsos [l] *presso iam puluere muros,*
[m] *Frigidáque vt veteris deprendit signa ruinæ;*
[n] *Accendit pax ipsa loci, monuítque futorem*
Pompeiana quies, & victo Cæsare somnus.
[o] *Ire vel in clades properat, dum gaudia turbet.*
[p] *Torquato ruit inde minax:* [q] *qui Cæsaris arma*
Segnius haud vidit, quàm malo nauta tremente
Omnia Circææ subducit vela procellæ:
Agminaque interius muro breuiore recepit,
Densius vt parua disponeret arma corona.
[r] *Transierat* * *primi Cæsar munimina* ‖ *valli,*

a Adedit, medio.
b Crebris iactibus & diutino insultu quassam.
c Pompeius ab Aego & Rosetillo Allobrogibus nauifugis edoctus, transversum inter geminum aggerem ad mare vallum nondum esse perfectum, sagittarijs militibusque nauali missis, qui munitionum defensores à tergo peterent, ipse primâ luce cum copijs accessit, cohortes itaque Cæsaris quæ ad mare excubuerant, tertiâ mariquæ prælæ terga vertunt, quas Pompeiani non sine multa cæde insecuti sunt vsque ad castra Marcellini, vbi Antonius cum XII. cohortibus descendere visus Pompeianos compressit.
d Mari. vt nota sup.
e Terra mariquæ. ibid.
f Extendit. latiùs diffundit.
g Prius circumscriptus atque inclusus gaudet iam liberiore campo.
h Expatiatur, non secus atque Padus exundans. vel superat

aggeres oppositos: vel, si qua parte agger eueniu fatiscit, irruit ac longè latèque campos inundat. i Terra alluuione attrita decedit alijs dominis atque alijs adcitur. k Neque multò post, Cæsar, significatione per castella fumo facta, deductis ex præsidijs quibusdam cohortibus eodem venit, qui, cognito detrimento, cum animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum, &c. 3. com. Cæs. l Sedato. m Non à recenti pugna calentia. n Pompeij quietem paratu argris oculis vidit Cæsar. o Paratus se in periculum certum præcipitare, modò illius pacē disturbet. p Ruit inde minatus exitium Torquato, qui à Pompeio præfectus fuerat castello. q Qui, viso Cæsare, suos intra aggeres interiorem (castellum enim incluserat castello. q Qui, viso Cæsare, suos intra aggeres interiorem (castellum enim incluserat castello. q Qui, viso Cæsare, suos intra aggeres interiorem (castellum enim inclusum erat maioribus castris) recepit: non minus caute quàm prouidus nauta tempestatem ad Circæum in mari Tyrrheno ingruentem aduertit, velaque contrahit. r Cæsar eius dici deprimentum facere cupiens, legionem Pompeij in castellum eductam oppugnare se posse speraus, cohortes XXXIII. quàm potuit occultissimè duxit. * & munitiones castrorum, tamen ‖ erant magnæ, aggressus. Pompeianos ex vallo deturbauit. ‖ Pompeius re nouata quietem legionem subsidio suis duxit. ibi Cæsaris equitatus, receptui suo timens, initium fugæ fecit.

* Cum

bat cohortes cum ex vallo Pompeium adesse & suos fugere cernerent, ne
* vtrinque ab hoste intercluderentur, sese in fossas fugâ præcipitabant, omniáque erant tumultos, timoris, fugæ plena.

f Catinenses atque accolæ Ætnæ non ita horrent incendiũ & flammas montis Ætnæ, quam Enceladо giganti fulmine icto iniectam fabulantur, vento intra cauernas furente, vt Cæsariani iam trepidabant victi fugarĩ, i. e Lapides ignitos & globos flammarum eructat in subiectos campos.

m Ante manum cum hoste confertam.

x In fatum, dum fugiunt, incidunt.

y Atque hic debellatum fuisset ciuile bellum magna cum Cæsarianorum cæde; nisi Pompeius vel fato vel metu suos repressisset à persequendo hoste. Adeò vt suis amicis ipse Cæsar dixerit: *Pene hoste bodie fuisset victoria, si ducem vincere scientem habuissent.*

z Pompeius continuit suos in ciuilem cædem furentes. Neque enim ita apte de Cæsare intelligi potest qui à suis neque autoritate, neque hortatu, neque minis neque precibus impetrare potuit vt consisterent.

a Ita Silius l.2. *Et liber campi pæster.*

b Instituisset fortuna fax & victoriæ; fugientes insecutus hostes, vel ad internecionem cæsos, vtrinque ciuili bellasset P. Corn. Sylla, melius sciens vincere quàm Pompeius, ficubi illi contigisset par fortuna. c Tam piè parcente tibi & ciuibus. d Quam occasionem nisi omisisset ille. Non ad Vticam Africa tot vidisset cædes Iubæ regis, Scipionis, Catonis, Labieni, Petrei, Faustæ, &c. Non ad Mandam, de qua videl. 1. v. 40. e Neque Pompeius ad ostium Nili Prolusiacum appellens, ibi periisset. l. 8. v. 464. f Pompeij, l. 8. v. 8. & deinceps. g Ptolemæo rege Ægyptio, cuius permissu Iussuque interfectus est. Pharos insula & turris ad portum Alexandrinum. h Nec Rex Iuba, & Petreius, ne in manus hostis venirent, mutuis vulneribus concurrentes cecidissent. i l. 4. v. 593. k Neque Scipio Pompeij socer, penes quem in Africa reliquiarum Pharsaliæ & imperij summa erat, ferro suo traiectus & in mare præcipitatus retulisset infestas vmbris Pœnorum in secundo & tertio bello Punico gentis suæ superbiæ cæsorum. l Neque è vinis discessisset vir integerrimus Cato, qui Vticæ filium aeternæ consuluit. m Belli ciuilis & libertatis oppressæ. n Iamque in itinere medio incitato lassus cursus Pharsaliæ victoriæ. o Cæsar castra & regionem in quibus infelicius pugnatum est deserens in Thessaliam se contulit.

Cæsar,

Cæsar, & Emathias [p] *lacero petit agmine terras.*
[q] *Arma secuturum soceri, quacunque fugasset,*
Tentauere sui comites diuertere Magnum,
Hortati, patrias sedes, atque hoste carentem
Ausoniam peteret. [r] *Nunquam me Cæsaris, inquit,*
Exemplo reddam patriæ, nunquámque videbit
Me, nisi dimisso redeuntem milite Roma.
Hesperiam potui, [s] *motu surgente, tenere,*
[t] *Si vellem patrijs aciem committere templis,*
Ac medio pugnare foro. [u] *dum bella relegem,*
Extremum Scythici transcendam frigoris orbem,
Ardentésque plagas. victor tibi, Roma, quietem
Eripiam, qui, ne premerent te prælia, fugi?
Ah potiùs, ne quid bello patiaris iniſto,
Te Cæsar putet esse suam. Sic fatus, [x] *in ortus*
Phœbeos conuerit iter, terraéq, secutus
Deuia, quà vastos aperit Candauia saltus,
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.
[z] *Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis*
Attollit Titan, rupes Ossæa coërcet.
[a] *Cùm per summa poli Phœbum trahit altior æstas,*
Pelion opponit radijs nascentibus vmbras.
[b] *At medios ignes cœli, rabidíque Leonis*
Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.
[c] *Excipit aduersos Zephyros, & Iapyga Pindus,*
Et maturato præcidit vespere lucem.
[d] *Nec metuens imi Boream habitator Olympi*
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.

p Duobus enim filijs præsidio reliquit Cæsar è suis, milites 900, equites 60, centuriones 30, tribunos mil. 10, signa militaria 12.

q Pompeium ab initio Cæsarem insequendi frustra conati sunt amici dissuadere, hortati vt Italiam Roma vnque potius repeteret.

r Non videbit me Roma armatum, vt Cæsarem non reuertar in patriam nisi dimisso exercitu.

s Initio tumultus huius ciuilis.

t Si placuisset illorum exemplum, qui cum ciuili hoste in medio foro dimicantes, templa & sacra Deorum impiè contaminarunt.

u Ego certè quò bellum à patria longè submoueam, adibo extremas regiones gelidæ Arctoi vel zonæ torridæ subiectas.

x Pompeius Cæsarem insecutus ad Asparagum consedit. Cæsar in veteribus castris trans Genusium amnem tantisper constitit, quoad Pompeianos alijs rebus occupatos sensit. Inde per Epirum & Acarnaniam in Macedoniam iter flexit. Secutus est Pompeius per Candauiam qui mons est Illyricum à Macedonia disterminans. y Pompeij cladis à fatis destinatam. z Ab Ortu brumali mons Ossa Thessaliam terminat. vide Herodotum in Polymnia, vnde hæc desumpta est chorographia. a Pelion mons adumbrat Thessaliam ab ortu Solis iusta æquæ ortiuam, quem & Astrologi vocant *summa poli*. b Ad meridiem & notiam (inquit Herodotus) Othrys habet, Solis itaque meridiani in æstiuo tropico Cancri & inde Leonis signo ardorem Othrys arcet. c Pindus mons ad Occasum situs excipit Pannonios & Iapyga ventum ex Apulia flantem, atque altitudine sua Soli occidenti interiectus noctem præproperat. d Et qui radices Olympi ad Boream siti incolunt, ab Aquilonis sæuitia per montis altitudinem mundi, Cynosuram & Helicen nocte lucentes non vident.

e τὸν δὲ Θεσσαλὸν λόγος ἐστὶ πάλαι ἔτι λίμνην, ὅτε γε συνεχέων ἁπάντων πάντοθεν ἐόντων ἐπέργμα ἦεν. Herodot. Polym.

f Stagnabat olim Thessalia in paludē montibus vndique clausam, priusquam * Hercules diuulsis Ossi & Olympo eximium Peneo fl. dedit in mare. aperuitque amoenissima Tempe. Herodotus à Neptuno terræmotu factum esse refert. vide Senec. Herc. Fu. v. 281. & Aelian. var. hist. l. 3. c. 1.

g Fluminum cursus non habentes exitum in mare augebant paludem.

h Mare sensit impetum Penei emissi.

i Atque vtinam mansisset vsque sub aquis potius, quam facta fuisset terra & arena qua concurreret ciu. bel. Rom.

e *Has inter montes media qui valle premuntur,*
f *Perpetuis quondam latuere paludibus agri:*
g *Flumina dum campi retinent, nec peruia Tempe*
Dant aditus pelago, stagnumq́; implentibus vndis
*Crescere cursus erat. postquam * discessit Olympo*
Herculea grauis Ossa manu, h *subitæq́; ruinam*
Sensit aquæ Nereus: ! melius mansura sub vndis,
k *Emathis æquoreis regnum Pharsalos Achillis*
Eminet, & l *prima Rhœteia litora pinu*
Quæ tetigit Phylace, m *Pteleosq́;, &* n *Dorion ira*
Flebile Pieridum; o *Trachin,* p *pretióque nefandæ*
Lampados Herculeis sortis Melibœa pharetris:
Atque olim q *Larissa potens:* r *vbi nobile quondam*
Nunc super Argos arant: s *veteres vbi fabula Thebas*
Monstrat Echionias: vbi quondam Pentheos t *exul,*
Colla, capútque ferens supremo tradidit igni,
u *Questa quòd hoc solum nato rapuissет Agaue.*
x *Ergo* y *abrupta palus multos discessit in omnes.*
z *Purus in occasus, parui sed gurgitis, Æas*
Ionio fluit inde mari: a *nec fortior vndis*
Labitur auectæ pater Isidis, b *& tuus, Oeneu,*
Penè gener c *crassis oblimat Echinadas vndis:*

k Thessalica Pharsalos regnata quondam Achilli filio Thetidis marinæ, eminuit ex aquis. l Eminuit Phylace vrbs Phthioticæ regnata Protesilao qui in bello Troi. primus Græcorum emicuit in litus Troianum. Rhœteum autem Troados promontorium est. m Thessaliæ vrbs & nemus. n Oppidum, iuxta quod Thamyris à musis in carminis certamen prouocatus victus atque excæcatus fuit. Hom. 2. Il. o Thessaliæ opp. in aspero & traxoso loco conditum. πρὸς χερσὶν. Heracleæ postea dicta. p Magnesiæ in Thessalia ciuitas, patria Philoctetæ, quem Hercules donauit sagittis, incensæ ab eo in OEta pyræ pretio. q Thessaliæ vrbs, patria Achillis fortissimi è Græcis olim ad Troiam. r Vbi quondam erat Argos nobilis ciuitas, nunc diuisa arauro vertitur. s Atque hîc etiam Thebæ sunt Phthioticæ, æmulæ Bœoticarum. Echion vnus ex è terrigenis cuius opera vsus Cadmus Thebas condidit, vota soluit. t Exul, ab aliis expositum, nonnè alienatum, ab aliis, *exterminatum à filio Baccharum vitus execratum.* Aperuerat autem filium Pentheum per satorem rata vitulum interfecit, ad se reuersa Thessaliam regi petiit, vbi filio iussu perobscuris ex nomine veteris patriæ Thebas condidit. Virg. in Culice. *quo quemquam vellet furore Pentheus fugiens Cadmeis Agaue, Iusandas scelerata matres, & sede cruenta.* u Desiderans reliqua membra ad rogum. x *Thessalia flumina recipit.* y Emissis angustijs per montes ab Hercule vel sumosigero diuulsos palus prius inclusa. z Alias fluuius limpidus & modicus in mare Ionium labitur. a Inachus pater Isis à Ione in vaccam mutatæ, quæ filii reddita & in Aegyptum amissa. b Achelous, cui desponsata fuerat Dianeira filia OEnei: sed Herculi victori nupta. c Turbidus exit, limoque auget Echinadas insulas ostio suo, nunc Aetoliam, obiectas.

d Et

[a] Et Meleagream maculatas sanguine Nessi
Enenos Calydona secat. [c] ferit amne citato
Maliacas Sperchios aquas. * & flumine puro
Irrigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi.
[f] Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues ventos suspirat Anauros,
[g] Et quisquis pelago per se non cognitus amnis
Peneo donauit aquas. [h] it gurgite rapto
Apidanos: nunquamque celer, nisi missus. Enipeus.
[i] Accipit Asopos cursus, Phœnixque, [k] Melasque.
[l] Solus in alterius nomen cùm venerit undæ,
Defendit Titaresius aquas, [m] lapsusque superne
Gurgite Penei pro siccis vitatur aruis.
Hunc fama est [n] Stygijs manare paludibus amnem,
Et [o] capitis memorem, [p] fluuij contagia vilis
Nolle pati, superúmque sibi seruare [q] timorem.
[r] Vt primùm emissis patuerunt amnibus arua,
Pinguis [s] Bœbicio discessit vomere sulcus:
Mox [t] Lelegum dextra pressum descendit aratrum.
[u] Æolidæ, [x] Dolopésque solum fregêre coloni,
Et [y] Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.
Illic [z] semiferos Ixionidas Centauros
Fœta [b] Pelethronijs nubes effudit in antris.
Asperа te [c] Pholoës frangentem [d] Monyche saxa,

d Et Enenos fl. iuxta quem Nessus Centaurus ab Hercule, quòd Deianeiram vim inferre conatus esset (ut fuit) per Calydoniam Meleagro olim regnatam labitur.
g Sperchius in Maliacum sinum exit.
* Ad Amphrysum fl. Apollo Admeti armenta pauit.
f Thessaliæ fl. nullas auras aut nebulas exhalans, quod & nomen indicat. Sed vide Turnebum l. 3. Adu. c. 2.
g Et quicunque amnes in Peneum defluentes nomen amittunt, neque suo alueo deferuntur in mare.
h Enipeus (inquit Strabo) accipit Apidanum, & iuncti concitatiore cursu fluunt. Apollon. 1. Arg. Quod verò 7. Met. *Irrequietus Enipeus, Apidanusque senex.*
i Asopos recepto Phœnice fl. iuxta Thermopylas in mare exit. Strab. 9.
k Thess. fluuius.
l In Peneum inci-

dit neque tamen illius vndis admisceri vult exprimere illud Homeri Il. β. Οὐδ' ἄρα πηνειὸς συμμείσγεται ἀργυροδίνης, Ἀλλ' ἐ μὲν καθύπερθεν ὑπὲρ ῥοὸς Ἠπείροιο Ἔλλειπεν, Ὄρεϊ γὰρ δεδμημένος ὕδασιν ἶσιν Ἀντρώδεϊ ξ. m Superne innatat.
n Ita Homerus, vernm è Citario monte oritur. o Originis suæ è Styge. p Peneï, quem influit. q Religionem iurisiurandi namque Stygis *Dij metuunt & fallere numen.* Virg. AEn 6. ὅστις μέγιστος Ὅρκος, ἀείνωτος τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι. Il. 15 vide quæ nos ad Senec. Herc. Fu. v. 711. r *Thessalia* nicolas enumerat. s Al. Bœbeia, à Bœbe opp. Thess. t Thessaliæ opp. Plin. l. 4. c. 7. & Strab. l. 7. u Thessali antiqui ab AEolo Hellenis F. Sed & omnes Græci extra Isthmum præter Athenienses & Megarenses dicti eum duo AEolex. x AEtolorum pop. qui Magnesiam commigrarunt. y Penei fl. & Pelij montis accolæ equorum domitores opt. vt & Centauri vicini. z Comites Iasonis in expeditione Colchica. a Centauros Pelij montis accolas, quos ex nube sibi pro Iunone à Ioue supposita genuisse Ixion fingitur, formâ superne humanâ, inferne equinâ. cùm enim primi ab equis pugnarent, è longè biformes visi sunt, cum equi ora aquis immersa haberent. b Pelethronium, mons Thess. c Montis Arcadiæ, à Pholo centauro Herculis in Nessum ironem proficiscentis hospite ibi sepulto. d Centaur. *quantus iuuenetur Monyche grauis.* Iuuenal. Sat. 1.

Te-

Téque[a] sub Oetæo torquentem vertice vultus
Rhœce ferox, quas vix Boreas inuerteret, oras:
**Hospes & Alcidæ magni Pholoëtéque per antra*
[f] Impiobe Lernææ vector passure sagittas:
Téque senex[g] Chiron, gelido qui sidere fulges
[h] Impetis Æmonio[i] maiorem Scorpion arcu.
[k] Hac tellure[l] feri micuerunt semina Martis,
[m] Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit; [n] primus chalybem, frænósque momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.
[o] Prima fretum scindens [p] Pagasæo littore pinus,
Terrenum ignotas hominem proiecit in undas.
[q] Primus Thessalicæ rector telluris Itonus
In formam calidæ percussit pondera massæ,
Fudit & argentum flammis, auriumque moneta
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.
[r] Illic, quod populos scelerata impegit in arma,
Diuitias numerare datum est. [s] hinc maxima serpens
Descendit Python, [t] Cyrrhæáque fluxit in antra:
Vnde & Thessalicæ veniunt ad Pythia laurus.
[u] Impius hinc prolem superis immisit Aloeus,
Inseruit celsis propè se cùm Pelion astris,
Sideribúsque vias incumbens abstulit Ossa.
Hac vbi [x] damnata fatis tellure locarunt
Castra duces; [y] cunctos belli præsaga futuri
Mens agitat, summiq; grauem discriminis horam
Aduentare palam est. propius iam fata moueri

a Sub Oëta monte amisit truncis iaculator audax.

f Nesse, qui cũ transvectat à te Deianeiram stuprum offeret, ab Hercule sagittis Hydræ Lernææ felle imbutis traiectus fuit.

g E Centauris insistitur, qui in cœlum relatus, est Sagittarius.

h Thessalico arcu videris petere præcedentem Scorpion.

i Occupantem duorum σιδηρομητρεων spatium.

k *Ad inuenta iam Thessalia transit.*

l Thessali pugnæ ex equis, frænorum & ephippiæ inuentores erant, innicta manus & bello nata.

m Hic percussâ tridente petrâ Neptunus produxit bellatorem equũ. cui nomen Scyphius. Pindari interp. in 4. Pyth. Non hîc agitur de certamine Palladis & Neptuni, quod in Attica habitum fuit.

n *Frena Feloniq; Lapithæ, &c.* Virg. 3. Geo.

o l. 3. v. 193.

p l. 3 v. 715.

q Hîc primum Itonus Thessaliæ rex Deucalionis F inuenit rationem conflandi æris, argenti & auri, signandæque monetæ. r Ibi primùm nummi, omnis sceleris, ipsiusque belli nefarij initium erat.

s In Thessalia serpens ille Πυθων è putredine post diluuium natus est, quem Apollo interfecit, cuius corio tripus Delphicus contectus est, inque illius serpentis cæsi memoriam instituta Pythia certamina, quorum præmium laurus. t Delphica. Cirrha opp. Phocidis haud procul à Delphis. u Hîc Iphimedia uxor Aloëi à Neptuno compressa peperit Otum & Ephialtem, qui nouem ætatis annum ingressi nouem vlnas longi erant, & giganteam cœperunt fortem opem ferentes, Pelio, quod per se prope contigit astra, imposcere Ossa quo cœli orbes ut volverentur impedijt. x Destinatâ bello ciuili. y Omnes inter spem metumque solicitii eximum dubij expectant.

[a] *Degeneres trepidant animi, peioráque versant.*
Ad dubios pauci præsumto robore casus
Spemq; metúmque ferunt. [a] *Turba sed mistus inerti*
Sextus erat, Magno proles indigna parente,
[b] *Qui mox Scyllæis exul grassatus in vndis,*
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.
Qui stimulante metu fati prænoscere cursus,
Impatiensq; moræ, [c] *venturisque omnibus æger;*
[d] *Non tripodas Deli,* [e] *non Pythia consulit antra,*
[f] *Nec quæsisse libet, primis quid frugibus altrix*
Ore Iouis Dodona sonet, [g] *quis noscere fibra*
Fata queat, [h] *quis prodat aues,* [i] *quis fulgura cœli*
Seruet, & [k] *Assyria scrutetur sidera cura,*
[l] *Aut si quid tacitum, sed fas, erat.* [m] *ille supernis*
Detestanda Deis sæuorum arcana Magorum
[n] *Mouerat, & tristeis sacris feralibus aras,*
Vmbrarum, Ditisque fidem: miseróque liquebat
Scire parum Superos, vanum, sæuumque [o] *furorem*
Adiuuat ipse locus, [p] *vicináque mœnia castris*
Hæmonidum, [q] *ficti quas nulla licentia monstri*
Transierat, [r] *quarum, quicquid non creditur, ars est.*
Thessala quinetiam tellus herbásque nocenteis
Rupibus ingenuit, [s] *sensuráque saxa canentes*
Arcanum ferale Magos: [t] *ibi plurima surgunt*
Vim factura Deis. & [u] *terris hospita Colchis*
Legit in Hæmoniis, quas non aduexerat, herbas.

x *Degeneres animos timor arguit.* pleriſque prona eſt timori in pejus fides; pauci præſidenti animo meliora ſperant.

a Sextus Pompeij F. à patris virtutibus degenerans cum ignaua & puſillanima plebe timet; ſolicitaque antea magicas ad præcognoſcendũ belli euentum.

b Qui poſtea elapſus clade ad Mundã, piraticam exercuit in mari Siculo, & cum dedecore traduxit patris de piratis profligatis triumphos.

c Puſillanimus ad bonam futurorum ſpem. *æger, ſolíque libidine ſortis.* Iuuen. Sat. 4.

d Neque tamẽ conſulit diuinationum honeſtiora genera, non Apollinis oraculum in Delo inſ. De tripode dictum ad v. 81. l. 5.—

e —non oraculum Delphicum. de quo dictum l. 5. v. 71. & deinceps.—

f —non oraculum Iouis à columba ſeu muliere redditum è querco Dodonæ in Chaonio Epiri ne-

more. *Herodot. Euterpe*, quæ ſylua glande nobilis erat, qua veſcebantur primi homines ante inuentas fruges:— g —non extiſpicia per fibras victimarum:— h —non auſpicia per aues oscines & prepetes:— i —non augura per tonitrua, fulmina, fulgetra:— k —non Aſtrologiam, qua clamarunt Chaldæi Aſſyriæ pop.— l —aut ſi quæ alia diuinatio tacita erat ſed licita:— m —ſed ille ſolicitabat, facta magica, infera, dijs ſuperis deteſtata: perſuaſamque habebat reddi à manibus Dæmonijſque per Necromantiam ea quæ Dij aut nescirent, aut præſciri nollent. n Ita reſtituit H. Grotius. cùm libri vulgati habeant, *Nouerat*, &c. o Cupiditatem explorandi futura. p Pharſalicis campis vicinæ vrbes Theſſaliæ. q Quarum artes nihil tam licentiam mul. veneficijs atque incantamentis fanioſorum. ter fingitur quod ſuperet. r Quarum artes incredibilia efficiunt, ſuperantque fidem. s Et ſaxa quæ ſentiant fagarum incantamenta *Vimque ſaxa, ſua &c.* Medea Ouid. 7. Met. t Naſcuntur plurima quæ à Dijs creatis extor. neant, quæ vellet veneficæ, mox v. 446. u Medea è Colchis hùc ab Iaſone aduecta colligebat hic herbas potentiores quàm quas ipſa è Ponto ſecum aduexerat.

x Impia, tot populis, tot surdas gentibus aures
Cœlicolúm, diræ conuertunt carmina gentis.
Vna per æthereos exit vox illa recessus,
y Verbáque ad inuitum perfert cogentia numen,
Quod non cura poli, cœlique volubilis vnquam
Auocat. z infandum tetigit cùm sidera murmur,
Tunc Babylon a Persea licet, secretáque Memphis
Omne vetustorum soluat penetrale Magorum:
Abducit superos alienis b Thessalis aris.
Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
c Non satis adductus amor: flammisque seueri
Illicitus arsère senes. d nec noxia tantum
Pocula perficiunt, aut cùm turgentia succo
Frontis e amaturæ subducunt e pignora fetæ.
f Mens hausti nulla sanie polluta veneni
Excantata perit. g quos non concordia misti
Alligat vlla tori, blandæq; potentia formæ,
Traxerunt torti magica vertigine fili.
h Cessauêre vices rerum: dilatáque longa
Hæsit nocte dies: legi non paruit æther.
Torpuit & præceps audito carmine mundus:
Axibus & rapidis impulsos Iuppiter vrgens
Miratur non ire polos. i nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo:
k Et tonat ignaro cœlum Ioue. l vocibus ijsdem
Humentes latè nebulas, nimbósque solutis

x Deos minùs audientes vota tot gentium & populorum carmina Thessaliũ sagarum fecisse imò coegisse, penetrasse quippe cœli penetralia *Quibus obsidunt Manes, turbantur sidera, coguntur numina, seruiunt elementa.* Apul. 3. Met.

y Attentionemque expetit imò exprimit vox Thessalæ Diis hoc agentibus neque hinc auocatis aut vacantibus gubernationi cœli & orbium.

z Vbi istæ incantationes sollicitarent Deos, non Chaldæi Astrologi, non sacerdotes Ægyptij (etiamsi omnes artes effoderint, omnia sacra magica parerent) mouerunt Deos quo ministroti vterentur Thessalicis sagis.

a Assyriæ vrbs, Chaldæis primùm, inde Persis subdita; à Cyro excepta.

b Mulier Thessala.

c Naturæ, ætati, votisque diuersis amor.

d Et plus ad amorem conciliandum valêt carmina, quàm philtra, quàm hippomanes *nascentis equi de fronte reuulsus, & matri præreptus amor.* Virg. 3 Æn. 4. & Plin. l. 8. c. 42.

e Carunculam hanc in fronte recens nati pulli si quis præripuerit equæ quæ peperit, matet non admittit fœtum ad vbera, pignus itaque amoris appellat.

f Carmina dementant sæpe & in furorem vertunt, etiam citra pocula veneni hausta.

g Quos non amor coniugalis, non forma deuinxit, traxit in amorem rhombus vertigo magica, girgillo, cui filum inuoluitur; traxere licia incantata & nominibus eorum quos cogere volebant venefica, nexa. *Triplici diuersa colore Licia circunda, & mox, Nectetribus nodis ternos, &c. Venerisque dic vincula nectis.* Virg. Ecl. 8.

h Vicissitudines rerum è lege naturæ; vt noctis & diei, tempestatum anni, torpente carminibus cœlo nec reuoluto. Sagæ, inquit Apuleius 1. Met. potens cœlum deponere, terram suspendere, fontes durare montes dilocare, manes sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare.

i Splendente sole omnia plausus interpret venefica istu. *Et empetri nubilus flectit aquas.* Med. Sen.

k Inscio Ioue, sereno tonat æthere.

l His carminibus fretæ venefica, sacris nefandis operatæ, pedibus nudis passoque capillo vagantes nebulas inducunt aut fugant. *nubila pello, Nubilique induco.*

Ex-

Excussêre comis. [m] *ventis cessantibus, æquor*
Intumuit: rursus vetitum sentire procellas
Conticuit turbante Noto: puppimq; ferentes,
[n] *In ventum tumuêre sinus.* [o] *de rupe pependit*
Abscissa fixus torrens: [q] amnisq; cucurrit
Non quà pronus erat. [q] *Nilum non extulit æstas:*
[r] *Mæander direxit aquas:* [s] *Rhodanumq; morantẽ*
Præcipitauit Arar: [t] *submisso vertice montes*
Explicuêre iugum. [u] *nubes suspexit Olympus:*
[x] *Solibus & nullis Scythicæ, cùm bruma rigeret,*
Dimaduêre niues. [y] *impulsam sidere Tethyn*
Reppulit Hæmonidum, defenso litore, carmen.
[z] *Terra quoque immoti concussit ponderis axem,*
Et medium vergens nisu titubauit in orbem.
Tantæ molis onus percussum voce recessit,
Prospectúmque dedit circumlabentis Olympi.
[a] *Omne potens animal leti, genitúmque nocere,*
Et pauet Hæmonias, & mortibus instruit arteis.
Has auidæ tigres, & nobilis ira leonum
[b] *Ore fouent blando: gelidos his explicat orbes,*
Inq; pruinoso coluber distenditur aruo.
[c] *Viperei coëunt, abrupto corpore, nodi:*
[d] *Humanóque cadit serpens afflata veneno.*
[e] *Quis labor hic superis, cantus herbasq; sequendi*
Spernendíque timor? cuius commercia pacti
Obstrictos habuêre Deos? parere necesse est,
An iuuat? [f] ignota tantum pietate merentur?

m Sonuere flatus, tumuit *Infamum mare Tacuere venti.* Sen. Med. concussique fusto, Stantia concutiens *freta, &c.* ventis *obtegens, vocésque.* Ouid Meden. 7. Metam. Apul. 1. Met.

n Contra ventum aduersum plenis velis feruntur naues.

o De rupe proclini præceps torrens fluitat. *Sistere aquam fluuijs.* Virg. 4. Aen.

p *Ripis suis ambitus, amnes In fontes redire suos.* Ou. 7. Met.

q Nilus in æstiuo solstitio solitus inundatione Ægyptum rigare, carminibus inhibetur neque excrescit.

r Mæ. fl. aliis sinuosus l. 1. v. 208. arte magici ritu fertur cursu.

s Acer leni aliquo agmine precipitat se in Rhodanum, qui rapidissimus alias, magico carmine tardatur. l. 1. v. 434.

t Demisso in planum vertice descendunt montes campis æquati.

u Olympus mons Macedoniæ, nubes cacumine superans, demisso arte magica

videt nubes se aliores. x Medii bruma, è montibus Scythiæ nullo sole illustris solitus desiunt niues. y Mare luna & sideribus tempestuosis Arcturo, Orione, Suculis orientibus seruire solitum, carminibus Thessalnhiberur & à litore arcetur. z Terræ motu incussunt axis, terrarum verò orbis subsidens & medio loco dimotus, motuum supero atque infero cœlo conspectum dedit, permistique vnius loci incolis totius cœli prospectum. a Omne serpentum genus vtcunque noxium & lethiferum, timet tamen magica carmina, quibus incantatum, sopitum, ruptumque, à veneficis ad malas artes adhibetur. *Serpens, quercus quibus Marsigena veniat, carmine audito stupet.* Sen. b Insontes & innocuæ lambunt. c Vipeni in partes concisi, carminibus harum restituta coit. d Affatu veneficæ rumpitur serpens. e Quæ rit cum admiratione atque indignatione poeta, vnde veneficæ tantum apud Deos valeant, verum ex pacto & sponte sua, an necessariò & vi conti cruciatus ipsorum carmina & venefi cijs earum obnoxii velint nolintque quod illæ petunt. f Nescio quæ quam acuto mortalium. *Ironicè.*

An tacitis valuêre minis? [g] *hoc iuris in omneis*
Est illis superos? an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum, qui mundum cogere, quicquid
Cogitur ipse, potest? [h] *illis & sidera primùm*
Præcipiti deducta polo: [i] *Phœbéque serena*
Non aliter dirus verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terreníque ignibus arsit,
Quàm si [k] *fraterna prohiberet* [k] *imagine tellus,*
Inferereq́, suas flammis cœlestibus vmbras.
Et patitur tantos cantus deprensa labores
Donec suppositas propior despumet in herbas.
Hos scelerum ritus hæc diræ carmina [m] *gentis*
Efferat [n] *damnârat nimiæ pietatis* [o] *Erichtho,*
Inq́, nouos ritus pollutam duxerat [p] *artem.*
[q] *Illi nanque nefas vrbis submittere tecto*
Aut laribus ferale caput: desertáque busta
Incolit, & tumulos expulsis obtinet Vmbris,
Grata Deis Erebi. [r] *cœtus audire silentum,*
Nosse domos Stygias, arcanáque Ditis operti
Non superi, non vita vetat. tenet ora [s] *profanæ*
Fœda situ macies, [t] *cœlóque ignota sereno.*
Terribilis [u] *Stygio facies pallore granatur,*
Impexis onerata comis, si nimbus, & atræ
[x] *Sidera subducunt nubes, tunc Thessala* [x] *nudis*
Egreditur bustis, nocturnáque fulgura captat.
[a] *Semina fœcundæ segetis calcata perussit,*
[b] *Et non letiferas spirando perdidit auras.*
Nec superos orat, nec cantu supplice numen
Auxiliare vocat, nec fibras illa [c] *litantes*

g Vnan ius hoc & imperium habeat in omnes deos? an vnū certum?
h Hanc ego de cœlo descendere sidera vidi. Tibul.
i Et clara Luna in cantata expalluit turbidā luce & terrenā, non aliter atque vbi Eclipsim passa obscuratur interpositā ei Soliq. terrā. *Facit horrida mœsta, cum Thessal. en Vexata mihi, eadem frons Propert. legit.*
k Solis illustratione.
l Lectionem hanc præfert H. Grot. Ego præstarem vulgatā: *deprensa*, i.e. tracta carmine, rhombo deducta, quò propior herbas suā salivā & spumā inficiat.
Quamis Alexacio lunam spumare veneno Scyret. Val. Flacc. 6. Arg. Lunam despumari, stellas exstilli, deos tolli, noctem temeri, &c. Apul. Metam. 1.
m Thessalidum cæteratum.
n Improbat, reiicit, contemnit tanquam nimium in se habentem pietatis. sic Lucan. *Damna quid, inquit sceleris, &c.*
o Nomen vocat ficticium ex Ouid. epist. Sapphus: *Vt quam furialis Erichtho*

Iratæ, Magaq́ (vt ait Apuleius l. 2. Met. de Pamphile) primi nominis, & omnis carminis sepulchralis magistra quæ omnem istam lucem mundi sideralis in ima Tartara & in vetustum chaos mergit. p Necromantiam sc. q Neque enim vrbes aut tecta subibat; sed sepulchra. r Illa sciebat loca inferorum abdita & operta tectis, *vel alias terrā & caligine mersa*, quæ vigentibus nosse nefas. s Erichthus. t De die aut serenā luce non vsquam visa.
u Tristi & funerali. x Obscurato Solem, Lunam, stellas. y Vacuit quibus vmbras expulerat modò v. 511. *vel* per Hypallagen ipsa vacua. z Diuinationem ex ignibus nocturnis.
a *Quacunque ingrediatur, florentia præterit arua, & uiridique herbas.* b *Afflatuque suo pecudes, uirides, domosq́ Pallas.* c Quibus dij placantur.

Nouit:

Nouit: [d] funereas aris imponere flammas
Gaudet, & accenso rapuit quæ tura sepulcro.
Omne nefas Superi prima iam voce [e] precantis
Concedunt, [f] carmenque timent audire secundum.
[g] Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes,
Infodit busto: fatis debentibus annos
Mers inuita subit: [h] pernersa funera pompæ
Rettulit à tumulis: fugêre cadauera [i] letum.
[k] Fumantes iuuenum cineres, ardentiáque ossa
E medijs rapit illa rogis, ipsamq; parentes
Quam tenuêre, facem: nigróque volantia fumo
[l] Feralis fragmenta tori, vestesque fluentes
Colligit incineres, & olentes membra fauillas.
[m] Ast vbi seruantur saxis, quibus intimus humor
Ducitur, & [o] tracta durescunt tabe medullæ
Corpora; tunc omneis auidè desæuit in artus,
Immersitq; manus oculis: gaudétque gelatos
Effodisse [p] orbes: & siccæ pallida rodit
[q] Excrementa manus: laqueũ, nodósque [r] nocentes
Ore suo rupit: pendentia corpora carpsit.
Abrasitq; [s] cruces: [t] percussáque viscera nimbis
Vulsit, & [u] incoctas admisso sole medullas.
[x] Insertum manibus chalybem, nigrámque per artus
Stillantis tabi saniem, viruſq; [y] coactum
Sustulit, & [z] nerno morsus retinente pependit.
Et quacunque iacet nudum tellure cadauer,
[a] Ante feras, volucresq; sedet: nec carpere membra
Vult ferro manibúsque suis, [b] morsúsque luporum
Expectat, siccis rapturа è faucibus artus.

d Sacris operari hos ſernis, quæ accendebantur igne tantùm è rogis rapto.
e Huius veneficæ.
f Horrent quippe repetitam excantationem.
g Eos, quibus fata diuturnioris vitæ vſuram erant largitura, illa interficit. Epod. 5. Horat. de Canidia.
h A ſepulchris, præpoſtero pompæ ritu Erichtho refert cadauera defunctorum quos ad vitam renocat, in necyomantiæ vſum. *Sed & buſta & rogis reliquias quod-m, & cadauerum præſegmina ad exitiabiles vinentium fortunas petuntur.* Apul. 2. Met.
i Alij leg. *lethum*, ſc. funebrem.
k Efficaciora ſc. futura in ſuis veneficijs omnia, quòd *fumantes*, quòd *iuuenum*, quòd *ardentia*, quòd *ipſis parentibus præripiã*. parentes autem filiorum rogum face accendebant.
l Feretri, veſtium, & membrorum reliquias ſemuſtas.
m Quod ſi quando incidat in corpora non cremata, ſed Orientalium more, condita.
n Temperaturæ ille humor putreſcens à calore ambientis educitur, quod in corruptione fit. *vel*, ſanies aromatis elicitur.
o Extractâ ſanie. *vel*, per ſiccitatem contractâ & areſcente.
p Oculos, vel ſinus, in quibus oculi vt ſupra v. 216.
q Vnguium ſordes & præſegmina. *Hic irreſtinctum ſanus dentes hiudo Canidia rodens pollicem.* Hor. 5. epod.
r Al. leg. *nocentia*, h. e. ſtrangulati, ſuſpenſi.
ſ Saniem è crucibus.
t Madefacta nimbis & pluuiâ.
u Indauratas.
x Clauos ferreos, quibus fixi qui in cruce pendebant. *Hic manes & digiti, illic carnoſi clani pendentium, alibi truncidatorum ſeruatus cruor*, &c. Apul. 3. Met. Cathenas, manicas infra v. 297.
y Collectum congelatum.
z Mordicus pependit ſtudio euellendi, ſicubi nerous retineret quod illa dentibus corripuerat.
a Antenertit feras & alites.
b Sed expectat morſ. lup. ad maiorem in veneficijs efficaciam. *Et oſſa ab ore rapta iciuna canis.* Epod. 5. Hor. *Et exturia dentibus ferarum trucis cadaueris.* Apul. 3. Met.

[c] Nec ceſſant à cæde manus, ſi ſanguine vino
Eſt opus, erumpat iugulo qui primus aperto.
Nec refugit cædes, vinum ſi ſacra cruorem,
Extáque funereæ poſcunt trepidantia menſæ:
[d] Vulnere ſic ventris, non, quà Natura vocabat,
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.
[e] Et quoties ſæuis opus eſt, ac fortibus vmbris,
Ipſa facit manes: [f] hominum mors omnis in vſu eſt.
Illa genæ florem primæuo corpore vulſit,
Illa comam læua morienti abſcîdit ephebo.
[h] Sæpe etiam caris cognato in funere dira
[i] Theſſalis incubuit membris: atque oſcula [k] fingens
Truncauítque caput, compreſſáque dentibus ora
[l] Laxauit: ſiccóque hærentem gutture linguam
Præmordens, gelidis infudit murmura labris,
Arcanúmque nefas Stygias mandauit ad vmbras.
Hanc vi fama loci [m] Pompeio prodidit: [n] alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub noſtra tellure diem: deſerta per arua
Carpit iter. fidi ſcelerum, ſuetíque [o] miniſtri
Effractos circum tumulos, ac buſta vagati
Conſpexêre procul prærupta in caute [p] ſedentem,
Qua iuga deuexus Pharſalica [q] porrigit [r] Æmus.
[ſ] Illa Magis, magicisq; Deis incognita verba
Tentabat, carmenque nouos fingebat in vſus.
Namq; timens ne Mars alium vagus iret in orbem,
Emathis & tellus tam multa cæde careret;
Pollutos cantu, dirísque venefica ſuccis
Conſperſos, vetuit [t] tranſmittere bella [u] Philippos,
[x] Tot mortes habitura ſuas, vſurúque mundi
Sanguine: cæſorum truncare cadauera [y] Regum

c Neque cædi abſtinet, ſi quando opus ſit ad foreſta ſacra ſanguine recens emiſſo, aut extis adhuc palpitantibus.
d Per vulnus extrahit vtero partum, quem aris imponat.
e Vbi opus eſt cruentis vmbris, ſibi ipſa interficit aliquem, cuius manes ſuſcitet.
f Ad alia facinora alii vtitur morte, cuiuſque ætatis: modò ephebi comas paſcuri, modò adoleſcentis primæuo in flore lucentę.
g Lanugine efflorescentem.
h Sæpe ſub prętextu extremi oſculi (de quo vide quæ ad v. 740 l. 3. Incognitis morientibus caput aliqua parte immittunt, præmordet linguam, infuſurrauit mandatum ad infernos. Sæpe iſta ora mortuorum dimorſa reperiuntur ſunt illis artis magicæ ſupplementa. Apul. 2. Met.
i Erichtho.
k Affingens.
l Aperuit.
m Sexto, Pompeii F.
n Concubii, mediâ nocte qua Sol meridianus verſatur apud Antipodas.
o Funali Sexti Pomp.
p Venificam Erichthon.
q In planum extenditur.

r Mons Thraciæ, qui noſtro alijſque autoribus pro monte Theſſaliæ vſurpatur. vti dictum eſt ad v. 180 l. 1. ſ Illa ſolicita ne alibi transferretur bellum ciuile, adeoque ipſa cuperet vti ſtrage tot cadaverum, meditabatur carmina & artes quibus retineret illud in Theſſalia.
t In alias terras transferre. u Vrbem Thraciæ, quæ tamen confundiſur cum Philippis, vti obſeruatum eſt ad v. 680 l. 1. x Cadaueribus & ſuo Mc multorum gentium ſanguine ad ſatietatem vſus. y Pompeio auxilium ferentium, vel principum.

Spe-

Sperat, & [x] Hesperiæ cineres auertere gentis,
Ossáque nobilium, tantosq; acquirere manes.
[a] Hic ardor, solúsque labor, quid corpore Magni
Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus.
Quam prior affatur [b] Pompeÿ ignaua propago.
O [c] decus Hæmonidum, [d] populis quæ pandere fata,
Quæq; suo ventura potes deuertere cursu,
Te precor, vt certum liceat mihi noscere finem,
Quem belli fortuna paret. non vltima turbæ
Pars ego Romanæ, Magni clarissima proles;
[e] Vel dominus rerum, [f] vel tanti funeris [g] hæres,
Mens [h] dubÿs percussa pauet, [i] rursusque parata est
Certos ferre metus. [k] hoc casibus eripe iuris;
Ne subiti, cœcíque ruant: vel numina torque,
Vel tu parce Deis, & [l] Manibus exprime verum.
[m] Elysias resera sedes, ipsámque vocatam,
Quos petat è nobis, Mortem tibi coge fateri.
Non humilis labor est: dignum, quod quærere cures,
[n] Vel tibi, [o] quò tanti præponderet alea fati.
Impia [p] lætatur vulgatæ nomine famæ
Thessalis, & contra: [q] Si fata minora moueres,
Pronum erat, ô iuuenis, quos velles (inquit,) in actus
Inuitos præbere Deos. conceditur arti,
Vnam cùm radijs presserunt sidera mortem,
Inseruisse moras: & quanuis fecerit omnis
Stella senem, medios herbis abrumpimus annos,
[r] At simul à prima descendit origine mundi
Causarum series, atque omnia fata laborant,
Si quicquam mutare velis, vnóque sub ictu
Stat genus humanũ: tunc, Thessala turba fatemur,
[s] Plus Fortuna potest. [t] sed si prænoscere casus

x Italiæ.
a Iam dudum gestit ac spe fruitur, meditata quæ Pompeÿ, quæ Cæsaris & si rapiat membra.
b Supra v. 420.
c Thessalorum celeberrima.
d Quæ futura præscire, impedireque ne eueniant, potest. *Quid ars magica valeat efficere, vide quæ nos ad Senecæ Medeam v. 733.*
e Si vicerit patet.
f Si occubuerit pater.
g Erat tamen Pompeÿ filius minor natu.
h Exitus incerta.
i Parata vtique omnes perferre casus, certi modò sint periúlque explorati.
k Tu casibus ijs præripe hanc in me potestatem, ne improuisi ruant in me iam ante à te edoctum.
l Carminibus & veneficijs coge vt verum prædicant.
m Aut mitte Deos; atque per Necromantiam euoca manes ex Elysijo campis, siue malis ipsam Mortem muneris sui præsciam. De Elysijs campis vide quæ nos ad Senecæ Troada v. 942.
n *Emphasis.*
o Quò se inclinet belli huius fortuna & victoria.
p Gaudet artis suæ & nominis gloriâ apud Romanos celebratâ. q Si vnius cuiuslibet aut singulorum fata vel proferri vel mutari poterant: hoc quidem in nostra potestate esset, valet quippe ars nostra seni iam morti ab omnibus sideribus destinato vitam prorogare: & contrà, longæ vitæ addictum in medio ætatis cursu tollere. r Verùm fata illa maiora & serie & ordine causarum ab æterno dispositâ non est artis nostræ mutare; & plus in ijs valet vna Fortuna quàm nostræ omnium Thessalarum artes. s Sed ad eventus belli præsentissimos expedita & multiplex nobis patet ratio.

Contentus, faciles aditus, multiq; patebunt
Ad verum: [t] tellus nobis, [u] ætherque, chaosq;,
[y] Æquoraq;, [z] & campi, Rhodopeaq; saxa loquentur.
[a] Sed pronum, cùm tanta nouæ sit copia mortis,
Emathijs vnum campis attollere corpus,
[b] Vt modò defuncti, tepidique cadaueris ora
Plena voce sonent: ne membris sole peruſtis
Auribus incertum feralis strideat vmbra.
Dixerat & noctis geminatis [c] arte tenebris,
Mœstum tecta caput squalenti nube, pererrat
Corpora cæsorum, [d] tumulis proiecta negatis.
Continuò fugêre lupi, fugêre reuulsis
Vnguibus impastæ volucres, dum Thessala [e] vatem
Eligit, & [f] gelidas leto scrutata medullas
Pulmonis rigidi stantes sine vulnere fibras
Inuenit, & vocem defuncto in corpore quærit.
[g] Fata perentorum pendent iam multa virorum,
Quem superis reuocasse velit. si tollere totas
Tentasset campis acies, & reddere bello:
Cessissent leges Erebi, monstróque potenti
Extractus Stygio populus pugnasset Auerno.
Electum tandem [i] traiecto gutture corpus
Ducit, & inserto laqueis feralibus vnco.
Per scopulos miserum trahitur, per saxa cadauer
[k] Victurum: monisque caui, quem tristis Erichtho
[l] Damnârat sacris, alta sub rupe locatur.
[m] Haud procul à Ditis cæcis depressa cauernis
In præceps subsedit humus: quam pallida [n] pronis
Vrget silua [o] comis, & nullo vertice cœlum
Suspiciens, [o] Phœbo non peruia taxus opacat.
Marcentes intus tenebræ, pallensq; sub antris
Longa nocte situs, nunquam, nisi carmine factum,

a Gemuerit; ex signis captum in terra factis.
u Aëromantia ex animam volata, ex ventis, & imbribus. vel Pyromantia, ex fulgure, fulmine & igne.
x Necromantia; euocatio ab inferis vmbræ. Chaos, hiatus & voragoæternæ noctis i. mortis. confusa rerum moles. l. 1. v. 74.
y Hydromantia; ex aquis.
z Aruspicina; ex obseruatione extorum in victimis & pecudibus campestrium & montium.
a Expeditissimam tamen omnis rationem copiæ cadauerum in Thess. campis affert Necromantiam: quorum vnius vmbra excitanda est.
b Et enim recens exsiti ore distincta & liquida vox percipitur.
c Incantatione.
d Insepulta.
e Cadauer vaticinio aptum.
f Explorans cui sint integerrima vocis organa.
g Incertum est, quis è tanta cadauerum strue in vitam sit reuocandus.
h Quod si tentasset omnes exsiti vitæ & prælio restituere: opportunè insertorum Regem de suo iure cedere, nec citra nauum dedecus, potuisse quodlibet eorum vitæ restitui in pristinam redijsse.
i Cuius gutur ipsa vnco traiecera t.
k In victum reducendum.
l Damnauerat destinarat magicis sacris.
m Specus debiscentis in præceps ad Tartarum propè profundas, sylui tamen opacæ, vnde euocanda erat vmbra, descriptio, qualem vide apud Virg. 6. Æn. Senec. Oedip. v. 530. & Statium 4. Theb.
n Declinatis ramis.
o Solis radijs impenetrabile nemus & funesta tanto obumbrat.

Lumen

Lumen habet. non Tænareis sic faucibus aër
Sedit iners, [q] *mœstum mundi confine latentis,*
Ac nostri: [r] *quò non metuunt emittere manes*
Tartarei reges. nam quanuis Thessala vates
Vim faciat fatis, dubium est, quod traxerit illuc
Aspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.
Discolor, & vario furialis cultus amictu
Induitur, vultúsque [s] *operitur crine soluto,*
[t] *Et coma vipereis substringitur horrida certis.*
Vt pauidos [u] *iuuenis comites, ipsumq; trementem*
Conspicit, exanimi defixum lumina vultu:
Ponite, ait, trepida conceptos mente timores:
[x] *Iam noua, iam vera reddetur vita figura:*
Vt quanuis pauidi possint audire loquentem.
[y] *Si verò Stygiosq; lacus,* [z] *ripámque sonantem*
Ignibus ostendam, si me præsente videri
[a] *Eumenides possent, villosáque colla colubris*
Cerberus excutiens, & vincti terga Gigantes,
Quis timor, ignaui, metuentes cernere manes?
Pectora tunc primùm feruenti sanguine [d] *supplet*
Vulneribus [e] *laxata nouis: tabóque medullas*
Abluit: & [f] *virus largè lunare ministrat.*
Huc quicquid fetu genuit Natura [g] *siniſtro*
Miscetur, non spuma [h] *canũ, quibus vnda timori est,*
Viscera non lyncis, non dirae [i] *nodus hyænae*
Defuit, & [k] *cerui pasti serpente medulla:*

p Tænarus, saxum ad radicem promontorij Maleæ in Laconia; vbi propter vastum hiatum, tetrum vaporem atque auditum strepitum descensus ad inferos patere credebatur. *Tænaria etiam fauces, alta osſa Ditis.* Virg. 4. Georg. Sen. 6. Herc. Fu. v. 661.

q Terminus inter Inferos & nos.

r In quem Tænarum, *vel* in quam specum vehebat Ericthus, reges inferni non dubitant emittere vmbras, tanquam in locum vitæ mortisque medium, ambiguum.

s Sunt qui leg. *operitur crine remisso.* sed minus probè. In sacrificiis enim operiebantur, simulque promittebant capillos. *Nullis humoris infusa capillis.* Medea Ouid. 7. Met.

t Serta adhibet viperis implicita, furiarum more. *Tales hoc cruenta serta texuntur manu, Nexa quæ serpens ligat.* Med. Senec.

u Sexti P.

x Responsa dabit hic sub forma humana eâdem quæ pla-

y Quòd si vobis ostendi possent horrenda quotquot in inferno sunt; non tamen esset vobis metuendum, me præsente, quam illa timent. z Pyriphlegethonta, lacus igneos Tartarum ambientes. a Furiæ l. 7. v. 778. b *Stygius canis, cuius fordidum tabo caput Lambunt colubræ: vipereis horrent iubæ.* c Terræ filij, qui Dijs bellum inferre ausi à Ioue fulminati in Tartarum deficiebantur, cæsis manus post terga reuinctæ. d Implet. e Aperta ad recipiendum nouum sanguinem. f Spumam cæu saliuam lunaticæ magnæ in magicis efficacissimam. g Infelici, monstroso & damnato. *quæ sua multa exuuerat.* h Rabidorum, namque & ipsi canes rabidi, & ij quos momordere, horrent aquæ conspectum. Plin. l. 8. c. 40. *Nec formidatis aurihatur aquis.* Ouid. i Spina. Hyenæ collum & iuba constat spinæ porrigitur. Plin. l. 37. c. 10. k Cerui spiritu serpentes è latebris extrahunt, cornu elidunt & vorant. atque hinc iuuenescere credantur. Ἔλαφος, ὅτι τὸ ἐλαφὸν ἐσθίει ὄφεις. Solin. 32. c. Plin. l. 11. c. 83. vide quæ nos ad Martial. ep. 29. l. 12.

Non [l] *puppim retinens, Euro tendente rudentes,*
In medijs [l] *echeneis aquis,* [m] *oculíque draconum,*
[n] *Quæq́ sonant seta tepefacta sub alite saxa:*
Non Arabum [o] *volucer serpens, innatáque rubris*
[p] *Æquoribus custos pretiosæ vipera conchæ:*
Aut viuentis adhuc Libyci [q] *membrana ceraſtæ,*
Aut cinis Eoa positi [r] *Phœnicis in ara.*
Quò postquàm viles, [s] *& habentes nomina* [t] *pestes*
Contulit: infando [u] *saturatas carmine frondes,*
Et, quibus [x] *os dirum nascentibus insputt, herbas*
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni.
Tunc vox Lethæos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, confundit murmura primùm
[y] *Dissona, & humanæ multùm discordia linguæ.*
Latratus habet illa canum, gemitúsque luporum,
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queritur,
Quod stridet vlulantq́ feræ, quod sibilat anguis
Exprimit, & planctus illisæ cautibus vndæ,
Siluarúmque sonum, fractæq́ tonitrua nubis.
Tot rerum vox vna fuit. mox cætera vanu
Explicat Hæmonio, penetrátque in Tartara lingua.
[z] *Eumenides, Stygiúmque nefas, pœnæq́ nocentũ,*
Et [a] *Chaos innumeros auidum confundere mundos,*
Et [b] *Rector terræ, quem longa in secula torquet*
Mors dilata deũm, [c] *Styx, &, quos nulla reteretur*
[d] *Thessalis,* [e] *Elysios, cælum,* [f] *matremque perosa*
Persephone, [g] *nostræq́ Hecates pars vltima, per quã*
Manibus & mihi sunt tacitæ commercia linguæ:

l Pisciculus, qui cæteris adhærens, nauem retinere creditur vndo & nomen ἔχων τὴς ναῦς. Remora. in veneficijs quoque infamis, &c. Plin. l. 9. c. 15. & l. 32. c. 1. *Ruunt venti liberi, sæuiunt procellæ, &c.*

m Quibus melle tritis inuncti oculi red lentor impuldi aduersus nocturnas imagines.

n Aetites, in aquilæ nido repertus lapillus, quasi prægnans, quassus quippe sonat. Plin. l. 10. c. 3. Alijs Gagates.

o Iaculus serpens, qui se ex arborum ramis vibrat. l. 9. v. 720. & Plin. l. 8. c. 25.

p Vipera in mari Erythræo, quæ conchas in quibus vniones siue margaritæ nascuntur oblerunt.

q Exuuium serpentis, de quo Plin. l. 8. c. 13. & Nicander in Theriacis. *Squamea Gnyphei tenuis membrana chelydri* Ouid. 7. Met. nollet l. 9. v. 714. & 851.

r Auis vnica, è cuius vrnæ confectæ eoque cremantis cineribus noua oritur. Plin. l. 10. c. 2. Ouid. Met. 15.

s Suspicor legendum *nec habentes nomina* sic enim Ouidius, quem nollet imitatus. Met. 7. *Vis & mille alijs postquam sine nomine rebus Proposuit nomen, &c.* quadrabit simul cum præcedenti *vales. vt, vile & sine nomine vulgus.* t Venena & monstra. u Excantatas.

x Summ ipsius Erichthus. y Dissona, aliena à voce humana. composita ex omnibus sonis, cantibus, sibilis, vlulatibus, &c. z Sic Sibylla 6. Æn. Virg. *Dij quibus imperium est animarum, vmbræque silentes, Et Chaos & Phlegeton, &c.* Et Medea Senec. *Vos precor vmbræ silentum, vosque feroces deæ, Atque Chaos cæcum, &c.* a l. 1. v. 47. b Pluto, Dis, Iupiter Stygis. cui in sortitione regni Saturni contigit terra infera. cui vitæ tædium. c Palus inferorum. d Veneficæ. e Supra v. 600. f Ad superos redire nolens degustatis mali punici granis 7. *Nec repetita sequi curat Proserpina matrem,* Virg. 1. Georg. g Hecate, quæ in cœlo luna, in terris Diana, in inferis ea Proserpina: cuius beneficio mihi cum dijs Manibus murmuris commercia & colloquia.

[b] *Ianitor*

h Ianitor & sedis laxæ, qui viscera sæuo
Spargis nostra cani: repetitáque fila sororum
i Fracturæ: túque ô flagrantis k portitor vndæ
Iam lassate senex ad me redeuntibus vmbris:
Exaudite preces, si vos satis ore m nefando,
Pollutóque voco, n si nunquàm hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano, si o pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido p profecta cerebro:
q Si quis, qui vestris caput, extáque lancibus infans
Imposuit, victurus erat, parête precanti.
r Non in Tartareo latitantem poscimus antro,
Assuetámque diu tenebris, modò luce fugata
Descendentem animam: primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci. licet has exaudiat herbas
Ad manes ventura semel. s Ducis omina nato
Pompeiana canat noti modò militis vmbra,
t Si bene de vobis ciuilia bella merentur.
Hæc vbi fata caput, spumantiáque ora leuauit,
Aspicit astantem proiecti corporis vmbram,
Exanimes artus, x inuisáque claustra timentem
Carceris antiqui. pauet ire in pectus apertum,
Visceráque, & ruptas letali vulnere fibras.
y Ah miser, z extremum cui mortis munus inique
Eripitur non posse mori. miratur Erichtho
a Has fatis licuisse moras, iratáque morti
Verberat immotum b viuo serpente cadauer:
Pérque cauas terræ, quas c egit carmine, rimas
d Manibus illatrat, regníque silentia rumpit.
e Tisiphone, f vocísque meæ secura g Megæra,
Non agitis sæuis h Erebi per inane flagellis

h Cerbere, πρόλας βορᾶν, inferni ianitor, vitæ brutum terror.
i Grotius legendum autumat *Tractura*. h.e. Parcæ reuocatæ ex in viam cadauer hoc.
k Charon, Stygis & Pyriphlegetontis portitor.
l Vehendis vltro citróque vmbris, quas ego euoco.
m Diris carminibus & carne humana depasto.
n Quin gustauerim prius carnem humanam.
o Prægnantis mulieris, vel aluo extracti fœtus. vt supra v. 538. & v. seq.
p Extra quæ Dijs profecerunt.
q Si extractum aluo infantem & mox victurum aris vestris imposui.
r Vasis, quæ in fœtis exta exciperent.
s Non pero vt rodent vmbra diu retenta in imo Tartaro: sed recenter emissa, nec dum à Charonte transuecta: ita, vt licet, carmine meo & veneficijs excitetur, non tamen nisi semel Styga trajecit.
t Vmbra militis sui & modò defuncta canat Sexto patris sui fata & euentum.

u Si modò in beneficium vestrum & rém cedant bella ciuilia. x Trepidantem redire, à libertate qua frui iam cœperat, in pristinum corporis carcerem, δίμας, σῶμα. y Commiserio poetæ. z Cui negatur liberè in morte mori. a Quod licuerit animæ tamdiu detrectare imperium suum non extemplo corpus ingressæ. b Flagello anguineo. more furiarum. *Anguе ter excussо, &c. vivo manum aëra verberat hydro.* Statius. & Senecæ Megæra in Thyeste. c Aperuit, rimas agere fecit. d *Graviore manes voce & attonita cies.* Œdip. Sen. v. 568. *Atque hic Tiresiæ vocandum astantibus vmbris; Telæ ait, &c.* Stat. Theb. 4. e Furiæ. f Negligens, non obtecta mea voci. g Per regionem vmbrarum, exilem Platonis domum.

Infelicem animam? [h] *iam vos ego nomine vero*
Eliciam, Stygiásque canes in luce superna
Destituam: per busta sequar, [i] *per funera custos,*
Expellam tumulis, abigam vos omnibus vrnis.
[k] *Teq́ Deis ad quos alio procedere vultu*
Ficta soles, Hecate, pallenti tabida forma,
Ostendam, saciémque Erebi mutare vetabo.
[l] *Eloquar immenso terræ sub pondere, quæ te*
Contineant, [m] *Ennæa, dapes,* [n] *quo fœdere mœstum*
Regem noctis ames, quæ te [o] *contagia passam*
Noluerit reuocare Ceres. [p] *tibi pessime mundi*
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis,
Et subito ferière die. Paretis? an [q] *ille*
Compellandus erit, [r] *quo nunquam terra vocato*
Non concussa tremit, [s] *qui Gorgona cernit apertam,*
Verberibúsque suis trepidam castigat Erinnym,
[t] *Indespecta tenet vobis qui Tartara, cuius*
Vos estis superi; [x] *Stygias qui peierat vndas?*
[y] *Protinus astrictus caluit cruor, atráque sonit*
Vulnera, & in venas extremaq́ membra cucurrit.
Percussæ gelido [z] *trepidant sub pectore fibræ:*
Et noua desuetis subrepens vita medullis,
Miscetur morti. tunc omnis palpitat artus.
Tenduntur nerui: nec se tellure cadauer
Paulatim per membra leuat, [a] *terráque repulsũ est,*
Erectúmque simul. [b] *distento lumina victu*

h Nos vos vt prius Eumenidas, Erinnyes, vltrices pœnarum cibos: sed infernas & Stygias canes sed ἀφυίας, μεγάλοιο διὸς κυνίας. Apollonius l. 2. atque ita excitatas deinebo in luce neque ad inferos reuerti patiar.

i Custos sepulchrorũ vocat vos arcebo.

k Teique, Hecate, exhibebo Dijs spectandam natiuo vultu quo palles apud inferos.

l Referam quam vili cibo vescaris apud inferos. Δηλονότι τεθνῶτα ἐστὶν ἐφέστια βρώματα. Aphonij apud Athenæum l. 7. c. 18.

m Proserpina, ab Enna Siciliæ opp. vbi rapta est à Plutone.

n Incesto. erat enim filia Iouis & Cereris. Ceres autem ipsa f. Saturni & Opis.

o Cibi infernalis. Asclaphi enim indicio cùm insimulata esset gustasse apud inferos 7. grana mali punici, incisa est omnis spes reuertendi ad superos.

p Gigantes Στομίχας imo Tartaro emissos solutosque tibi iniiciam, inferorum & tenebrarum rex; teque in lucem, quam horres, extraham. vel per terram carmine meo fatiscentem immittam tibi solis radios.

q Dæmogorgon Deorum princeps, siue Demiurgus ille sit, (Platonis) Deus summus, omnium rerum creator, cuius nomen arcanum & ineffabile inter cætera Deorum nomina eiurare nefas nisi summa vrgente necessitate. Ita Tiresias in necyomantia 2. l. heb. Stati. *Scrutor cuius & quicquid dici nescique timetis, Et turbare Hecaten, si te Tyndareæ vererer, Et triplicis nimiũ summissum, pectus scirem vrsellum est. Illum sed tacco.*

r Cuius nomine vel citato terra concutitur.

s Qui clypeum, in quo Medusæ caput est homines conuertens in lapides, sine periculo cernit ipse Demogorgon omni Gorgone quam ceteri timent, superior.

t Omnium se firmamentum, sublata mundana, incessum incolens & Tartari ab ejus summæ profunditatis, quo visus vester pertendere non valuit.

u Qui vobis loco est inferior.

x Neque legi adstrictus, vt timeat peierare Styga, quod ceteri Dij horrent. supra v. 178.

y Sic minata auditur venefica intrat; palma cadauer.

z Palpitant vitalia.

a Repente erigit se in pedes.

b Sinus oculorum apertiuntur. Caret cæcis in vita. Sunt qui victu legant.

Nudantur,

Nudantur. non dum facies viuentis in illo,
c Iam morientis erat. remanet pallorq; rigorque,
Et stupet illatus mundo. sed d murmure nullo
Ora astricta sonant. vox illi, linguáque e tantùm
Responsura datur. dic, inquit Thessala, magnâ,
Quod iubeo, mercede mihi: f nam vera locutum
Immunem toto mundi præstabimus æuo
Artibus Hæmonijs: tali tua membra sepulcro,
g Talibus exuram Stygio cum carmine g siluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat vmbra.
Sit tanti vixisse iterum: nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere h Lethes,
A me morte data. tripodas, vatésque deorum
Sors obscura tenet. certus discedit, ab vmbris
Quisquis vera petit, duræq; k oracula mortis
Fortis adit. ne parce, precor. l da nomina rebus,
Da loca, da vocem qua mecum fata loquantur.
m Addidit & carmen, quo, quicquid consulit, vm-
Scire dedit. n Mœstum fletu manante cadauer, (bræ
o Tristia non equidem Parcarum stamina, dixit,
Respexi, tacitæ reuocatus ab aggere ripæ:
Quod tamẽ è cunctis mihi noscere contigit vmbris,
p Effera Romanos agitat discordia manes,
Impiáque infernam ruperunt arma quietem.
Elysias aly sedes, ac Tartara mœsta
Diuersi liquêre duces: quid fata pararent,
Hi fecêre palàm. tristis felicibus vmbris,
Vultus erat. vidi Decios, natúmque, patremq;.
q Lustrales bellis animas, flentemque r Camillum,
Et s Curios; t Syllam de te Fortuna querentem.

c Alij leg. sed quid si, Nec. facies non erat viuentis planè, nec tamen mortui, sed semiuiui, interè mortui.
d Compresso ore nondum vocem emittit.
e Ad interrogata veneficæ, non vltro locutura & libera.
f In æternum præstabo te liberum si modò vera referas, ne quis te magus in vitam reuocet, tuamque interpellet quietem.
g Lignis incantatis.
h Quietæ pacis. Lethe fingitur amnis apud inferos, cuius aqua pota rerum oblitionem inducit.
i Oraculorum responsa incerta sunt & ambigua. Necromantia vera & certa refert. de tripode vide quæ ad v. 812. supra.
k Manes consulens. necromantiam.
l Ede fata nominatim, hoc loco, voce clarâ.
m Et alio carmine, præparauit vmbram, perstitit que illi facultatem sciendi quæcunque interroganti.
n Vmbra lacrymis effusis respondit.
o Non datum est mihi noxæ vmbræ nec dum Stygem

transvectæ, planè scire quid parent fata: quod verò ex alijs vmbris nosse licuit, paudam.
p Ciuilis huius belli furor ad Romanorum vmbras deuenit. quarum alias felices ex Elysio pulsas interturbatâ quietè: alias impias ex imo Tartaro ruptis catenis fugientes, Elysium expellentes nouis scelestis cedentes, ipse ego, aduerti testari quid fata parent. q Expiatorias eorum se qui se pro exercituum salute deuouerant in bellis contra Samnites, l. 1. v. 708.
r l. 2. v. 514. s Curium Dentatum, hominem continentiæ pauperem sed auro Samnitem incorruptum, qui Pyrrhum Italiâ expulit, de Lucanis & Sabinis triumphauit l. 1. v. 169. t De quo vide l. 1. v. 139. & deincept. qui cùm vbique Fortunâ vsus fuisset secundâ, se felicem cognominauit filium Faustum. vt l. 2. v. 321. cuius tamen vmbra de fortunæ iniquitate quæ-

De-

Deplorat Libycis perituram [a] *Scipio terris*
Infaustam sobolem. [z] *maior Carthaginis hostis,*
Non seruituri mœret Cato fata nepotis.
Solum te [y] *Consul depulsis prime tyrannis*
Brute pias inter gaudentem vidimus vmbras.
Abruptis [y] *Catilina minax, fractisque* [z] *catenis*
Exultat, [b] *Mariique truces,* [c] *nudique* [d] *Cethegi.*
Vidi ego lætantes [e] *populavia nomina Drusos,*
Legibus immodicos, [f] *ausosq; ingentia Gracchos,*
[g] *Æternis chalybum nodis, & carcere Ditis*
Constrictæ [h] *plausêre manus:* [i] *camposq; piorum*
Poscit turba nocens. [k] *regni possessor inertis*
Pallentes aperit sedes, abruptáque saxa
Asperat, & durum vinclis adamanta, parátque
Pœnam [l] *victori. refer hæc solatia tecum,*
O iuuenis, placido manes, [m] *patrémque, domumq;*
Expectare sinu, regnique in parte serena
Pompeio seruare locum. [n] *nec gloria paruæ*
Sollicitet vitæ: veniet quæ miscet omneis
[o] *Hora duces.* [p] *properate mori, magnóque superbi*
Quanuis è paruis animo descendite bustis,
Et [q] *Romanorum manes calcate* [q] *Deorum.*

ter ob patres patitios à Cæsare oppressos, in quibus & filius suus Faustus cum suis interceptus periit, certâ inter exercitus dissensione.

a Scipio Æmilianus vel Africanus deplorat L. Scipionem Pompeij socerum peritorum in Africa quam ipse debellauerat supra v. 351.

z Cato Maior (qui sciens ex Africa aduectis & in senatu delatis, omni fere de quacunque re sententiæ alieuit; *Vidori sit & delendam Carthaginem*) mœret fata Catonis Minoris, qui, ne dominatum Cæsaris videret, sibi mortem conciuit. Vtica l. 2. v. 247. & deinceps. & supra v. 311.

y L. Iunius Brutus regum exactor, primus cum Tarquinio Collatino Consul sui ut lætâ ipse Cæsaris olim interfectoris à sua progenie

z Seditiosus Reip. ruinam molitus, notus vel pueris è Sallustio. a Quibus vinctus erat in Tartaro. b C. Marius l. 2. v. 69. & deinceps: cum fratre M. & filio. c l. 2. v. 142. d Catilinariæ coniurationis socij. e Liu. Drusus trib. pl. populi & sociorum fauor eum eneruatus, legem Agrariam & frumentariam perferre conatus est, & Socios ad spem ciuitatis erexit dum i suæ postea occitus. f Tib. & C. Gracchi fr. Trib. pl. seditionibus vexarunt Reip. promulgatis legibus Agrariâ, Frumentariâ, Iudiciariâ. g Ferreis vinculis in Tartaro coerciti Gracchi & cæteri. h Gratulati discordiæ & tumultui Reip. quia similes cæde nec ipsâ in morte recedunt. i Damnatorum manes poscunt sibi Elysium, vt nouis è bello ciuili adoenis locus sit. k Pluto laxat Tartara l. 3. v. 17. & parat arma in pœnas nocentum, fata perrupta & obtusa asperat, adamantinas catenas refingit. l Cæsari & suis, libertatis Reip. oppressoribus. m Cæsarianis Tartara patari, Pompeio Pompeianisque Elysium. n Neque solicitus inuideas Cæsari victori vitæ superstitis moram, brevem vtique futuram, vt qui intra quadriennium in vestrum ordinem redigetur. & ipse cæsus ad vos descendet. o Fatalis. p Vos igitur libentes fatis obuiam ite, qui, vtcunque magni funeris pompâ destituti fueritis, apud inferos tamen calcabitis vmbras victrices. vos patriæ libertatis propugnatores in Elysio beati sub pedibus videbitis illos patriæ oppressores in imo Tartaro cruciatos. q Iulij Cæs. & insequentium Imperatorum, per δόξαν δίκην in Martio campo solenni funere relatorum in numerum Deorum, cuius pompæ vide apud Herodianum l. 4.

r Quem

Quem tumulum Nili, quem Tibridis abluat vnda,
Quæritur, & ducibus tantùm de funere pugna est.
Tu fatum ne quære tuum cognoscere: Parcæ,
Me reticente, dabunt: tibi certior omnia Vates
Ipse canet Siculis genitor Pompeius in aruis:
Ille quoque incertus, quò te vocet, vnde repellat,
Quas iubeat vitare plagas, quæ sidera mundi.
Europam miseri, Libyamque, Asiamq; timete:
Distribuit tumulos vestris fortuna triumphis.
O miseranda domus, toto nihil orbe videbis
Tutius Emathiæ. Sic postquam fata peregit;
Stat vultu mœstus tacito, mortemq; reposcit.
Carminibus magicis opus est, herbisque, cadauer
Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata
Consumto iam iure semel. Tum robore multo
Extruit illa rogum: venit defunctus ad ignes:
Accensa iuuenem positum strue linquit Erichtho
Tandem passa mori. Sextóque ad castra parentis
It comes, & cælo lucis ducente colorem,
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus,
Iussa tenere diem densas nox præstitit vmbras.

r Et cùm tellus æqua recludatur victori victisque; de modo tamen & loco omnis hæc est disceptatio vter in litore Ægyptio prope Nilum, vter in campo Martio ad Tiberim sit comburendus. illud Pompeio, hoc Cæsari continget.
s Sexte.
t Vmbra patris tui in somnis tibi apparens in Sicilia offendet tibi tua fata, venturáque bella. Et quæcunque modo fugiáque feráque laborum, Expediet. Fictio poëtica.
u Nulla orbis pars erit vobis tuta; nulla vestrâ clade & ruinâ vacabit. Patet cadet cinis Libyæ in litore Alexandrino, filij; Cneius, in Europa, ad Mundam in Hispania, à Cæsare victus, Sextus, in Asia, interceptus ab Antonianis militibus interibit. Ita funera vestra dividentur in tres orbis partes à patre Pompeio triumphatas. *Pompeios iuuenes Asia atque Europa, sed ipsum Terra tegit Libyes: si tamen vlla tegit. Quid mirum toto si sparguntur orbe Iacera? Vno non potuerat tanta ruina loco*, Martial. ep. 7 l. 1. *Et quasi non posset toti tellus ferre sepulchra, Diuisit cineres.* Petron. Arbit. de Pompeio, Crasso, Cæsare.
x E Thessalica enim clade elapsi omnes.
y Eventum belli, & Pompeiorum fata.
z Mortuus iste in vitam reuocatus.
a Rursus mori petit.
b Reddendus iam morti ope veneficæ, cuius arte euocatus fuerat fatumque iuris sui, neque enim in iam semel defunctum Parcæ ius habuerunt.
c E ligno pyram struit, iuuenemque vitæ modò restitutum comburit.
d Illucescentem iam Auroram Erichtho carminibus suis inhibuit tardantque, donec Sextus cum suis in castra rediisset.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER SEPTIMVS.

[a] SEgnior Oceano, quàm lex æterna vocabat,
Lucifícus Titan nunquã magis æthera contra
Egit equos, currúmque polo rapiente retorsit:
[b] Defectúsque pati voluit, raptæq; labores
Lucis: & attraxit nubes, non [c] pabula flammis,
Sed [d] ne Theſſalico purus luceret in orbe.
At [e] nox [f] felicis Magno pars vltima vitæ
Sollicitos vana decepit imagine ſomnos.
Nam [g] Pompeiani viſus ſibi ſede theatri
Innumeram effigiem Romanæ cernere plebis,
Attollíque ſuum lætis ad ſidera nomen
Vocibus, & plauſu cuneos [i] certare ſonantes.
[k] Qualis erat populi facies, clamórque fauentis,
Olim cùm [l] iuuenis, primiq; ætate triumphi
Poſt domitas gentes, [m] quas torrens ambit Ibérus,
Et [n] quæcunque fugax Sertorius impulit arma,
[o] Veſpere pacato, [p] pura venerabilis æquè
Quàm currus ornante toga. [q] plaudente Senatu,
Sedit adhuc Romanus eques. [r] Seu ſine bonorum

a Tardior quàm æterna motus lege erat permiſſum, Sol ex Eoo mari videbatur ortus: volui moſtior quàm alias ecutra primi motoris curſum niti, quaſi in ortum reuerti à rapido contrarij curſus vertigine victus. l. 1. v. 141.

b Tanquam Eclipſin paſſurus deficere & laborare cœpit. e l. 1. v. 415.

d Ne puris conſpicuus radijs pugnæ Theſſalicæ intereſſet.

e Pompeius per quietem ſibi viſus eſt theatrum à ſe extra Romam ingredi, applaudente populo & multis ornare ſpolijs templum Veneris victricis. Quo inſomnio partim confirmatus eſt, partim territus, metuens ne Cæſar, qui ad Venerem genus ſuum refere-

bat, gloriam ipſe aſſereret. Plutarch & Appian. & Florus. f Namque exinde proſpera Pompeij fortuna celeriter *ruere & ſubláplà retrorſi* cœpit. g A Pompeio extructi ad formam illius quod in Mitylene viderat, ſed auguſtioris & capacioris. Tacit. l. 14 & Plin. l. 7. c. 5. & l. 36. c. 15. h Spectatores in ordinibus gradium ad formam cunei in anguſtum à fronte contrahorum ſedentes, vide Lipſ. de Amphith. c. 3 & Buling. de Circo c. 12. i Certatim applaudere. k Quali lætitiâ plauſuque exceptus fuerat olim ex Hiſpania reuerſus, & de Sertorio triumphum ante legitimam ætatem permiſſu ſenatus. l Annos 24. natus. m Hiſpaniæ. n Liu. l. 91. c. 28. o Hiſpaniâ, ad Occidentem ſitâ. p Non minus conſpicuus eluſtreve togâ candidâ & pura, qua etiandum nouus penè tyro & primas iuuentutis metas ingreſſus ſolebatur, quàm pictâ illâ & palmatâ qua triumphant conſules. q *Emphatice.* Senatu ſcilicet plauſum indolgente, atque applaudente iuueni Pompeio equiti, nec dum ordinis Senatorij. r Seu (ſequit poeta ſomnii huius cauſam aſſignans) mens rerum lætarum adhuc ſuum tale, per quietem recurrit ad ſolatium præſentium malarum ex memoria præteritarum.

Anxia

Anxia venturis ad tempora læta refugit:
[f] Siue per ambages solitas contraria visis
Vaticinata quies, magni tulit omina planctus:
[t] Seu vetito patrias vltrà tibi cernere sedes,
[u] Sic Romam Fortuna dedit. [x] Ne rumpite somnos,
Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.
Crastina dira quies, & imagine mœsta diurna
Vndique funestas acies ferat, vndique bellum.
[y] Vnde pares somnos populi, noctémque beatam?
O felix, si te vel sic tua Roma videret.
[z] Donassent vtinam Superi, patriæq; tibique
Vnum, Magne, diem, quo fati certus vterque
Extremum tanti fructum caperetis amoris.
[a] Tu velut Ausonia vadis moriturus in vrbe:
[b] Illa rati semper de te sibi conscia voti
Hoc scelus haud vnquam fatis hærere putauit,
Sic se dilecti tumulum quoque perdere Magni.
[c] Te misto flesset luctu, iuuenisque, senexq;
[d] Iniussusque puer: lacerasset crine soluto
Pectora femineum, ceu [e] Bruti funere, vulgus.
[f] Nunc quoque tela licet paueant victoris iniqui,
Nunciet ipse licet Cæsar tua funera, flebunt:
[g] Sed dum tura ferent, dum laurea serta Tonanti.
O miseri, quorum gemitus edere dolorem,
Qui te non pleno pariter planxere theatro.

f —Siue, quod non rarò fit, vt somnia repræsentent contraria, ita hîc Pompeio oblatus est plausor pro plausu—

t —seu cùm non daretur Pompeio exinde Romam videre, voluit fortuna eam ab illo cerni—

u —per quietem & somnij imaginem.

x Apostrophe pathetica ad stationarios castrorum vigiles, vt cum silentio excubias agant, neque buccinæ vigilias distinguentis sonitu Pompeio somnum & somnium interrumpant: cùm crastina dies abundè calamitatum sit allatura.

y O vtinam populo Rom. similis somnus & nox tam beata contigeret, qua te vicissim adspiceret ille talem, qualis tibi visus es per insomnium! Grotius. vel, vnde tibi alius eiusmodi somnus imaginem populi referens concilietur.

z O abundè felicem vtrumque, si & Pompeio & Romæ, quamuis cladis suæ futuræ certis, vnius dici moram indulsissent Dij, qua superesset mutuis amoris officijs, extremis osculis & salutatione fruerentur.

a Tu proficiscaris in bellum si-ducià victoriæ plenus, & quasi è prælio Romam reuersurus & in vrbe morituri.

b Roma assueta votis certis de te tuisque victorijs, eandem iam fiduciam conceperat. neque enim putauit tam crudele fatum tibi impendere vt prælio victus fugeres, vt alibi quam in patria caderes, spoliareturque ipsa tuo busto & tumulo.

c Quod si tibi contigisset in patria mori, quàm solenni omnis ordinis, sexus, ætatis, luctu & pompâ funebri elatus fuisses.

d Scal. conijcit legend. *Inuestisque puer.*

e L. Brutum liberatorem vrbis, exactorem Tarquinij matronæ R. defunctum luxerunt per annum, vt parentem & violatæ pudicitiæ vindicem.

f Et nunc vel inuito Cæsare victore deflebunt te: idque in publica lætitia ac victoriæ gratulatione.

g Et tamen hac parte miseri, quòd non publico luctu & planctu conceptum de te dolorem profiteri & persequi datur: sed illum alia mente supprimere, concoquere, & gemitu tantùm prodi, Nequeo *edere*, vertam *edere*, & e suppressione quasi eruere.

Vicet

h Sol orieus obscurauerat astra.
i Pompeius pugnæ periculum formidabat, statuebatq; tempore & inopiâ attenere & debellare homines armis invictos. Neque tamen diutius licebat illi per suorum & sociorum præcipitantiam tam salutari frui cõsilio. Milites ocium, socij moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic precipitantibus fatis, prælio sumpta est Thessalia & vrbis, imperij, generis humani fata commissa sunt. Plutarch. & Flor.
k In perniciem.
l Signum apud Romanos pugnæ committendæ erat paludamentum purpureum seu coccineum supra Prætorium expansum.
m Interitura ante noctem.
n Rutgersius legit *Mortis vicinæ*, i. vrit. lect. c. 12.
o Accelerat.
p Cæsaris.
q Arguebatur segnis & à dignitate ad ambitionem declinans bellum protrahere, quo diutius cum imperio esset & tantis tamque illustribus imperaret viris. Appellabatur *Agamemnon, rex regum*, &c. Plutarch. & Appian.
r Ne pace confectâ imperium deponere cogeretur.
s Conquestio Poetæ expostulantis, cur ita Dijs visum sit vt eos, quos errore cæcos in perniciem missuri sint, etiam cladis suæ authores arguí velint.
t Dimicatio de rerum summa in campis Pharsalicis à Pompeianis expetitur votis ardentissimis.
u Omnium nomine Pompeium allocutus est Cicero, dono quodam (vt ait Quintilianus) providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur, qui Consul nefarios Catilinæ Reip. euertere aggressi conatus prudentia adoerit, consilio suppeditarit, autoritate exhorsit.
x Scholiastes Iuuenalis citat hoc, legitque *iure togato*.
y Iniquo ferens animo cæsiones suas & forenses causas distineri silereque inter bella.
z Fortuna supplex inuitat te vt velis pulsum tui & affecta benignitate vti.
a Fatã tantùm pugnæ cæ-

[h] Vicerat astra iubar, [i] cùm misto murmure turba
Castrorum fremuit, satisque [k] trahentibus orbem,
[l] Signa petit pugnæ. miseri pars maxima vulgi
[m] Non totum visura diem, tentoria circum
Ipsa ducis queritur: magnóque accensa tumultu
[n] Mortis vicinæ properanteis [o] admouet horas.
Dira subit rabies: sua quisque, ac publica fata
Præcipitare cupit: segnis, pauidúsque vocatur,
Ac nimium patiens [p] soceri Pompeius, [q] & orbis
Indulgens regno, qui tot simul vndique gentes
Iuris habere sui vellet, [r] pacémque timeret.
Nec non & reges, populíque queruntur Eoi
Bella trahi, patriáque procul tellure teneri.
[s] Hoc placet, ô Superi, cùm vobis vertere cuncta
Propositum, nostris erroribus addere crimen.
Cladibus irruimus, nociturâque poscimus arma:
[t] In Pompeianis votum est Pharsalia castris.
[u] Cunctorum voces Romani maximus auctor
Tullius eloquij, cuius sub [x] iure, togáque
Pacificas sæuus tremuit Catilina secures,
Pertulit, [y] iratus bellis, cùm rostra forúmque
Optaret, passus tam longa silentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia causæ.
[z] Hoc pro tot meritis solum te, Magne, precatur,
Vti se Fortuna velis, procerésque tuorum
Castrorum, regésque tui cum supplice mundo
Affusi, vinci socerum [a] patiare rogamus.
Humani generis tam longo tempore bellum

sari. t Ne pace confectâ imperium deponere cogeretur. s Conquestio Poetæ expostulantis, cur ita Dijs visum sit vt eos, quos errore cæcos in perniciem missuri sint, etiam cladis suæ authores arguí velint. t Dimicatio de rerum summa in campis Pharsalicis à Pompeianis expetitur votis ardentissimis. u Omnium nomine Pompeium allocutus est Cicero, dono quodam (vt ait Quintilianus) providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur, qui Consul nefarios Catilinæ Reip. euertere aggressi conatus prudentia adoerit, consilio suppeditarit, autoritate exhorsit. x Scholiastes Iuuenalis citat hoc, legitque *iure togato*. y Iniquo ferens animo cæsiones suas & forenses causas distineri silereque inter bella. z Fortuna supplex inuitat te vt velis pulsum tui & affecta benignitate vti. a Fatã tantùm pugnæ cæ-

Cæsar

Cæsar erit? [b] *meritò, Pompeium vincere lentè,*
Gentibus, indignum est, à transcurrente subactis.
Quò tibi feruor abit? aut quò fiducia fati?
De [c] *Superis ingrate times? causámque Senatus,*
Credere Dijs dubitas? ipsæ sua signa reuellent,
Prosilientq; acies. pudeat victisse coactum.
[d] *Si duce te iusso, si nobis bella geruntur,*
Sit iuris quocunque velint concurrere campo.
[e] *Quid mundi gladios à sanguine Cæsaris* [f] *arces?*
Vibrant tela manus: vix signa morantia quisquam
Expectat: propera, [f] *ne te tua classica linquant.*
[g] *Scirè Senatus auet, miles te, Magne, sequatur,*
An comes. *Ingemuit* [h] *Rector, sensitq; Deorum*
Esse dolos, & fata suæ contraria menti.
[k] *Si placet hoc, inquit, cunctis, si milite Magno,*
Non duce tempus eget, nil vltrà fata morabor.
[l] *Inuoluat populos vna Fortuna ruina,*
Sitq; hominum magnæ lux ista nouissima parti.
[m] *Testor Roma tamẽ* [n] *Magnũ, quo cuncta perirent,*
Accepisse diem. [o] *potuit tibi vulnere nullo*
Stare labor belli: potuit sine cæde subactum,
Captiuumq; ducem violatæ tradere Pati.
Quis furor, ô cæci, scelerum? [p] *Ciuilia bella*
Gestiari, metuunt, ne non cum sanguine vincant.
[q] *Abstulimus terras,* [r] *exclusimus æquore toto,*
[s] *Ad præmaturas segetum ieiuna rapinas*
Agmina compulimus, [t] *votumq; effecimus hosti,*
Vt mallet sterni gladijs, morteq; suorum

b Gentes olim in summa celeritate & quasi in transcursu deuictæ, eademque sub te iam militantes queruntur, nequid id iniuria, tibi hanc tandiu in manibus hærere victoriam.
c Quorum propensam benignitatem tot prælijs victor experta es.
d Si tibi Senatus, non tu Senatui imperas, si te Senatus publicæ causæ & belli ducem creauit, permitte illi hoc iuris vt suo arbitrio, vbi res, tempus, locus postulant, prælium conferat.
e Morã distines.
f Ne milites non imperium tuum mutati neque te cunctabundum expectantes remissis signis prælium ineant. vel, ne te deserant, atque à te deficiant.
g Vtrùm imperium hoc à Senatu delatum absolutè tibi arroges tanquam sub te Senatus militet: an æquam potestatem Senatui impertias.
h Pompeius.
i Et animo quasi calamitatem præsagiente timuit ne furore & belli ardore diuinitus incitata multitudo ipsum aduersus institutum, rationes, & consilia ad bellum traheret.
k Si eò ventum sit imprudentiæ & vecordiæ vt obsequio meo quàm imperio & ductu Senatus vti malit: per me non stabit, quo minùs sibi fata sua accersant.
l *Epitrope.* m *Apostrophe.* n Me fatalem hunc prælij diem non è mentis meæ institutione, non approbasse; sed ab alijs mihi obtrusum atque imperatum tolisse.
o Potuit sine sanguine Cæsar debellari, tempore & rerum inopiâ ad deditionem & pacis conditiones impulsus.
p Quod contrà factum oportuit, vt ciuili sanguini parceremus.
q Hostem victum fugauimus.
r Maria latè tenent nostræ classes, hoste nauibus destituto.
s Rei frumentariæ inopem hostis segetes vix dum maturas rapit.
t In necessitatem pugnæ & illam desperationem redegimus vt ferro quàm fame emori malint, modò non meritò iudicij.

Pet-

Permiscere meis. [a] *belli pars magna peracta est*
His, quibus effectum est, ne pugnam tiro paueret:
Si modò virtutis stimulis, iraq́, calore
Signa petunt. [x] *multos in summa pericula misit*
Venturi timor ipse mali. [y] *fortissimus ille est,*
Qui promptus metuenda pati, si comminus instent,
Et differre potest. placet [z] *hæc tam prospera rerum*
Tradere Fortunæ? [a] *gladio permittere mundi*
Discrimen? pugnare ducem, quàm vincere, maluit.
[b] *Res mihi Romanas dederas Fortuna regendas:*
Accipe [c] *maiores,* [d] *& cæco in Marte tuere.*
[e] *Pompeij nec crimen erit, nec gloria bellum.*
[f] *Vincis apud Superos votis me Cæsar iniquis:*
Pugnatur. quantum scelerum, quantumq́, malorum
In populos lux ista feret! [g] *quot regna iacebunt!*
Sanguine Romano quàm turbidus ibit [h] *Enipeus!*
[i] *Prima velim caput hoc funesti lancea belli,*
Si sine momento rerum, partisq́, ruina
Casurum est, feriat: [k] *neque enim victoria Magno*
Latior. [l] *aut populis inuisum, hac clade peracta,*
Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.
[m] *Omne malum victi, quod sors feret vltima rerum;*
Omne nefas victoris erit. [n] *Sic fatur, & arma*
Permittit populis, frenosq́, furentibus ira
Laxat: & vt victus violento nauita [o] *Coro*

[a] Bonam iam belli huius partem transactam videtis, vbi vel tirones nostri pugnam deposcant, sed videant, ne potius temeritatem potius & insolentiam imperiti rerum acpe recenti victoria nimis elati hoc faciant, quàm consulto & ex vera fortitudine; quæ præcipit mediocritatem seruare tam in adeundis declinandisve periculis, hosti itaque indulgea nus fugam sternamque potius aeterna fugienti pontem quàm eum desperatum lacessamus—

[x] —multos tiro ne in extremum periculum ex desperatione rapuit—

[y] —Magis itaque fortes nos præbebimus hostem instantem differendo, quàm si præcipité & cum fiducia fortuitis dubia aggressi manum conseramus.

[z] Res prosperas nudo cœtus exponere alere Fortunæ?

[a] Cœsonio Marti, cuius alea suscepti.

[b] Apostrophe ad Fortunam. [c] Auctiores fastus auspicijs consilijsque meis. [d] Et tu, si non bello temerario contra consilia & prudentiam geri velis, ipsa gerasse. [e] Nec mihi crimini detur electi accepti belli non ex animo meo susceptio, nec laudi victoria, si qua euenit. [f] Faciliores expertus es deos ad exaudienda vota tua ô Cæsar iniqua, vt qui sanguine ciuili rem discerni cupis; quàm mea, qui cunctando rem restituere citra cruorem voluerim. Impetrasti pugnam. [g] Quot reges in seruitutem rediget, si vincat, Cæsar? [h] Thessaliæ fl. Lucan. v. 173. [i] Vtinam ego primus in bello cadam, modò id fiat sine partium mearum damno & calamitate— [k] —Neque enim victoria è ciuilium sanguine parta maiori erit mihi lætitiæ quàm mœrori. [l] Victor, inuidia carere non potero, vt qui effuso sanguine ciuium victor victus, vtique miser ero, causa damnabitur ex euentu, infra v. 280. [m] Victi calamitas nec ulla sceleris & dedecoris victoris. [n] *Sed audi Plutarchum.* Illi, inquit, Domitius, Scipio, Afranius & alij hæc dictitantes, Pompeium existimationis retinendæ cupidum, ciuium suorum neci nullis victum compulerunt, vti optimis consilijs omissis, voluntatem ipsorum & spes sequeretur. Quod sanè vel nauis gubernatorem haud æquum erat facere, multo minus tot gentium atque exercituum imperatorem, qui tanquam malus medicus cupiditatibus male sanorum deditus inhibitis, vetuerit sanitatem afferendo molestus esse. *in vita Pompeij.*

[o] Lucr. v. 406.

p Dat regimen ventis, ignauumq; arte relicta
Puppis onus trahitur. trepido confusa tumultu
Castra fremunt, animiq; truces sua pectora pulsant
q Ictibus incertis. multorum pallor in ore
r Mortis venturæ est, faciesq; simillima f fato.
t Aduenisse diem, qui fatum rebus in æuum
Conderet humanis, & quæri Roma u quid esset,
Illo Marte palàm est. sua quisque pericula nescit,
Attonitus maiore metu. quis litora ponto
Obruta, quis summis cernens in montibus æquor,
Ætheraq; in terras deiecto sole cadentem.
Tot rerum finem, timeat sibi? non vacat vllos
Pro se ferre metus: Vrbi, Magnoq; timetur.
y Nec gladijs habuere fidem, nisi cotibus asper
z Exarsit mucro. tunc omnis a lancea saxo
Erigitur: tenduntur neruis melioribus arcus:
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
Auget eques b stimulos, frænorumq; aptat habenas.
c Si liceat Superis hominum conferre labores,
d Non aliter, Phlegra rabidos tollente Gigantes,
e Martius incaluit Siculis incudibus ensis:
Et rubuit flammas iterum Neptunia cuspis,
Spiculaq; extenso Pæan Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in ægida crines,
Pallenæa Ioui mutauit fulmina f Cyclops.
g Non tamen abstinuit venturos prodere casus
h Per varias Fortuna notas. nam Thessala turba

p Permittit.
q Vario affectuum & consiliorum impulsu.
r Ex mortis metu.
f Morti.
t Vident adesse diē & prælium quo dimicabitur de rerum summâ, reip. libertate, aut perpetua monarchiâ in commune: itaque timet quisque de se securus.
u Ciuitasne libera mansura, an sub vnius imperium redigenda.
x Cui enim vacet sibi soli timere, cùm videat vniuersi machinam labascere ruereque, terris maria misceri, & terras cœlo?
y Quin & tela, tanquam parum acuta in ciuium cædem, subigunt cotibus.
z Splenduit.
a Cuspis lanceæ retusa acuminatur cotis subacta.
b Calcaria.
c *Si parua licet componere magnis.*
d Ita, vbi Gigantes Dijs bellum indicebant in Phlegræis campis, quos alij in Italia fuisse volunt, inter Cumas & Neapolim, alij in Macedonia. quod innuit

poeta in *tollente*, i. e montibus congestis, Pelio superimposita Ossa, &c. erigente. e Siculâ fornace recoxit Cyclops Martis frameam, Neptuni tridentem, Apollinis sagittas in Pythone conficiendo hebetatas; anguineos crines in capite Medusæ quod Pallas gestabat in ægide, scuto ceu loricâ suâ; fulmina quibus mox Iupiter vsurus erat contra Gigantes apud Pallenen opp. Macedoniæ quam & Phlegram olim dictam Stephanus ex Eudoxo tradit, & Eustathius in catalogo. f Quispiam è ministris Vulcani, *Brontes aut Steropes aut nudus membrorum Pyracmon.* g De prodigijs quæ Pompeio cladem portendebant, vide quæ fusiùs referunt Plutarch. in Pomp. & Cæsaris vitis, Appian. l. 2. de bello ciu. Dio l. 41. Cæs. com. 3. Val. Max. l. 1. c. 6. — h — *Cui inquit Val. Max.* Pompeium lup. omnip. abunde monuerat, ne cum C. Cæsare vltimam belli fortunam experiri contenderet: Egresso à Dyrrhachio aduersa aquilæ eius subito ultrò se in hostium castra conferens, subitâ tristitiâ implicuit militum animos. Ominosa iacies, examinibus apum signa obscurando, subitâ tristitiâ implicuit militum animos. Ominosa iacies, examinibus apum signa obscurando, subitâ tristitiâ implicuit militum animos. nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fugâ, &c. dies autem prælij nostrum in delubris Deûm, suâ sponte signa conversa, &c.

Cùm peterent, totus venientibus [i] *obstitit æther:*
Inq; oculis hominum fregerunt fulmina nubes:
[l] *Aduersásque faces,* [m] *immensóque igne columnas,*
Et [n] *trabibus mistis auidos* [o] *typhonas aquarum*
Detulit, atque oculos ingesto fulgure clausit.
[p] *Excussit cristas galeis, capulósque solutis*
Persudit gladijs, ereptáque pila liquauit:
[q] *Æthereóque nocens sumauit* [q] *sulfure ferrum.*
[r] *Nec non innumero cooperta examine signa.*
[s] *Vixq; reuulsa solo, maiori pondere pressum*
Signifer mersêre caput; [t] *rorantia fletu,*
Vsque ad Thessaliam Romana, & publica signa.
[u] *Admotus Superis discussa fugit ab ara*
Taurus, & Emathios præceps se iecit in agros;
[x] *Nullaque funestis inuenta est* [x] *victima sacris.*
[y] *At tu, quos scelerum Superos? quas ritè vocasti*
Eumenidas Cæsar? Stygij quæ numina regni?
Infernúmque nefas? & mersos nocte furores?
Impia tam sæuè gesturus bella litasti?
[z] *Iam dubium monstrísne Deûm, nimióne pauori*
Crediderint: multis concurrere visus Olympo
Pindus, & abruptis mergi conuallibus Æmus,
Edere nocturnas belli Pharsalia voces,
Ire per [a] *Ossam rapidus* [a] *Bœbeïda sanguis:*
Inq; vicem vultus tenebris mirantur [b] *apertos,*
Et pallere diem, galeisq; incumbere noctem,
Defunctósque patres, & cunctas sanguinis vmbras

[i] Terruit, ne procederent.

[k] Nubes refringebant fulmina in faciem & oculos aduers.

[l] AEther detulit ex aduerso Meteora ignita: λυχνιας instar facis in superiore parte accensas—

[m] —Ignis perpendicularis exhalationes formam columnæ pyramidalis referentes—

[n] —δόκοις, exhalationibus formam trabis repræsentantibus in longum porrectis—

[o] —Ventos vorticosos qui sine fulmine elfringunt nubes; fulmina non ignita. Plin l. 2. c. 48.

[p] De effectibus istiusmodi fulminis subtilis, discutientis, & ventis vide Philosophos meteorolog.

[q] Fulmine, quod sulfureæ est naturæ.

[r] Vide quæ ad v. 152. supra.

[s] Signa vix è solo emouit signifer multâ vi nixus & inclinatus, quod mali erat ominis.

[t] Maduere quasi fletu ac sudore simulacra deorum quæ secum ferebant Romani, adhuc publica donec ea primati iuris fecisset pugna Pharsalica.

[u] Supra ad v. 152. & l. 1. v. 633. Nunquam imminentis ruinæ manifestiora prodigia, sagæ victimarum, examina, infigues interdiu tenebræ. Florus l. 4. c. 2.

[x] Quæ litaret, aut victoriam significaret.

[y] Infestus vbique Cæsari poeta Stygios illum Deos nefarij sceleris autores & Furias solicitâsse insimulat. quem tamen Appianus refert nocte mediâ perfectis sacris inuocasse Martem, parentemque suam Venerem, templum Victoriæ fauenti voüisse, &c.

[z] Dubium est apparuerintne illa prodigia an Panico timore perterriti Pompeiani sibi visi sint audire noctu clamorem strepitumque bellicum, videre concussum montium, lacus fluere sanguine, per tenebras apertè videri facies suorum, pallere diem, tenebras circumfundi galearum nitori, parentum & consanguineorum vmbras sibi ob oculos versari.

[a] Lacum Thessaliæ ad radicem Ossæ.

[b] Al. *operios*, insignes erant interdiu tenebræ, inquit Florus.

Ante

Ante oculos volitare suos, [c] sed mentibus vnum
Hoc solamen erat, quòd voti turba nefandi
Conscia, quæ patrum iugulos, quæ pectora fratrum
Sperabat, gaudet monstris, mentisq; tumultu.
Atque omen sceleram subitos putat esse furores.
[d] Quid mirũ, populos, quos lux extrema manebat
[e] Lymphato trepidasse metu? præsaga malorum
Si data mens homini est, [f] Tyrijs qui [f] Gadibus hospes
Adiacet, Armeniumq; bibit Romanus [g] Araxem?
[h] Sub quocunque die, quocunque est sidere mundi,
Mœret, & ignorat causas, animúmque dolentem
Corripit? Emathijs, [i] quid perdat, nescit in aruis.
[k] Euganeo, si vera fides memorantibus, Augur
Colle sedens, [l] Aponus terris vbi fumifer exit,
Atque [m] Antenorei [n] dispergitur vnda [m] Timaui,
Venit summa dies, geritur res maxima, dixit:
Impia concurrunt Pompeij & Cæsaris arma.
[o] Seu tonitrus, ac tela Iouis præsaga notauit?
Aëra seu totum discordi obsistere cælo,
Prospexitq; polos: seu lumen in æthere mœstum,
Solis in obscuro pugnam pallore notauit.
Dissimilem certè cunctis, quos explicat, egit
Thessalicum Natura diem: si cuncta perito
Augure mens hominum cœli noua signa notasset,
Spectari toto potuit Pharsalia mundo.
[p] O summos hominum, quorum Fortuna per orbem
Signa dedit, quorum satis cælum omne vacauit.

c Quòd qui vbique scelesto & impio furebant voto interficiendi patres fratresque, non potuerunt terreri his monstris, quinimò frustrantur, & omen hinc capiebant perpetrandi sceleris quod conceperant.

d Quid verò mirum, si hi cùm loci tum mortis vicinia (in qui multa præscire soleo datur) mente concepti futurum cladem præsagierint: cùm & Romani passim in extremis orbis partibus degentes eo die mœsti fuerint, nèque tamen mœroris causam sciunt?

e l. 1. v. 496.

f Ins extremæ Hispaniæ, in qua ciuitas colonia Tyriorum.

g Armeniæ fl.

h Sub quacunque cœli plagâ.

i Libertatem suam, pugnâ hâc in Pharsalicis campis oppressam.

k Patauij, C. Cornelius, diuinandi scientiâ nobilis, cùm eo die quo depugnatum est auguria obseruaret, primò tempus ipsum pugnæ notauit, idque ijs qui aderant significauit: deinde ad obseruandi

signa iterum conuersus, diuino quodam furore afflatus exclamauit, vociferatus, *Vincis ô Cæsar*, &c. Plutarch. in Cæs. Patauini autem dicti sunt Euganei, Heuetis & Troianis oriundi.

l Alijs, vrbs in agro Patauino: Alijs, fluuius. Mihi fons videtur esse ex Suetonio in Tib. c. 14.

m Fl. in regione Venetorum ad cuius fontem Antenor Troiâ profugus Patauium condidisse fertur. Virg. 1. Æn.

n Septem *alijs, sorum*, ostijs in mare exire creditus.

o Siue illud è tonitru & fulminibus aduertisset, siue è serenitate tamen ipse hodie vix extat.

p O quanti erant Romani, quantæ supra alios omnes gentes Dijs curæ, vt quorum rebus notandis significandisque vniuersum cœlum instrumentum esse voluerit.

q Atque bella hæc vbi posteri acceperint vel famâ vel ex historiarum monimentis, cuiuis fortè huius mei labore, si modo is sit qui vitalitatem mereatur variè afficiendum, spe boni solicitique voti (scio) Pompeio fauebunt. Neque enim legent audiéntve tanquam transacta & præterita, sed cum studio & affectu tanquam præsentia & euentura.

r Exercitus Pompeij qui importunitate omniũ coactus contra animi sui sententiam & consilium pugnare, edurit copias, aciem instruit.

s Oriens is Solis radij à fronte percusserunt Pompeianos instructos. Cæsari autem ab ortu Sol aduersus profuit

t Armorum fulgore.

u Prudenter & optimo consilio instructus. Quippe nihil temerè facturus Pompeius videbatur. *Appian*

q *Hæc & apud seras gentes, populósque nepotum,*
Siue sua tantùm venient in secula fama,
Siue aliquid magnis nostri quoque cura laboris
Nominibus prodesse potest: cùm bella legentur.
Spesq́, metusq́, simul, periturâque vota mouebunt:
Attonitiq́, omnes veluti venientia fata,
Nõ transmissa legẽt, & adhuc tibi, Magne, fauebũt.
r *Miles vt s aduerso Phœbi radiatus ab ictu*
Descendens totos perfudit t lumine colles,
u *Non temerè immissus campis: stetit ordine certo*
x *Infelix acies.* y *cornus tibi cura sinistri*
Lentule, cum prima, quæ tum fuit optima bello,
Et quarta legione, datur: tibi numine z pugnax
a *Aduerso, Domiti, b dextri frons tradita Martis.*
c *At medy robur belli fortissima densant*
Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat
Scipio, d miles in hoc, Libyco dux primus in orbe.
e *At iuxta fluuios, & stagna vndantis Enipei,*
Cappadocum montana cohors, & f largus habenis
Ponticus ibat eques. ficci sed plurima campi
g *Tetrarchæ, h regésque tenent, magniq́, tyranni,*
Atque omnis Latio quæ seruit purpura ferro.
Illuc, & Libye Numidas, & i Creta Cydonas

x Iniquo loco cessura, & vincenda. y Lentulo quidem dextrum cornu tribuit Appianus, quod Pompeio Plutarchus, vti sinistrum Domitio. Cæsar autem refert Pompeium præfuisse sinistro cornu, in quo erant legiones duæ, Prima & Tertia sub initio dissensionis à Cæsare traditæ ex S.C. Quod verisimilius est, vt validissimum exercitus firmamentum obtineret Cæsari, qui erat in dextro cornu cum Sylla & decimâ legione. z Quàm pugnax fuerit ille L. Domitius (nam Cn. Domitius à Cæsare stetit mediamque aciem tenuit) vide quæ ad v. 479 l. 1. a Rectè. Namque Corfinij obsessus, à suis militibus Cæsari traditus & ab eo dimissus l. 2. Massiliensi classi præfectus & inde victus aufugit. l. 3. Hic victus ex fugaque est. infra v. 600. b Cornu dextrum. c Mediam aciem tuebatur Scipio Pompeij socer, cum 2. legionibus, quas secum habuerat in Syria cui præfuit, aduocatus inde à Pompeio per literas, Adiunctâ Cilicensi legione, & cohortibus quas ex Hispania traduxerat Afranius. d Hic militabat sub Pompeio, sed æquo classicorum & prætoris honore, pugnæ mox Pharsalicæ legionias in Africam traduxit, atque ibi dux creatus est contra Cæsarem. e Robur & fiducia belli in Italis erat. Sociorum copiæ hinc inde ad ostentationem prolatæ. Dextrum cornu muniuerat Pompeius Enipeo amne. cui Cappadocas & Ponticos equites adiecisse videtur. f Laxis vsu lotis. g Tetrarcha, qui quartam regni partem tenet. h Omnes peregrinati dynastæ & principes auxiliares. i Sagittarios misit Creta insul. cuius Cydon vrbs.

Misit:

Misit: [k] *Iturei cursus fuit inde sagittis:*
Inde truces [l] *Galli* [m] *solitum prodistis in* [m] *hostem:*
Illic pugnaces commouit [n] *Iberia* [o] *cetras.*
[p] *Eripe victori gentes, & sanguine mundi*
Fuso, Magne semel, totos consume triumphos.
[q] *Illo fortè die Cæsar statione relicta,*
Ad segetum raptus moturus signa, repentè
Conspicit in planos hostem descendere campos,
Oblatúmque videt votis sibi mille petitum
Tempus, in extremos quo mitteret omnia casus.
[r] *Æger quippe moræ, flagransq; cupidine regni,*
Cœperat exiguo tractu ciuilia bella
Vt lentum damnare nefas: [s] *discrimina postquam*
Aduentare ducum, supremáque prœlia vidit,
Cæsaris & fati sensit nutare ruinam,
Illa quoque in ferrum rabies promtissima, paulum
Langüit, & casus audax spondere secundos
Mens stetit in dubio, quam [t] *nec sua fata timere,*
Nec Magni sperare sinunt: [u] *formidine mersa,*
Prosilit hortando melior fiducia vulgo.
O domitor [x] *mundi, rerum fortuna mearum,*
Miles, [y] *adest toties optatæ copia pugnæ.*
Nil opus est votis: iam fatum accersite ferro.
[z] *In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis.*
Hæc est illa dies, [a] *mihi quam Rubiconis ad vndas*
Promissam memini, cuius spe mouimus arma,
[b] *In quam distulimus vetitos remeare triumphos.*
Hæc eadem est hodie, [c] *quæ pignora, quæq; penates*

k Itursi pop. Cœlo-Syriæ, Plin. l. 5. c. 23. Strab. l. 16. Flan. Vopisc. Virg. Geo. 2. *Iturei tanti torquentur in arcus.*

l Allobroges qui à Cæsar ad Pomp. profugerant l. 3. v. 268. & alij fortè.

m Cæsarem, contra quem in Gallia olim pugnabatis.

n Hispania.

o Scuta breuia, lunata.

p Collatas huc omnes vndique gentes, obijce Cæsari ô Pompei internecione delendas; ita non erunt quibus imperet, de quibus triumphet.

q Cæsar, desperatâ belli copiâ, ea nocte tres legiones emiserat frumentatum, vbi verò ociô Pompeij longius à vallo progressam videret, suos conuocari iussit, & lætus pugnam apparat.

r Moræ impatientem & certaminis de rerum summa studio ardentem tædere cœperat belli protracti.

s Verùm vbi in procinctu vltimum discrimen adesse vidit, subsedit illi aliquantum ferox animus. *Sed hæc maligni in Cæsarem, vt omnia*

noster. neque enim illi vnquam maior alacritas & fiducia, vt testantur omnes historici. t Neque enim sua felicitas permisit illi desperare; neque Pompeij aduersæ felicitatem erat cur valdè speraret. u Quoniam verò ducis sciebat esse secum metuere omnia, coram militi, nihil suos oratione cohortaturus, *Spem vultu simulat, premit altum corde timorem.*

x Galliæ, Germaniæ, Britanniæ, Hispaniæ CCCC. ferè nationibus patriæ additis, vt habet Appianus in oratione quam Cæsari affingit, quam si placet cum hac conferas. y Copiâ pugnæ quam toties optauimus datâ, non ociosis votis sed strenuis gladijs fabricanda est nobis fortuna nostra. z Fortunam, virtutem, liberalitatem, fidem Cæsaris totum denique Cæsarem, quantus quantus est, habetis. a l. 1. v. 159. b Quæ fortiter & prosperè gesta dabit nobis dilatos negatosque triumphos. c Quæ vos hostes declaratos restituat patriæ, coniugibus, liberis; quæ vos stipendijs defunctos debellatosque bello militiæ eximat, agrisque donet.

Reddat, & [d] emerito faciat vos Marte colonos.
Hæc, [e] fato quæ teste probet, quis iustius arma
Sumserit, hæc acies victum factura nocentem est.
[f] Si pro me patriam ferro flammisq; petistis,
Nunc pugnate truces, [g] gladiósque exoluite culpa.
Nulla manus belli, [h] mutato iudice, pura est.
Non mihi res agitur, sed vos, vt libera sitis
Turba, precor, gentes vt ius habeatis in omneis.
Ipse ego [i] priuatæ cupidus me reddere vitæ,
[i] Plebeiáque toga modicum componere ciuem:
Omnia dum vobis liceant, nihil esse recuso.
[k] Inuidia regnate mea, [l] nec sanguine multo
Spem mundi petitis: [m] Grays delecta iuuentus
Gymnasiis aderit, studióque ignaua palæstræ,
Et [n] vix arma ferens, & mistæ dissona turbæ
Barbaries; non illa tubas, non agmine moto
Clamorem latura suum. [o] ciuilia paucæ
Bella manus facient: pugnæ pars magna leuabit
His orbem populis, Romanúmque obteret hostem.
[p] Ite per ignauas gentes, famosáque regna,
Et primo ferri motu prosternite mundum:
Sitq; palàm, quas tot duxit Pompeius in vrbem
[q] Curribus, [r] vnius gentes non esse triumphi.
[s] Armeniósne mouet, Romana potentia cuius
Sit ducis? aut emtum minimo vult sanguine quisquã
Barbarus Hesperijs Magnum præponere rebus?
[t] Romanos odêre omnes, dominósque grauantur,
Quos nouêre, magis. [u] sed me Fortuna meorum
Commisit manibus, quorum me Gallia testem

[d] Emeritis stipendijs. [e] Ita Cic. pro Ligario de hac ipsa causa. Nunc melior causa inducenda est, quã etiam Dij immortales vincant. L. 1. v. 128. & Cæsar apud Appianum. Hæc dies cum illorum adferet iudicium.
[f] L. 1. v. 378.
[g] Iustitiam causæ gladijs asserunt.
[h] Sub incertum iudice.
[i] Me in ordinem redigere.
[k] Vestra licentia cedat in inuidiam meam, mihi inuideatur, modò vos regnetis.
[l] Non difficile est (inquit Cæsar apud Appianum) tyrones inexpertosque viros ab his, qui laboribus ac præliis assueti sunt, superari, &c. & hæc de Italis loquitur. Sociorum quippe nulla cura aut ratio habenda est, neque enim cum illis pugnandum credit. Mancipia sunt è Syria, Phrygia & Lydia ad seruiendum continuo seruiendumq; parata, &c.
[m] Delicati ac molles Græci, linguâ & ludis quàm armis promptiores.
[n] Imbelles Barbari linguis confusi, disciplinæ inexperti & inepti, neque sæuri ipsa concurrentium agminum signa & clamores.
[o] Non adeò mihi cuiusquã fidei videtur quos dimicandum est. maximus pugnæ labor versabitur in conficiendis gentibus exteris, lacessendóque orbe his populis Rom. nouisq; hostibus.
[p] Sternite ac proculcate ignauas has & infames gentes promiscuè hîc collectas.
[q] Triumphis.
[r] Non dignas esse, de quibus vnus agatur triumphus.
[s] Credisne genera has externas cuiusquam Romani imperio parta? an sanguinis sui vel minimâ impensâ laboraturos vt Pompeius tribus Italiæ perficiant? —
[t] —Imò odere Romanos, quibus grauatè seruiunt: & eos quos superabilis, quos metuiserunt sibi seruitium nunquam imposuisse.
[u] Pompeius se hostibus vitio ac ego me ciuibus victoribus, quorum virtus, fides, probitas totiesq; mihi spectata est in ciuilibus bellis, crudeli.

Tur

Tot fecit bellis. [x] *cuius non militis ensem*
Agnoscam? cælumque tremens cùm lancea transit,
Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto.
Quòd si signa [y] *ducem nunquam fallentia vestrum*
Conspicio, faciésque truces, oculósque minaces:
[z] *Vicistis. videor fluuios spectare cruoris,*
Calcatósque simul Reges, sparsumq; Senatus
Corpus, & immensa populos in cæde natantes.
Sed [a] *mea fata moror, qui vos in tela ruentes*
Vocibus his teneo. veniam date bella trahenti;
Spe [b] *trepido: haud vnquã vidi tam magna daturos,*
[c] *Tam prope me Superos: camporum limite paruo*
Absumus à [d] *votis.* [e] *ego sum, cui Marte peracto,*
Quæ populi, Regésque tenent, donare licebit.
[f] *Quóne poli motu, quo cæli sidere verso,*
Thessalicæ tantum, Superi, permittitis oræ?
Aut merces hodie bellorum, aut [g] *pœna paratur.*
[g] *Cæsareas spectate cruces, spectate catenas,*
Et [h] *caput hoc positum rostris, effusáque membra,*
[i] *Septorúmque nefas, & clausi prælia campi.*
Cum [k] *duce Syllano gerimus ciuilia bella,*
Vestri cura mouet. [l] *nam me secura manebit*
Sors quæsita manu: fodientem viscera cernet
Me mea, qui nondum victo respexerit hoste.
[m] *Dij, quorum curas abduxit ab æthere tellus,*
Romanúsque labor, vincat, [n] *quicunque necesse*
Non putat in victos sæuum distringere ferrum,
[n] *Quiq; suos cives, quòd signa aduersa tulerunt,*
Non credit fecisse nefas. [o] *Pompeius in arcto*
Agmina vestra loco vetita virtute moueri
Cum tenuit, quanto satiauit sanguine ferrum!
Vos tamen hoc oro iuuenes, [p] *ne cædere quisquam*

x Tela propè singulorum meorum noui.
y Me.
z Iamdudum certa vobis in manu est victoria.
a Victoriam meam.
b Gestio, exulto.
c Tam quasi in proximo præsentes & propitios.
d Victoriã expectet.
e *A spe amplissimarum præmiarum eos accendit.*
f Qua cœli facie & influxu permissum est Thessaliæ vt sit tanti certaminis area? *Iuuenal. sat.* 8. v. 247. Quóne. i. quonam. vt l. 10. v. 99.
g *A meis pœnarum* quæ me & vos pœnæ & cruciatus manent, si victi fuerimus.
h Caput hoc meum affixum rostris, qualia Syllanis temporibus facta vidimus.
i Vide quæ ad v. 196. l. 2.
k Pompeio crudelitatem Syllæ, cuius magister equitum fuerat, refrenti. l. 1. v. 326.
l De vobis solicitus fum, quid de me faciam, certum est. namque hæc dextra, si non victoriam mihi, necem certè dabit.
m O Dij, Romano huic discrimini intenti, illi è nobis concedite victoriam qui maiorem clementiam in victos exerciturus sit.
n Qui non sæuit in eos cives qui contra se arma induerint, qui victis & in suam potestatem redactis parcit. Quod ego vsque feci.
o Pompeius verò, cum a Dyrrhachio vos gemini valli angustijs clausos & fortitudinem vestram extrema loco iniquo impeditos oppressisset, ad satietatem cives cecidit. l. 6. v. 283.
p Nollim hostes fugientes tam iniquis locis, quam oppositos & pertinaciter in acie resistentes interfici.

Hostis terga velit: [q] ciuis, qui fugerit, esto.
[r] Sed dum tela micant, non vos pietatis imago
Vlla, nec aduersa conspecti fronte parentes
Commoueant: vultus gladio turbate verendos.
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit, seu nullum violabit vulnere pignus,
[f] Ignoti iugulum tanquam scelus [t] imputet hostis.
[t] Sternite iam vallum, fossasq; impleté ruina,
Exeat vt plenis acies non sparsa maniplis.
Parcite ne castris: [u] vallo tendetis in illo,
Vnde acies peritura venit. Vix cuncta locuto
Cæsare, quenque suum munus trahit, armaq; raptim
Sumta viris. [x] celeres capiunt præsagia belli;
Calcatisq; ruunt castris: stant [y] ordine nullo,
[y] Arte ducis nulla: permittunt omnia fatis.
[z] Si totidem Magni soceros, totidemque petentes
Vrbis regna suæ funesto in Marte locasses,
Non tam præcipiti ruerent in prælia cursu.
Vidit vt hostiles [a] in rectum exire cateruas
Pompeius, nullasque moras permittere bello,
Sed Superis placuisse diem: stat corde [b] gelato,
Attonitus: tantoque duci sic arma timere
[c] Omen erat. [d] premit inde metus, totumq; per agmen
Sublimi prouectus equo. [e] Quem flagitat, inquit,
Vestra diem virtus, [f] finis ciuilibus armis,
Quem quæsistis, adest. totas effundite vires:
Extremum ferri superest opus, vnaque gentes

q Fugientes ciuium loco habere. Cæsar quippe multò ante Romæ testatus fuerat, se inter amicos habiturum eos, qui neutram partem sequerentur. Pompeius verò discedens ab vrbe in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romæ manssissent, & qui in castris Cæsaris fuissent.

r Aduersis autem & repugnantibus ne parcite etiamsi fuerint cognati, fratres, verendi patres.

f Ita legit H. Grotius ex M.S. hoc sensu. Etiamsi quis propinquum nullum inuenerit quem occidat, eadem ego ignoti cuiusvis tanto in beneficio accipiã, quam si meâ causâ parricidium fecisset. vel, pro scelere habent externi hostis iugulum petere, cùm propinqui ad manum. Cæteri legunt, hac mente: Quicunque contra fuerit, ferite, eius iugulum petite, nullo discrimine, cognatus ne an alienus sit, habito. Micyll.

t *Cæsar apud Appianum.* Ad pugnam exeuntes diruite mœnia, fossas opplete, vt nihil nisi victores agamus. Videant nos hostes ipsi destitutos castris, sciantque nobis ex necessitate iniunctum esse eorum castris potiri, aut in prœlio cadere.

u Tentoria figetis intra vallum Pompeian. castrorum.

x Festini alterno limitur vallum castrorum, tanquam victoriæ omen capientes suprema Cæsaris verba: *Vallo tendetis in illo, vnde, &c.*

y Imò instructis opt. consilio ordinibus procedebant. Dextro enim cornu vbi erat decima legio præfuit Sylla, & ipse Cæsar contra Pompeium (supra v. 219) steterit: Antonius sinistrum cornu tenebat, vbi legio Nona adiunctâ Octauâ in media acie erat Cn. Domitius. Ne verò à multitudine equitum circũueniretur, celeriter ex tertiâ acie singulas cohortes detraxit atque ex his quartam instituit, equitatuique opposuit, &c. comm. bel. 3.

z Ea celeritate ruebant in prœlium, ac si singuli fuissent Cæsares, singuli sibi hac pugna regnum appetissent.

a Rectâ ex aduerso in se tendere.

b Formidine. sic supra de Cæs. v. 242.

c Inauspicatum.

d Supprimit, dissimulat. *premit altum corde timorem.*

e In discrimen ferum.

f Vltimus belli labor.

Hora

Hora trahit. [g] *quisquis patriam, caróſque penates,*
Qui ſobolem, ac thalamos, deſertáq; pignora quærit,
Enſe petat: medio poſuit Deus omnia campo.
[h] *Cauſa iubet melior Superos ſperare ſecundos:*
Ipſi tela regent per viſcera Cæſaris, ipſi
Romanas ſancire volent [i] *hoc ſanguine* [k] *leges.*
[l] *Si ſocero dare regna meo, mundumq; pararent,*
Præcipitare meam fatis potuêre ſenectam.
Non iratorum populis vrbíque Deorum eſt
Pompeium ſeruare ducem. [m] *quæ* [n] *vincere poſſent*
Omnia contulimus. [o] *ſubiêre pericula clari*
Sponte viri, ſacráque antiquus imagine miles.
[p] *Si Curios his fata darent, reducesq; Camillos*
Temporibus, Decióſque caput fatale vouentes,
Hinc ſtarent. [q] *primo gentes oriente coactæ,*
Innumeræq; vrbes, quantas in prælia nunquam
Exciuêre manus. [r] *toto ſimul vtimur orbe.*
[ſ] *Quicquid ſigniferi compreſſum limite cœli (mus.*
Sub Noton, & Boream hominum ſumus, arma mouen-
[t] *Nonné ſuperfuſis collectum cornibus hoſtem*
In medium dabimus? paucas victoria dextras
Exigit: at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent. Cæſar noſtris non ſufficit armis.
[u] *Credite pendentes è ſummis mœnibus vrbis*
Crinibus effuſis hortari in prælia matres.
Credite grandeuum, vetitúmque ætate Senatum
Arma ſequi, ſacros pedibus proſternere canos:
Atque ipſam domini metuentem occurrere Romam.
Credite, qui nunc eſt, populum, populumq; futurum

g Sibi quiſque redditum ad ſuos eſſe in hoc prœlio ſtruat.
h Conſcientia (inquit Pompeius apud Appianum) cauſæ nobis optima pro libertate enim & patria pugnamus, iure legum ſteti, opinione recti, totque præcellentibus ſtipati viris, &c.
i Cæſaris.
k Libertatem.
l Si orbis imperium in Cæſarem conferre ſtatuiſſent Dij, me certe patriæ libertatis defenſorem è vita ſuſtuliſſent: Me verò propitij in viuis retinere voluerunt.
m Tanta præterea potentia, tam ingentes apparatus, &c. Pompeius apud Appianum.
n Victoriam conferre.
o Totque præcellentibus ſtipati viris, quorum pars Senatorij ordinis eſt, pars equeſtris, &c. Pomp. apud App. Reges item, tetrarchæ, dynaſtæ, multíque alij nobilitate & gentilitate venerandi.
p Si iam Curios, Camillos, Decij (de quibus dictum l. 2. v. 544. l. 6. v. 787. & l. 2. v. 308.) in viuis eſſent, continentiſſimi illi viri & conſtantiſſimi patriæ aſſertores, à noſtra parte ſtarent.
q Vltima ex Aſia adſint auxiliares.
r Totius orbis viribus.
ſ Ex omni pop ſubiecto Zodiaco, ab extremo Noto ad vltimum Boream degente habemus auxilia.
t Annon facile erit expanſâ acie & equitatu circumuenire hoſtes nobis numero longe cedentes? Cæſar habuit cohortes 80. quæ ſumma erat 22000 quem numerum Pompeius duplo ſuperabat, præter externos. Cæſari erant 1000. equites. Pompeio 7000.
u Credite matronas Romæ & Senatores per ætatem arma ſequi impotes, ipſam vrbem timentem ne libertatem amittat, ciues iam viuentes & poſtmodo natos, ne denique cum conjuge & liberis ſupplicem, ſi fas eſt, implorare operam veſtram hodie ſtatuè annuam.

Per-

Permiſtas afferre preces. [x] *hæc libera naſci,*
[y] *Hæc vult turba mori. ſi quis poſt* [z] *pignora tanta*
Pompeio locus eſt, cum prole, & coniuge ſupplex,
Imperij ſalua ſi maieſtate liceret,
Voluerer ante pedes. Magnus, niſi vincitis, exul,
Ludibrium ſoceri, veſter pudor, [a] *vltima fata*
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos,
Ne diſcam ſeruire ſenex. Tam mœſta locuti
Voce ducis flagrant animi, [b] *Romanáque virtus*
Erigitur, placuitq; mori, ſi vera timeret.
Ergo vtrinque pari concurrunt agmina motu
Irarum: [c] *metus hos, regni ſpes excitat illos.*
[d] *Hæ facient dextræ, quicquid non expleat ætas*
Vlla, nec humanum reparet genus omnibus annis,
[e] *Vt vacet à ferro. gentes Mars iſte futuras*
Obruet, [f] *& populos ævi venientis in orbem*
Erepto natale feret. [g] *tunc omne Latinum*
Fabula nomen erit: [h] *Gabios,* [i] *Veiósque,* [k] *Coramq;*
Puluere vix tecta poterunt monſtrare ruinæ,
[l] *Albanósque lares,* [m] *Laurentinósque penates*
[n] *Rus vacuum, quod non habitet niſi* [o] *nocte coacta*
Inuitus, queſtiúſque Numam iuſſiſſe, Senator.
[p] *Non ætas hæc carpſit edax, monimentaq; rerum*
Patria deſtituit: crimen ciuile videmus,
Tot vacuas vrbes. Generis quò turba redacta eſt
Humani? toto populi qui naſcimur orbe,
Nec muros implere viris, nec poſſumus agros.
Vrbs nos vna capit: [q] *vinclo foſſore coluntur*
Heſperiæ ſegetes: ſtat tectis putris anitis
[r] *In nullos ruitura domus: nullóque frequentem*
Ciue ſuo Romam, ſed [s] *mundi fæce repletam,*

x Futura, poſtera.
y Præſens.
z Res, quæ vobis debent eſſe chariſſima. vxores, Senatum, Romam, libertatem veſtram & poſteritatis.
a Exilio, imò ipſa morte lœdiorem grauioremque ſeruitutem deprecor, in ſenectute multò magis grauem & ſub ipſa vitæ meæ clauſula.
b Si quidem verè Pompeius timeret, ne interiret Romæ libertas, vel ſi Rom. virtus verè tim.
c Metus tyrannidis Pompeianos: ſpes ſummi imperij Cæſarianos.
d Hæc prœlium eam hominum cædem dabit, cui reſtituendæ non ſufficient omnes anni inſequentes, etiam in pace perpetua acti.
e Quantumuis.
f Et auferet ventura ætatis prolem, ſublatis iis qui ſobolem propagarent.
g Vix fidem inueniet apud poſteros nomen & gloriam Italiæ tantam fuiſſe.
h Italiæ vrbem in via Prænestina, à Roma 10. M. paſſ.
i Etruriæ opp. 18. M paſſ. ab Vrbe.
k Latij opp. inter Veliternm & Senam.
l Longum Albani à Tullo Hoſtilio euerſum dirutumque.
m Laurentum oppid. Latij maritimum, regium Latini.
n Omnes has vrbes deſolatas & vaſtas factas oſtendent ruinæ, & loca inculta, niſi quòd nouæ Coloniæ monte Albano celebrent Feriis Latinis ex inſtituto Numæ. l. 5. v. 402.
o Ipſe Senator coactus. vel nocte, qua coactæ vrbes Latinæ 47 eius facti participes conueniant.
p Neque has vrbes edax vetuſtas abſumpſit, ſed ciuile bellum in culpa. l. 1. v. 24.
q Agros ferritis compedibus vincta colunt, domini ciuili bello extincti.
r Vt quæ incolis deſtituta ſit.
s Coloniæ omnium gentium. Iuuen. Sat. 3. v. 61. quota portio faecis Achææ, &c.

Cladis

Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellum
Iam posset ciuile geri: [t] Pharsalia tanti
Causa mali. [u] cedant feralia nomina Cannæ,
Et [x] damnata diu Romanis Allia fastis.
[y] Tempora signauit leuiorum Roma malorum:
Hunc voluit nescire diem. prò tristia fata.
[z] Aëra pestiferum tractu, morbósque fluentes,
Insanámque famem, permissásq; ignibus vrbes,
Mœniáque in præceps laturos plena tremores
Hi possent explere viri: [a] quos vndique traxit
In miseram Fortuna necem, [b] dum munera longi
Explicat eripiens æui, populósque, ducésque,
Constituit campis: per quos tibi Roma ruenti
Ostendat quàm magna cadas. [c] quò latiùs orbem
Possedit, citiùs per prospera fata cucurrit.
[d] Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis:
Te [e] geminum Titan procedere vidit [e] in axem.
[f] Haud multum terræ spatium restabat Eoæ,
Vt tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret æther.
Omniáque errantes stellæ [g] Romana viderent.
[h] Sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Emathiæ funesta dies. [i] hac luce cruenta
Effectum vt Latios non horreat India [k] fasces,
[l] Nec vetitos errare Daas in mœnia ducat:
[m] Sarmaticumq; premat succinctus Consul aratrum:
[n] Quòd semper sæuas debet tibi Parthia pœnas,
[o] Quòd fugiens ciuile nefas, redituráque nunquam

t Ea in Pharsalicis campis clades sustulit omnem exinde ciuilis belli segetem, tam paruo ciuium numero superstite.

u Cladi huic Pharsalicæ cedant Cannæ (l.2.v.46.)

x XVI. Kal. Sextiles, Alliensis in Fastos (de quibus l. 1. v. 9.) relatus inter atros dies, quod eò die Tribuni mil. legiones ad Alliam fl. educentes, à Gallis victi sunt & Vrbem amiserint.

y Fasti loquuntur leuiores illas cladeis Allienſem & Cannensem, tacent hanc Pharsalicam grauem & tristem memoratu.

z Sufficient hi qui in prælio Pharsalico ceciderunt reparandis damnis humani generis è peste & morbis contagiosis, è fame, incendijs, terræ motibus.

a Quos ab omni orbis terr. parte in vnam hanc cladem contractas protrusit fortuna.

b Dum vna quasi synopsi explicitas fortuna rursus eripuit tot multorum annorum victorias & triumphos. c Breuiori gyro Roma è sagma rerum cecidit, quàm quo tam amplum nacta fuerat imperium. d Singulis annis singula bella tibi adiecerunt aliæ post alias gentes. e Ad Septentrionem, & meridiem. f Restabant Parthi tantum & Indi armis subigendi, vt ab Oriente ad Occidentem vniuersus terrarum orbis Rom. imperio subijceretur. g Romanis subdita. h Sed vnus hic Thessalici prælij dies tot retro annorum fœlicia fata subuertit. i Hoc prælio factum est, vt Romani Imperij maiestas & gloria secta contemptior apud exteras gentes, Indos, Daas, Sarmatas, Parthos. k Cossumum Imperium. l Neque Scythiæ populatrices vagis vrbes condituri Consul succinctus. m Neque Sarmatis vrbis loca designet Consul succinctus, quod fiebat antro, sublimitis vncis & tauro, sulcum ducente vbi mœnia ponerentur. n Quod Romani non vlti sint Crassos exercitus, legiones victas & signa ablata. l. 1. v. 10. o Quod perijt nobis libertas, fugit extra fines Imperij terminos aucta, fugiens ciuile nefas, nunquam rediturum.

Li-

Libertas, vltra [p] *Tigrim, Rhenúmque receſſit,*
Ac, toties nobis [q] *iugulo quæſita, negatur,*
[r] *Germanũ, Scythicumq; bonum: nec reſpicit vltrà*
Auſoniam: [s] *vellem, populis incognita noſtris:*
[t] *Vulturis vt primùm leuo fundata volatu*
Romulus [u] *infami compleuit mœnia luco,*
Vſque ad Theſſalicas ſeruiſſes Roma ruinas.
[x] *De Brutis, Fortuna queror.* [y] *quid tempora legum*
Egimus, aut annos à Conſule nomen habentes?
Felices [z] *Arabes, Medique, Eoáque tellus,*
Quam ſub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis.
[a] *Ex populis, qui regna ferunt, ſors vltima noſtra eſt,*
Quos ſeruire pudet. Sunt nobis nulla profectò
Numina: [b] *cùm cæco rapiantur ſecula caſu,*
Mentimur regnare Iouem. ſpectabit ab alto
Æthere Theſſalicas, teneat cùm fulmina, cædes?
[c] *Scilicet ipſe petet Pholoën? petet ignibus Oeten.*
Immeritæq; nemus Rhodopes, pinúſque minanteis?
[d] *Caſſius hoc potiùs feriet caput?* [e] *aſtra Thyeſtæ*
Abſtulit, & ſubitis damnauit noctibus [f] *Argos:*
Tot ſimiles fratrum gladios, patrúmque gerenti
Theſſaliæ dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata Deo. [g] *cladis tamen huius habemus*
Vindictam, quantam terris dare numina fas eſt.
[h] *Bella pares Superis facient ciuilia diuos:*
[i] *Fulminibus* [k] *manes, radiiſque ornabit, & aſtris,*

[p] Tanaim legi oportere videtur, propter *Scythicum* quod ſequitur, & cui conuenit, vti *Rhenus Germanum*. Parthi vltra Tigrim agnouerunt regem: vt mox v. 442. Scythiæ vltra Tanaim liberi erant.
[q] Mortis diſcrimine, dum tyrannos è medio tollere aggredimur.
[r] Libertas; bonum quo fruuntur Germani & Scythæ.
[s] Quam libertatem vtinam Romani non nouiſſent vnquam; ſed ab Vrbe condita ad hæc vſque Theſſ. cladis tempora ſub regibus ſeruiſſent.
[t] Vbi augurio captato de nomine noui vrbi imponendo, Remo ſex vultures apparuerunt, Romulo 12; atque illius tempus huius ſuperaret numerus.
[u] Ad quod aſylum in luco, à Romulo ad augendum imperium, apertum confugêre ſerui, iudicijs obnoxii, ſcelerati. *Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.* Iuuen. Sat. 8. v. vlt.
[x] De Iunio Bruto qui electo Tarquinio vlt. regum libertatem intulit, quam diu retentam amittere iam graue eſt, libet queri.
[y] Quid prodeſt ſummâ æquitate ſub legibus vixiſſe, & Conſ. quorum nominibus numerantur ſignanturque anni l. 5. v. 5?
[z] Qui ſemper regibus paruerunt.
[a] Nos omnium poſtremi in id iugum ex libertate incidimus, quod non niſi granatè & cum pudore perpetimur.
[b] Fruſtra, vt video, Deos eſſe credimus, fruſtra timemus Iouem, ſiquidem hæc ſcelera non curet vindicare, ſi quidem hæc tam lentus videat, tam lentus puniat. *Vtam regit fortuna, non prouidentia.*
[c] *Ferimur ſummos fulmina montes.* Sed quid montes meruere feriri? quin Cæſar potius fulminatur?
[d] Et cur Cæſaris caput reſeruatur potius Caſsij (vnius à percuſſoribus Cæſ.) ferro, quàm tuo fulmine iam feritur?
[e] Iup. repulit Solem in ortum, execratus ſcelus Atrei in fratrem (vide Senecæ Thyeſten & quæ nos ad vlt. eiusdem) cur non idem hic facit deteſtatus præſentia hinc inde tot parricidia?
[f] Mycenas Argis vicinas, Pelopidarum ſedem.
[g] Ironicè.
[h] Bellum hoc rerum ſummam deferet Imperatoribus, qui in deorum numerum referentur.
[i] Hæc propter fulmina. Ode. Hor. & ſtellam crinitam quæ per ſeptem dies continuò fulſit, credita Cæſaris in cœlum recepti anima. Sueton. Cæſ. 88. Virg. 9. & Cl. quin & ſimulachro Cæſaris ſtellam in vertice addiderunt.
[k] Animas Cæſ.

[l]Inq; Deûm templis [m] iurabit Roma per vmbras.
Vt rapido cursu fati suprema morantem
Consumsêre locum: [n] parua tellure diremti,
[o]Inde manum spectant, vultusq; agnoscere quærunt,
Quò sua pila cadant, aut quà sibi fata minentur,
Facturi quæ monstra forent: vidêre parentes
Frontibus aduersis, fraternáque comminus arma,
Nec libuit [p] mutare locum: tamen omnia torpor
Pectora constrinxit: gelidusq; in viscera sanguis
Perculsa pietate coit: totæq; cohortes
Pila parata diu tensis tenuêre lacertis.
[q] Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed sensum post fata tuæ dent, [r] Crastine, morti.
Cuius torta manu commisit lancea bellum,
Primáque Thessaliam Romano sanguine tinxit.
O præceps rabies, cùm Cæsar tela teneret,
[s] Inuenta est prior vlla manus! [t] tunc stridulus aër
Elisus lituis, conceptáque classica cornu:
Tunc ausæ dare signa tubæ: tunc æthera [u] tendit,
[x] Extremiq; fragor conuexa irrumpit Olympi:
Vnde procul nubes, quò nulla tonitrua durant.
Excepit resonis clamorem vallibus [y] Æmus,
[z] Peliacísque dedit rursus geminare cauernis:
[a] Pindus agit gemitus, [b] Pangeáque saxa resultant,
[a] Oetæq; gemunt rupes [c] vocésque furoris
Expauêre sui tota tellure relatas.

l *Euphantes Ironia*, quasi præsentiora sint numina vmbræ Imperatorum quam ipsi Dij.

m *Iurandíque tuum per nomen ponimus æra.* Hor. 2 epist. l. 2.

n Vbi iam inter duas acies tantum erat relictum spacij, quantum latis esset ad concursum vtriusque exercitus: subit recordatio affinitatis, & pœnitentiæ indicia manarunt lacrymæ.

o Multitudinem exponit Micyllus. Supra v. 320. dixerat Cæsar se agnoscere suos ex ensibus & loricis singulos, iusseratque non parcere suis. Quid igitur si ita intelligamus? circumspiciunt vtrinque si quem in aduersa acie agnoscant ex armis telisque aut vultu, vt habeant in quem pila mittant, amicorum, hospitum, cognatorum cædes imò monstrosa parricidia perpetraturi.

p Recedere aut progredi. *Mala ratio*, inquit Appianus, *magno silentio immota restitit.*

q Imprecatur poeta æternas pœnas sensumque mortis Crastino, qui commisit aciem.

r Erat hic Crastinus in exercitu Cæs. euocatus, h. e. emeritus miles, qui in gratiam imperatoris iterum sponte militabat: is signo dato, *Sequimini me*, inquit, *mecum pugnate mei qui fuistis, & vestro imperatori quam constitutis operam date, &c.* simul respiciens Cæsarem; *Faciam*, inquit, *hodie imperator, vt aut viuo mihi aut mortuo gratias agas, &c.* Com. 3 Cæs. qui mox adacto in os gladio, sic inter cadauera repertus, libidinem ac rabiem qua pugnauerat, ipsâ nouitate vulneris præferebat. Florus l. 4. c. 2.

s Promptiorne in pugnam quàm ipsius Cæsaris?

t Statim, inquit Appianus, lituorum sono & tubarum clangore acuuntur in prælium. nec non præcones & præfecti hinc inde discurrentes, exercitum per partes hortabantur.

u Implet.

x Concurrentium clamor peruenit ad conuexa cœli; vel (vt conflet poetæ numerus montium) Olympi montis Thessaliæ qui secundum aeris regionem, in qua nubes & tonitrua, cacuminæ superat.

y Mons Thraciæ l. 6. v. 576.

z Resonum clamorem & Echo reddiderunt cauernæ Pelij montis Thess.

a Mons Thess.

b Mons Thraciæ l. 1. v. 239.

c Milites pugnantes expauere resones repercussosque à montibus suos clamores.

d Alij certa ferire, alij incita certos fa tela volunt.

e Minimum tamen cædis à sagittis & iaculis, multo maximum à gladijs.

f Clypeis iunctis testudine facta ad excipienda tela & primum excursum infringendum constitit acies Pompeiana ex præcepto ipsius. Cæsar hi itaque milites, cum à Pompeianis non concurri viderent, vbi periti, sua sponte cursum repressérunt & ad medium fere spatium constiterunt; vbi paruo intermisso temporis spatio, respiratione facta, resumptis viribus, renouatoque cursu, pila miserunt, celeriterque gladios strinxerunt. Neque verò Pompeiani hoc rei defuerunt. nam & tela exceperunt, & impetum legionum tulerunt, & ordines conturbarunt, pilisque missis ad gladios redierunt. Com. 3. de ciu. bel.

g Vide l. 6. v. 184.

h Hamos & licia loricæ, quæ conserta est ex annulis ferè catenulis.

i Intima pars.

k Pompeiana. l Cæsariana. m A Pompeiana parte. n Nec fortuna belli erat diu incerta, statim ad Cæsarem inclinauit. o Præcipiti & declini instar torrentis. p Equites à sinistro Pompeij cornu, vniuersi procurrerunt; omnisque multitudo sagittariorum se profudit, quorum impetum noster equitatus non tulit, versus paulum loco motus cessit. equites Pompeiani hoc acriùs instare & se turmatim explicare, aciemq; nostram à latere aperto circuire cœperunt, &c. mox ad v. 511. q Leues armaturæ milites. Ferentarij, Sagittarij, Funditores, Balistarij. Veget. l. 1. r Manipulus proprie est contubernium militum qui communis quasi manibus dimicant: centesima pars legionis. s A militibus leuis armaturæ. t Per ærugines aeris intermedij ex veloci motu liquefactæ sunt pilæ plumbeæ in figuram glandium formatæ, & fundis emissæ. Motu autem accenso colliquescere plumbeos sagittarum mucrones refert Aristot. l. de cœlo & Meteor. 1. Non secus exarsit quàm cùm Balearica plumbum Funda iacit: rapitur illud, & incandescit cursu, quem non habuit, sub nubibus ignis. Ouid. Met. 2.

d *Spargitur innumerum diuersis missile votis.*
d *Vulnera pars optat, pars terræ figere tela,*
Ac puras seruare manus. rapit omnia casus;
Atque incerta facit, quos vult, Fortuna nocentes.
e *Sed quota pars cladis iaculis, ferróque volanti*
Exacta est? odijs solus ciuilibus ensis
Sufficit, & dextras Romana in viscera ducit.
f *Pompeij densis acies stipata cateruis,*
Iunxerat in seriem nexis vmbonibus arma.
Vixq; habitura locum dextras, ac tela mouendi
Constiterat, gladiósque suos compressa tenebat.
Præcipiti cursu vesanum Cæsaris agmen
In densos agitur g cuneos: pérque arma, per hostem
Quærit iter, quà torta graues lorica h catenas
Opponit, tutóque latet sub tegmine pectus.
Hac quoq; peruentum est ad viscera: tótque per arma
i *Extremum est, quod quisque ferit. ciuilia bella*
k *Vna acies patitur, gerit l altera: frigidus inde*
Stat gladius; calet omne nocens à Cæsare ferrum.
m *Nec Fortuna diu rerum tot pondera vergens,*
Abstulit ingenteis fato o torrente ruinas.
p *Vt primùm toto diduxit cornua campo*
Pompeianus eques, bellique per vltima fudit:
Sparsa per extremos q leuis armatura r maniplos
Insequitur, sæuásque manus immittit in hostem.
Illic quæque suo miscet gens prælia telo:
Romanus cunctis petitur cruor: s inde sagittæ,
Inde faces, & saxa volant. t spatióque solutæ

m A Pompeianâ parte. n Nec fortuna belli erat diu incerta, statim ad Cæsarem inclinauit. o Præcipiti & declini instar torrentis. p Equites à sinistro Pompeij cornu, vniuersi procurrerunt; omnisque multitudo sagittariorum se profudit, quorum impetum noster equitatus non tulit, versus paulum loco motus cessit. equites Pompeiani hoc acriùs instare & se turmatim explicare, aciemq; nostram à latere aperto circuire cœperunt, &c. mox ad v. 511. q Leues armaturæ milites. Ferentarij, Sagittarij, Funditores, Balistarij. Veget. l. 1. r Manipulus proprie est contubernium militum qui communis quasi manibus dimicant: centesima pars legionis. s A militibus leuis armaturæ. t Per ærugines aeris intermedij ex veloci motu liquefactæ sunt pilæ plumbeæ in figuram glandium formatæ, & fundis emissæ. Motu autem accenso colliquescere plumbeos sagittarum mucrones refert Aristot. l. de cœlo & Meteor. 1. Non secus exarsit quàm cùm Balearica plumbum Funda iacit: rapitur illud, & incandescit cursu, quem non habuit, sub nubibus ignis. Ouid. Met. 2.

Aëris, & calido liquefactæ pondere glandes.
Tunc & [y] Ituræi, Medíque, Arabésque soluto
Arcu turba minax, [z] nusquam rexêre sagittas,
Sed petitur solus, qui campis imminet aëri:
Inde cadunt mortes: [y] sceleris sed crimine nullo
Externũ maculant chalybem, stetit omne coactum
Circa pila nefas: ferro subtexitur [z] æther,
Nóxque super campos telis conserta pependit.
[a] Tum Cæsar metuens, ne frons sibi prima labaret
Incursu, tenet obliquas post signa cohortes:
Inq; latus belli quà se vagus hostis agebat,
Immittit [b] subitum non motis cornibus [b] agmen.
[c] Immemores pugnæ, nullóque pudore timendi
Præcipites fecere palàm, ciuilia bella
Non bene barbaricis vnquam commissa cateruis.
[d] Vt primùm sonipes transfixus pectora ferro,
In caput effusi calcauit membra regentis:
Omnis eques cessit campis, glomeratáque pubes
In sua conuersis præceps ruit agmina frenis.
[e] Perdidit inde modum cædes, ac nulla secuta est
Pugna: [f] sed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
[g] Nec valet hæc acies tantum prosternere, quantum
Inde perire potest. Vtinam Pharsalia campis
[h] Sufficiat cruor iste tuis, quem barbara fundunt
Pectora, [h] non alio mutentur sanguine fontes.
[i] Hic numerus totos tibi [k] vestiat ossibus agros:
Aut si Romano compleri sanguine mauis,
[l] Istis parce precor: viuant [m] Galataq;, Syríque,
Cappadoces, Gallíque, [n] extremíque orbis Iberi,
Armeny, Cilices: nam post ciuilia bella

a Supra v. 250.
x In nullum directæ aduersus: sed in cæcum missæ, vnde cadentes lætiferæ.
y Sed frustra vacuabant hæ sagittæ ob externis gentibus in Romanos missæ. nefas cumulatum admiserunt ciuium vtrinque pila.
z Telorum nube obductus. In vmbra itaque (inquit Lucan.) pugnabitur.
a Vbi Cæsar aduertit equitatum suum impetum Pompeianorum equitum & sagittariorum non ferre, quanta acie quam ex cohortium numero instituerat vt subsidio esset equitatui & dextro cornu, signum dedit. illi celeriter procurrentes tantâ vi in Pompeij equites, fecerunt, vt eorum nemo consisteret, omnesque conuersi incitatâ fugâ montes peterent, quibus sommotis omnes sagittarij & funditores destituti inermes sine præsidio interfecti sunt.
b Cohortes illas subsidiarias quarta acie, è 3000 peditibus.
c Pompeiani equites auxiliares terga vertentes ostendunt ciuilis belli mo

mentum non bene creditum fuisse his externis & barbaris. d Vbi equi Pompeianorum, quæ illius aciei telis sauci, excussere pronos sessores; fugam capessunt equites.
e Non temperatum est cædibus. f Iugulantur Pompeiani, cadunt Cæsariani. vide quæ ad v. 617. infra. g Nec sufficiunt Cæsariani conficiendis Pompeianis. vtpote quorum multo maior numerus. h Nec Romano sing. ruberent fluuij. i Barbarorum, externorum. k Tegat, spargat. l Istis externis gentibus parce, vt sint, qui bello finito, ciuitate donati Romam tueantur. m Pop. Asiæ iuxta Paphlagoniam. Gallogræci. n Occidui orbis incolæ Hispani.

Hic

Hic populus Romanus erit. o Semel ortus in omnem
It timor, & fatis datus est pro Cæsare cursus.
Ventum erat ad p robur Magni, mediásque cater-
Quod totos q errore vago perfuderat agros: (uas,
*Constitit hîc bellum, fortunáque Cæsaris r hæsit.
s Non illic regum auxilijs collecta iuuentus
Bella gerit, ferrúmque manus mouêre t togatæ:
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.
u Hîc furor, hîc rabies, hîc sunt tua crimina Cæsar.
x Hanc fuge mens partem belli tenebrísq; relinque,
Nullâque tantorum discat, me vate, malorum,
Quàm multum bellis liceat ciuilibus, ætas.
Ah potiùs pereant lacrymæ, pereantq; querelæ.
Quicquid in hac acie gessisti Roma, y tacebo.
Hîc Cæsar, z rabies populi, stimulusq; furoris.
Ne qua parte sui pereat scelus, agmina circum
It vagus, atque a ignes animis flagrantibus addit.
b Inspicit & gladios, qui toti sanguine manent,
Qui niteant primo tantùm mucrone cruenti,
c Quæ presso tremat ense manus, quis languida tela,
Quis contenta ferat, d quis præstet bella iubenti,
Quem pugnare iuuet, quis vultum ciue peremto
Mutet: obit latis proiecta cadauera campis.
e Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipse manu. quacunque vagatur
Sanguineum veluti quatiens f Bellona g flagellum,
h Bistonas aut Mauors agitans, si verbere sæuo
Palladia stimulet turbatos i ægide currus,

o Vbi à paucis trepidari cœpit, omnes in fugam ruunt. quod Cæsari victoriæ momentum dedit. Tunc, inquit Florus, terrore latius dato, turbatisq; inuicem copijs, reliqua strages quasi una mente facta est. Nec vlla res magis exitio fuit, quàm ipsa exercitus magnitudo.

p Firmissimas copias quæ erant circa Pompeium. Cohortes illæ quartæ aciei eodem quo steterant equitatum impetu, sinistrũ cornu, pugnantibus etiam tum ac resistentibus, in acie Pompeianis, circumierunt, eosque à tergo sunt adorti. Et tertiam aciem, quæ quieta hucusque fuerat, Cæsar procurrere iussit, quos receptes cum Pompeiani sustinere non possent, vniuersi terga verterunt. Com. 3 ciu bel.

q Certamine multiplici.

r Retardata est.

s Non hîc steterunt reges socij, auxiliares copiæ & senatus; sed Romani, vtrinque milites, isdemque cognati, fratres, patres, filij.

t Præfert hanc lect. è m.sc. 2. Grotius. videtur tamen loqui de copijs sociorum. feratur itaque & altera lectio roga, i. exorata & acita ad suppetias ferendas.

u Inter ciues, cognatos, &c.

x Per Apostrophen ad seipsum, fingit se prætermissurum horrendam ciuilis hoc in loco pugnæ faciem, cum tamen maxime & nimium exaggerat.

y Ne questu recrudescat dolor.

z OEstrum Bellonæ, incitatæ suorum circumquaque percurrit.

a Incitamenta crudelitatis.

b Aduertit quo animo, quibus viribus, quo vultu quisque pugnet.

c Quis timidè & quasi inuitus feriat, quis alacriter.

d Quis iussu potius quàm voluntate pugnet.

e Suorumne pie, an aduersariorum crudeliter?

f Belli dea, Martis soror, furialis Enyo.

g Quo bellantes instigare fingitur.

h Thracas, à Bistone vrbe & stagno, cui bellicosæ genti Mars præsidere creditus. *Gradiuumque patrem Getici qui præsidet agri.* Virg. 3. Æn.

i Scutum cum lorica Palladis, in quo caput Medusæ homines in lapides conuertens, & respicere videtur ad Palladis apparatum & suppetias contra Martem, Venerem & Troas. Hom. Il. 2.

k Nox

k Nox ingens scelerum, & cædes oriuntur, & in-
Immensæ vocis gemitus, & pondere lapsi (star
Pectoris arma sonant, confractiq; ensibus enses.
Ipse manu l subicit gladios, ac tela ministrat,
m Aduersosque iubet ferro confundere vultus.
Promouet ipse acies: impellit terga suorum:
Verbere conuersæ cessantes excitat hastæ.
In plebem vetat ire manus, monstrátque Senatum.
Scit cruor n imperij qui sit, quæ viscera o legum:
Vade petat Romam, p libertas vltima mundi
Quo steterit ferienda loco. q permista secundo
Ordine nobilitas, r venerandáque corpora ferro
Vrgentur: cædunt Lepidos, cædunt; Metellos,
Coruinósque simul, s Torquataque nomina legum,
t Sæpe duces, summósque hominũ te Magne, remoto.
u Illic plebeia conjectus casside vultus.
Ignotúsque hosti, x quod ferrum Brute tenebas!
O decus imperij, spes & suprema Senatus,
y Extremum tanti generis per secula nomen,
z Ne rue per medios nimium temerarius hostes,

k Cõfusio exercitus, nullo habito discrimine, à Sabijcio subministrat.

l Multus in eo prælio Cæsar fuit, medioque inter imperatorem & milites. Voces quoque equitantis excepit; altera gravem ted docta & ad victoriam efficax; *Milites facem sibi* altera ad iactationem composita; *Parce tibi*. Flores, percepere. Cæsar suis, vt tela in ora & facies aduersariorum intenta rent. fore enim vt iuuenes formosi faciei sux timentes vultus tegerent vel auerterent. Sed stratagema hoc consilio tam leni vix tanto Imperatore dignum videtur Iano Rutgersio l. 1. var. lect. c. 4. longè itaque aliud fuisse consilium putat. Cæsarẽ scl. verecundum ne fuerit militum ardor, conspectis popularibus & propinquis, deseruescere, imperasse vt vultus eorum ferro turbarentur, ne agnoscerentur. & huc faciunt quæ supra v. 220. & 465. & infra v. 617. n Senatus se. quo facilo expeditior sibi ad summum imperium sternatur iter. o Alij *regum* habent. qui seorsim apud sua quisque auxilia. H. Grotius emendare ausus est *viscera legum* Metaphoricè de Senatu. Alij leg *rerum*. p Libertatis propugnatores summi & vltimi. q Equitibus permistus senatus. tres enim Romanorum ordines, Patritius, Equester, Plebeius. r Nobiles illustrium familiarum viri. cuiusmodi pauccs enumerat, Lepidos, Metellos, Valerios, Corvinos, Manlios Torquatos. s Qui legunt *regum* nullum torquetur vt *Torquata nomina* concilient *regibus*. Alij intelligunt reges torquatos [illegible]p27 duces torquibus ornatos. Alij familiam Manliorum cui cognomen Torquati a torque detracta Gallo cæso qui ei in singulare certamen prouocauerat. Liv. l. 7. A. Gell. l. 9. c. 13. & regium illud insigne Torquatis conuenire volunt. Grotius emendat *legum* vt modò v. 579 *legum nomina*, hoc est, liberæ reipublicæ. Hanc si admittamus correctionem; concipio, Torquatos seueriss imos assertores legum dici, sicut *Manliana imperia*, severa illa & rigida propter filium securi feriri iussum, &c. Liv. l. 8. vel respici ad libertatẽ & Consulare imperium. quod noster *legum* nomine sæpe exprimit. supra v. 440. & l. 9. 267. 385. 560. Nomina autem Torquata id est ipsos Torquatos vt mox v. 589. Nodum vero solusse litemque sustulisse videtur, qui legit *Torquatósque nomina regum Sæpe duces*, Lepidos sc. Metellos, Corvinos, Torquatos illustres viros, quorum auspicijs Reges ipsi sæpe militauerint. sic l. 8. v. 107. & l. 10. v. 136. & l. 3. v. 288. t Cædunt tribunos, consulares, senatores, summos omnes excepto Pompeio. u Illic Marcus Brutus plebeijs armis tectus latuit Cæsarianos iussos petere viros principes. modo v. 578. x Quo postmodò Cæsarem eras occisurus, vt libertatem restitueres. y Vltima gentis Brutorum à Iunio Bruto, qui reges exegit, ortorum. quem tamen absque virili stirpe periisse refert Dionys. Halicarn. z Parce tibi neque per temeritatem accersse tibi mortem properanter, reserua te ad facinus oportuniore tempore perpetrandum.

a Non in hac ciuili bello in Pharsalia, sed altero & tuo, in Philippis ab Antonio & Octauio victus vide quæ ad v. 680. l. 1.

b Nondum est assecutus Capitolium & summam imperij, vt meruerat calere manu Bruti, cuius familiæ opus est reges tollere. viuat rege quoque prius, vt, &c.

c Nondum superauit summum honorem Rom. quo cuncta reguntur.

d Nobiles patricij, vt seq.

e l. 2. v. 479.

f Supra v. 110.

g Patriâ nondum in seruitutem redactâ.

h Ipsémne multis vulneribus conlossus an inter tanta omni ex parte & extentus? Lucan vero Domitius ex castris in montem refugiens, cum vires cum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus. Cæs. com. 3.

i Primary enim consecutus iuerat ad Corfinium. vt l. 2. v. 511. & quæ ad v. 522.

k l. 2 v. 478.

l Morior tamen liber, et nondum victoriam plenè consecuto, ac sine summum Imperium, nec dum patriam à te oppressam conspiciens

a *Nec tibi fatales admoueris antè Philippos,*
Thessalia periture tua. nil proficis istic
Cæsaris intentus iugulo: b *nondum attigit arcem*
Iuris, & c *humanum culmen, quo cuncta reguntur*
Egressus, meruit fatis tam nobile letum:
Viuat, & vt Bruti procumbat victima, regnet.
Hic patriæ perit omne d *decus: iacet aggere mag-*
Patritium campis commista plebe cadauer.
Mors tamen eminuit clarorum in strage virorum
e *Pugnacis Domiti;* f *quem clades fata per omneis*
Ducebant. f *nusquam Magni fortuna sine illo*
Succubuit: victus toties à Cæsare, g *salua*
Libertate perit: tunc mille in vulnera lætus
Labitur, ac i *venia gaudet caruisse* i *secunda.*
Viderat in crasso versantem sanguine membra
Cæsar, & increpitans; Iam Magni deseris arma,
k *Successor Domiti: sine te iam bella geruntur.*
Dixerat: ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in vocem, morientiaq; ora resoluit.
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati Cæsar, generóque minorem
Aspiciens, l *Stygias Magno duce liber ad vmbras*
Et securus eo: te sæuo Marte subactum,
Pompeióque graueis pœnas, nobisq; daturum,
Cùm moriar, sperare licet. noz plura locutum
Vita fugit, m *densæq; oculos pressére tenebræ.*
n *Impendisse pudet lacrymas in funere mundi*
Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
Quærere, letiferum per cuius viscera vulnus
Exierit, quis fusa solo vitalia calcet;
o *Ore quis aduerso, demisso facibus ense,*
Expulerit moriens animam; quis corruat ictu

m οὐκέτι δ' οἱ ὄσσε ἐκάλυψεν. Hom. n In tanta clade, quanta mundi summo Imperio grauè intulit vulnus, non liber, non vacat singulas mortes & vulnera lacrymis lachrymasque profundi. Ex Pompeiano exercitu circiter millia XV. cecidêrunt: in deditionem venerunt amplius millia XXIIII. Cæsar non amplius CC. desiderauit. Sed in his centuriones XXX. Com. 3. o Ita interciit Crassinus, supra ad v. 471.

Quis

Quis fleterit, [p] dum mẽbra cadunt: qui pectora telis
Transmittant, aut quos campis affixerit hasta:
Quis cruor emissus [q] perruperit aëra venis,
Inq; hostis cadat arma sui: quis pectora fratris
Cædat, & vt notum possit spoliare cadauer,
[r] Abcisam longè mittat caput: ora parentis
Quis laceret, [s] nimiáque probet spectantibus ira
Quem iugulat, non esse patrem. mors nulla querela
Digna [t] sua est, nullósque hominum lugere vacamus.
[u] Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes,
Quas [x] aliæ clades: [y] illic per fata virorum,
Per populos hic Roma perit: quod militis illic,
Mors hic gentis erat: [z] sanguis ibi fluxit Achæus,
Ponticus, Assyrius: cunctus hærere cruores
Romanus campisq; vetat consistere torrens.
Maius ab hac acie, quàm quod sua secula ferrent,
Vulnus habent populi: [a] plus est quàm vita, salusq;
Quod perit: in totum mundi prosternimur æuum.
Vincitur his gladijs omnis, quæ seruiet, ætas.
Proxima quid soboles, aut quid meruêre nepotes
[b] In regnum nasci? pauidè num gessimus arma?
Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet. [d] post prælia natis
Si dominum Fortuna dabas, & bella dedisses.
Iam Magnus [e] transisse Deos, Romanaq; fata
Senserat infelix: [f] tota vix clade coactus
Fortunam damnare suam, sletit aggere campi
Eminus, vnde omneis sparsas per Thessala rura
Aspiceret clades, [g] quæ bello obstante latebant.
Tot telis sua fata peti, tot corpora fusa,
Ac se tam multo pereuntem sanguine vidit.
[h] Nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum

p Truncatis membra.
q Prosilierit, & interis atma conspergerit.
r Vt posit cum tanquam ignotum spoliare, neque agnoscatur esse frater.
s Et iam lacerum, apud eos qui cum indignatione spectaret, patrem esse deieret.
t Singulari & propriâ, vt modò v. 617.
u Dilatat amplificationem huius cladis cum alijs comparata; modo, & euentu mox v. 638.
x Ad Trasimenum, Trebiam, Ticinum, Alliam, Cannas, &c.
y Ibi numerabantur milites cæsi: hîc gentes & populi.
z Ibi nationis alicuius vnius sanguis fusus est; hîc multarum promiscuè. Romani autem permisti copia fecit vt instar torrentis flueret.
a Periit ei libertas pop. Rom. eaque posteris in perpetuum interitura.
b In seruitutem sub Impp.
c Nunquid nos timidè libertatem propugnauimus? Annon iugulum nostrum & ceruicem gladijs opposuimus, quò posteros seruituti eximeremus?
d Si vellet Fortuna posteris libertatem adimere, par erat vt & bellum ijs daret, quo ipsi pro se decertarent.
e A se ad Cæsarem. *Ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit.* Virg. 2. AEn.
f Nondum coactus tota clade accepta inesse suam fortunam.
g Quas per tumultum & concursum pugnantium prius cernere non licuit.
h Nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum atque tamen voluit, quod in rebus desperatis & desperatis solent miseri, omnia secum obruere.

Mersa iuuat, gentésque suæ miscere ruinæ:
Vt Latiæ post se viuat pars maxima turbæ,
Sustinuit dignos etiam nunc credere votis
Cœlicolas, voluitq; sui solatia casus:
Parcite, ait, Superi cunctas prosternere gentes:
Stante potest mundo, Romáque superstite, Magnus
Esse miser. si plura iuuant mea vulnera, coniux
Est mihi, sunt nati; dedimus tot pignora fatis.
Ciuilíne parum est bello, si méque, meósque
Obruat? exiguæ clades sumus, orbe remoto?
Omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras?
Iam nihil est Fortuna meum. sic fatur & arma,
Signáque, & afflictas omni iam parte cateruas
Circuit, & reuocat matura in fata ruentes,
Séque negat tanti. nec deerat robur in enses
Ire duci, iugulóque pati, vel pectore letum:
Sed timuit strato miles ne corpore Magni
Non fugeret, supráque ducem procumberet orbis:
Cæsaris aut oculis voluit subducere mortem.
Nequicquam. infelix socero spectare volenti
Præstandũ est vbicunq; caput. sed tu quoq; coniux
Causa fugæ, vultúsque tui: fatisq; probatum
Te præsente mori. Tunc Magnum concitus aufert
A bello sonipes, non tergo tela pauentem,
Ingenteisq; animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, non fletus erat, soluáque verendus
Maiestate dolor, qualem te, Magne, decebat
Romanis præstare malis. non impare vultu
Aspicis Emathiam: nec, te vidére superbum
Prospera bellorum, nec fractum aduersa videbunt.
Quamq; fuit læto per treis infida triumphos,

j Neque tanti acceptã clade indignaretur Deos supplicibus votis precari, vt sibi reliquum exercitum præstarent incolumem.
k Sufficiat iræ vestræ hæc mea calamitas; vel si vlterius in me animaduertere pergitis, vxorem liberosque meos deuoueo pro salute gentium & Ro. Imperij.
l Anson satis est clades nostra, nisi & totus orbis nobiscũ ruat?
m Recepti canit. Sed audi Cæsarem 3. com. Pompeius, vt equitatum suum pulsum vidit, atque eam partem, cui maximè cõfidebat, perterritã animadvertit, aliis dissus, scie excessit, protinusq; se in castra eque contulit, & iis centurionibus quos in statione ad prætoriã portam posuerat, clarè, vt milites exaudirent, vocat nimi, inquit, castra, & defendite diligenter, si quid durius accidet ego reliquas portas circumeo, & castrorũ præsidia confirmo. hæc cùm dixisset se in prætoriũ contulit, summæ rei diffidens, & tamen euentum expectans.
n Audacia eundi in prælia non deerat Pompeio, nedue vitæ contemptus. sed nolebat suos in ruina & necem secum trahere.
o Voluit præterea necem suam subtrahere Cæsaris oculis; simul se vinum reddere vxori, sed frustra. In satis namque erat vt præsente coniuge obtruncaretur, caputque eius Cæsari offerretur. l. 8. v. 618. & l. 9. v. 1034.
p Non immutato propter aduersa vultu, quo prius vsus fuerat prospera.
q Atque vti fortuna infida fuit Pompeio in rebus secundis, ita in aduersis minax.
r i. Africano, de Iubæ & Catone, Domitio & Hiarba rege qui Domitio auxiliũ tulerat. 2. Hispanicum, de Sertorio & Perpenna. l. 2. v. 349. & 3. Ponticum de Mithridate, Tigrane, &c.

Tum

Tam misero Fortuna minor. iam[f] pondere fati
Deposito securus abis: [t] nunc tempora læta
Respexisse vacat: spes nunquam implenda recessit:
[u] Quid fueris nunc scire licet. fuge prælia dira,
[x] Ac testare Deos, nullum qui perstet in armis,
Iam tibi Magne mori: ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Pharióque à gurgite clades,
Sic & Thessalicæ post te pars maxima pugnæ.
Non iam Pompeij nomen populare per orbem,
Nec studium belli: sed [y] par, quod semper habemus,
[z] Libertas & Cæsar erunt: téque inde fugato
Ostendet moriens, [a] sibi se pugnasse, Senatus.
Nónne iuuat pulsum bellis cessisse, nec istud
Prospectare nefas, spumanteis cæde cateruas?
[b] Respice turbatos incursu sanguinis amnes,
Et [c] soceri miserere tui. [d] quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior istis?
Quicquid in ignotis solus regionibus exul,
Quicquid sub [e] Pharios positus patiere tyrannos;
[f] Crede Deis, longo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat. prohibe lamenta sonare,
Flere vetà populos: lacrymas, luctúsque remitte.
Tam mala Pompeij, quàm prospera mundus adoret.
Aspice securus vultu non supplice reges:
*Aspice * possessas vrbes, [g] donatáque regna,*
Ægyptum, Libyámque, & terras elige morti.
[h] Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ
[i] Nobile, nec victum fatis caput: omnibus illa

f Leuatus onere imperij, quod tibi fuit commissum.
t Nunc tibi otium est frui memoriâ anteactæ felicitatis postquam infatiata spes plura acquisendi interiit.
u E collatione præsentium aduersarum intelliges quanta fuerint res tuæ prosperæ. *Tum denique*, inquit ille apud comicum, *omnes nostra intelligimus bona, quum quæ in portu habuimus, omisimus.*
x Et quum post discessum tuum è prælio Pharsalico maior pars cladis contigerit. Deos testes citare licet, eos non tuâ gratiâ, sed publicæ libertatis causâ in armis perstitisse & cecidisse, qui interierint. vt & eos qui post mortem tuam in Africa, in Hispania & Ægypto occiderunt.
y L. v. 3.
z Commissi pugnabunt libertas & Cæsar, illa vt se tueatur, Cæsar vt exuat libertatem & monarchiam induat.
a Suæ libertatis tuendæ gratia.
b Imo fruere optimo solatio fugæ tuæ, quòd non vides tantam ciuium stragem.
c Cæsaris, qui paulò per ro-
ciuium cædem victoria, multò miserior futurus est quàm tu victus.
d Quo animo, qua conscientiâ?
e Ptolomæo. l. x. v. 518.
f Iudicium deorum & longa fatorum series tibi fidem faciant id quod melius est tibi euenisse, ἀδύνατον γὰρ ἀδικεῖσθαι vinci quàm vincere in bello ciuili.
* Pompeiopolim. l. 2. v. 378.
g Ægyptum Ptolomæo, cui ipse tutor à Senatu datus fuerat: Libyam Iubæ, Tigrani Armeniam, Pharnaci Ponto, Ariobarzani Cappadociam.
h Pompeius, vbi iam castra oppugnari & hostem intra vallum versari vidit, equum nactus, detractis insignibus imperatoriis, decumanâ portâ è castris eiecit; protinusque equo citato Larissam contendit, neque ibi constitit, &c. Cæsar. 3. Ciuil.
i Constantiam atque animi magnitudinem retinens in rebus vrgentissimis.

k Larissæi humaniter & honorifice excepto opem obtulerunt.

l Tanquam victori procedens obuiam.

m Aliorum opinione æque venerandus ac priùs suâ non ita. perijt itaque rationes & spem omnem comparandi copias & renouandi belli.

n Iterum fortunam tentare.

o Mihi, Pompeio.

p Cæsari.

q Apostrophe poetæ ad Cæsarem.

r Fugâ te victorem testatus Pompeius peruenit tibi populos.

s Neque Larissæ constitit, sed paucos suorum ex fuga nactus nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare peruenit, nauemque frumenta, riam conscendit.

t Ignis hic periculi & aduersitatis probauit tibi verum amorem eorum, quorum fidem in prosperis exploratam habere non datur. cùm plures fortunam quàm amicitiam colant.

u Talorum.

x Plebeios & gregarios milites, nec sibi summum Imperium capranti satis pros impedimento.

y Cæsar, Pompeianis ex fuga intra vallum compulsis, nullum spatium pertentatis dari oportere existimans, ut beneficio fortunæ uteretur castraque oppugnaret, qui etsi magno assiduoque labore fatigati (nam ad meridiem res erat producta) tamen ad omnem laborem animo parati superiorem peruenerunt. z Defatigatis pugnâ. a Quod sibi dare posset, cuique vestrum in manu est, neque enim pro donis ea imputabo. b Mox v. 752. c Hispaniis, quæ eam habebat in deditione Pompeio obsequentem. l. 1. 4. d Orientales, Asiaticas diuitias. e Congestas.

k Ciuibus effudit totas per mœnia vires
l Obuia ceu læto: præmittunt munera flentes:
Pandant templa, domos: socios se cladibus optant.
Scilicet immenso supereſt ex nomine multum;
m Teque minor solo, cunctas impellere gentes
Rursus in arma potes, n rursusque in fata redire.
Sed quid opus o victo populis, aut vrbibus, inquit?
p Victori præstate fidem. q Tu Cæsar in alto
Cædis adhuc cumulo patriæ per viscera vadis:
At tibi iam populos donat gener. r fugit inde
Pompeium sonipes: gemitus, lacrymæq; sequuntur:
Plurimáque in sæuos populi conuicia diuos.
s Nunc tibi vera fides quæsiti Magne fauoris
Contigit, ac fructus. felix se nescit amari.
Cæsar vt t Hesperio vidit satis arua natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusque suorum
Iam ratus, vt x viles animas, x perituraq; frustra
Agmina permisit vitæ. y sed castra fugatos
Ne reuocent, pellátque quies nocturna pauorem;
Protinus hostili statuit succedere vallo,
Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror,
Non veritus grauè ne fessis, ac z Marte subactis
Hoc foret imperium, non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat: Victoria nobis
Plena viri, dixit, a supereſt pro sanguine merces.
Quam monstrare meum est: a nec enim donare vocabo
Quod sibi quisque dabit. cunctis en b plena metallis
Castra patent: raptum c Hesperijs è gentibus aurum
Hîc iacet: d Eoásque premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna simul, Magnique e coacta

Expectat[e] dominos: propera [f] præcedere miles
Quos sequeris: quascunque [h] tuas Pharsalia fecit,
A victis rapiantur opes. Nec plura locutus
Impulit amentes auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios, supraque cadauera patrum,
Et cæsos calcare duces. quæ fossa, quis agger
Sustineat pretium belli scelerumque petentes?
Scire volunt, quanta fuerint mercede nocentes.
[i] Inuenêre quidem spoliato plurima mundo,
Bellorum in sumtus congestæ pondera[k] massæ:
[l] Sed non implerunt cupientes omnia mentes.
Quicquid fodit[m] Iber, quicquid[n] Tagus expulit auri,
Quódque legit diues summis [o] Arimaspus arenis,
[p] Vt rapiant, paruo fecerus hoc vænisse putabunt,
Cùm sibi [q] Tarpeias victor despondent [r] arces:
Cùm spe Romanæ promiserit omnia prædæ:
[r] Decipitur, quòd castra rapit. Capit impia plebes
[s] Cespite patricio somnos: vacuumq; cubile
Regibus infandus miles premit: inq; [t] parentum,
Inq; toris [t] fratrum posuerunt membra [u] nocentes:
[x] Quos agitat vesana quies, somnique furentes:
Thessalicam miseri versant in pectore pugnam.
Inuigilat cunctis scænum scelus, armáque tota
Mente agitant capulóque manus absente [y] mouetur.
[z] Ingemuisse putes campos, terramque nocentem
Inspirasse animas, infectúmque aëra totum
Manibus, & superam Stygia formidine noctem.
Exigit à meritis tristeis victoria pœnas,
[a] Sibilaq; & flammas infert sopor: vmbra peremti

e Vos.
f Præoccupare castra & anteuertere hostes fugientes in castra.
h Tui ioris.
i Captis castris, luxuriam, victoriæ ducem, & vanitatem Pompeianorum videre licuit, ostendebant enim triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, tabernacula mytto & hederâ coronata, &c. Plutarch. Pomp. & Cæs. com.
k Auri & argenti.
l Hanc lectionem probat H. Grotius, cuius exemplar secutus sum. Mihi verò præplacet quam habent lib. vulgati, *Sed non implerunt cupientes omnia mentes, Quicquid fodit Iber, &c.* hoc mente. Inuenerunt quidem in castris Pompeij, aurum Hispanum & Orientis gazas, vti Cæsar proposuerat supra v. 740. Sed aurum hoc Hispanum in castris raptum non sufficit militibus Cæsarianis omnia cupientibus & ipsam Romam sibi diripiendam ex ducis promisso spe intibus.
m Hispanus. Hispanis olim celebris e-

rat fodinis auri, argenti, ferri. n Lusitaniæ flauisteri ripa beatis Tagi Ouid. 15. el. 1. Amo. o l. 3. v. 281. p Quamuis hæc omnia rapiant. putabunt tamen hæc non respondere meritis belli ciuilis à se gesti. q Romam. l. v. 198. r Ye is blo losse. vt qui sibi Romæ direptionem promiserit. s Tabernaculis patriciorum è recenti cespite constratis. t Cognatorum aut fugatorum. u Scelerati, parricidæ. x Dormientibus horrenda per quietem obijciantur somnia, animis obuersantur scelerata pugnæ Thessalicæ arma. y Quasi vibrantes gladium, quem tamen non tenent. z Terram gemitu animas ex illo crederes, atque vmbras & manes per aerem superioris hemisphærij in seruali tenebrosam volitasse. a Et per somnum repræsentantes ijs furiæ intentantes vipereos sibilantesque crines & facem.

Ciuis adest: sua quenque premit terroris imago,
Ille senum vultus, iuuenum videt ille figuras:
Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis:
[b] *Pectore in hoc pater est; omnes in Cæsare manes.*
[d] *Haud alios nondum Scythica purgatus in ara*
Eumenidum vidit vultus [e] *Pelopeius Orestes:*
[f] *Nec magis attonitos animi sensere tumultus,*
Cùm fureret, Pentheus, [g] *aut cùm desisset, Agaue.*
Hunc omnes gladij, quos aut Pharsalia vidit,
Aut [h] *vltrix visura* [h] *dies, stringente Senatu,*
Illa nocte premunt: hunc [i] *infera monstra flagellant.*
Et quantum pœnæ misero mens conscia donat,
Quòd Styga, quòd manes, infestaq; Tartara somnis
[k] *Pompeio viuente videt! Tamen omnia passo,*
Postquàm clara dies Pharsalica damna retexit,
[m] *Nulla loci facies remouet feralibus aruis*
Hærentes oculos: cernit propulsa cruore
Flumina, [n] *& excelsos cumulis æquantia colles*
Corpora, [o] *sidentes in tabem spectat acerues,*
Et Magni numerat populos: epulusq; paratur
Ille locus, vultus ex quo, faciesque iacentum
Agnoscat, iuuat Emathiam [p] *non cernere terram,*
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.
Fortunam, [q] *Superosq; suos in sanguine cernit.*
Ac ne læta furens scelerum spectacula perdat,
[r] *Inuidet igne rogi miseris,* [r] *cœlóque nocenti*

b Huius menti obuersatur vmbra patris cæsi.
c Omnes omnium manes territant Cæsarem.
d Qualiter *Atæ insontium scenis agitatus Orestes Armatam facibus matrem & serpentibus atris Cum fugit*, priusquam oraculo monitus Tauricam Dianam in Scythia peteret, vbi à sorore Iphigenia Deæ sacerdote agnitus expiatusque est, placataque furiæ Eumenides appellatæ.
e Pelopis nepos.
f *Eumenidum vultus videt agnitus demens videt agnitus Pentheus*, &c. Æneid. 4. Virg.
g Ita legit H. Grotius, hoc sensu Non magis externi mouerant, aut Pentheus cum Agaue fureret; aut ipsi Agaue cùm furere desisset & scelus suum agnosceret. Sic Pers. Sat. 5. *Postquam desertum esse Maronis*. Alij leg. *desisse*, id est, à mente discessisset. Is. Rutgersius putat legend. *aut desauisse Agaue*, cùm M. Shabeare *aut deseruisse Agaue*. eâdem mente quæ Grotius *desisse* legit. hc l. 5. v. 703.
h Qui in Senatu à coniuratis confossus 23. vulneribus cæsus erat.
i Vltrices furiæ & carnifex conscientia.
k Quo mortuo, maioribus furijs exagitabitur.
l *Quin animum ab odio ad veritatem historiæ narrationis flectat*. Cæsar primò luce omnes eos qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere, atque arma proijcere iussit. quod vbi sine recusatione fecerunt, positisque palmis, proiecti ad terram, fientes ab eo petierunt salutem; consolatus contegere iussit, & pauca apud eos de lenitate sua locutus, omnes conseruauit; militibusque suis iniit, ne qui eorum violarentur, seu quid desiderarent. *Multo certè minus in vmbras sæuitum credidérim, aut passiue oculos ceterum spectaculo aut sepulchra & rogos negasse*.
m Tristis & horrendus stragis aspectus non rev.
n Et strues congestarum cadaverum æquas collibus.
o Depressos & manantes sanie.
p Quin tectum construxerunt, cadaveribus solum spectant suum.
q Martem & Venerem quos ante prælium inuocauerat. supra ad v. 168.
r Inuidet cadaueribus regum. ἀπροσδιονύσως. Nam cum Genit. dici, *Inuideo tibi gloriæ & cum* Abl. *Inuideo tibi gloriâ*, testatur Diomedes l. 1.
s Hypallage. *Ingerit* Emathiam exhalatum ferus cadaverum odores, qui corrumpunt aerem.

Ingerit

Ingerit Emathiam. [t] non illum Pœnus humator
Consulis, & Libyca [u] succensa lampade Cannæ
Compellunt, hominum vitus vt seruet in hostes:
[x] Sed meminit nondum satiata cædibus ira,
Ciues esse suos. [y] Petimus non singula busta,
Discretosq; rogos, vnum da gentibus ignem:
Non interpositus vrantur corpora flammis.
[z] Aut generi si pœna iuuat, nemus extrue Pindi:
Erige congestas Oetæo robore syluas.
Thessalicam videat Pompeius ab æquore flammam.
Nil agis hac ira: tabésne cadauera soluat,
An rogus haud refert: [a] Placido Natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos, Cæsar, populos si nunc non vsserit ignis,
Vret cum terris, vret cum gurgite ponti.
[b] Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Misturus. [c] quocunque tuam Fortuna vocabit,
Hæ quoque erunt animæ, non altius ibis in auras,
Non meliore loco Stygia sub nocte iacebis.
Libera [d] Fortunæ mors est: capit omnia tellus
Quæ genuit: [e] cœlo tegitur, qui non habet vrnam.
Tu, cui dant pœnas inhumato funere gentes,
[f] Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros?
Has trahe Cæsar aquas: hoc, si potes, vtere cœlo.
Sed tibi tabentes populi Pharsalica rura
Eripiunt, camposque tenent victore fugato.
[g] Non solùm Hæmonij funesta ad pabula belli
Bistonij venêre lupi, tabemq; cruentæ
Cædis odorati [h] Pholoë liquere leones.

t Neque illum nempe exemplum etiã crudelissimi hostis Rom. Annibalis, qui P. Æ Emylij ad Cannas interfecti cadauer conquisitum honorificè sepelijt; vt ciues dignetur iure humanæ sepulturæ. Eundem honorē præstiterat Marcello insidijs intercepto, verum id in Apulia. Liu l. 23. & l. 27.

u Rogus ad Cannas ab Annibale Pœno accensus.

x *Iunidiosè*, quasi dicat quod maiori odio ciues prosequitur Cæsar, quam hostes Annibal.

y Poeta, ex persona cæsorum.

z Aut si velis Pompeium malè vrere, vnam omnibus extruo pyram è syluis Pindi montis & Oetæ, quam ex æquore prospiciat ille.

a Natura omnia quæ compositit in sua elementa rursus dissoluit.

b Ex opinione Platonis in Timæo, & Cic. qui I. de Nat. Deorum ait, Certâ temporum reuolutione ex incremento contrariorum elementorum incendia & diluuia fieri. Et Phœbus Ouidianus, *Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli Ardeat, & mundi moles operosa laboret.* Met. 2. c Nulla certior tamen Rapacis Orci fine destituta Aula Cæsaris manet: Vbinam quid vltra tendis? Æqua tellus Cæsari recluditur, Pharsalicique foci. d Alij Fortunæ. h e. Mortui ab iniuria fortunæ liberi sunt. e Nec tumulum cura, sepelit Natura nihilos. Mæcenatis citat Sen. epist 92. f Ex quid tandem non capis diuturniorem huius spectaculi fructum? quin bibis aquas sanguine corruptas, quin vteris aëre hoc infesto? Iuuenal. g Neque solum ad dilaniandas deuorandasque cadauera in Thessalis campis venêre lupi Thracij supra v. 589 sed & vsi, canes, grues, vultures, &c. h Montem Auzadir, l. 3. v. 198.

Tunc

Tunc vrſi latebras, obſcœni tecta, domóſque
Deſeruêre canes, & quicquid nare ſagaci
Aëra non ſanum, motúmque cadauere ſentit.
Iámque diu volucres ciuilia caſtra ſecutæ
Conueniunt. vos, quæ Nilo mutare ſoletis
Threïcias hyemes, ad mollem ſerius Auſtrum
Iſtis aues. nunquam ſe tanto vulture cœlum
Induit, aut plures preſſerunt aëra pennæ.
Omne nemus miſit volucres, omníſque cruenta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſuper vultus victoris, & impia ſigna
Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes,
Membráque deiecit iam laſſis vnguibus ales.
Sic quoque non omnis populus peruênit ad oſſa,
Iné feras diſcerptus abit: non intima curant
Viſcera, nec totas auidè ſorbere medullas:
Deguſtant artus. Latiæ pars maxima turbæ
Faſtidita iacet; quam ſol, nimbíque, dieſque
Longior Emathijs reſolutam miſcuit aruis.
Theſſalica infelix quo tanto crimine tellus
Læſiſti Superos, vt te tot mortibus vnam,
Tot ſcelerum fatis premerent? quod ſufficit æuum,
Immemor vt donet belli tibi damna vetuſtas?
Quæ ſeges infecta ſurget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere manes?
Antè nouæ venient acies, ſcelerique ſecundo
Præſtabis nondum ſiccòs hoc ſanguine campos.
Omnia maiorum vertamus buſta licebit,
Et ſtantes tumulos, & qui radice vetuſta
Effudêre ſuas, victis compagibus, vrnas:

i Cadaueris odore mutatum & corruptum.
k Vultures & volucres altæ, τηροὶ ἰμψυχοι, quæ & triduo præſagire & è longinquo odorari cadaueta creduntur. Plin. l. 10. c. 6.
l L. 5. v. 711. & Sen. OEdip. v. 604.
m Hîc quippe meatæ.
* Plenus fuit vulturibus aër.
n Volucres.
o Sanguis ſtillabat ab arboribus, quo alites partem prædæ congeſſerant.
p Neque feræ diſcerpunt cadaueta, aut nudant oſſa, non rimantur viſcera: in tanta abundantia ſufficit deguſtaſſe pleraque faſtidioſè & dente ſuperbo.
q Ità Iuuen. Sat. 14. *tota mouilia ſanus In ventres abeam.* & Ouid. Met. *demiſſo in viſcera cenſu.*
r Deteſtatur Theſſaliam tam miſerandæ cladi diriſque fatis damnatam, vt ſupra v. 301.
ſ Quænam æui diuturnitas poterit eluere & abolere memoriam tanti damni?
t A ſanguine hîc inſo.
u Qui in ſepulchris errant, nec niſi iuſti ſolutis Stygа tranſvehuntur. x Antequam aboleantur priorís hujus belli ciuilis veſtigia, hoc eodem campo necdum à priori ſanguine exiccato, conſligent hinc Antonius & Octauius, inde Brutus & Caſſius ſecundo bello nefario. Quod tamen prope Philippos vrbem Macedoniæ commiſſum eſt. vti dictum ad v. 680 l. 1. y Quòd ſi omnia Romanorum oſſa & cineres velimus eruere è tumulis tam integris quàm vetuſtate collapſis, minora tamen erunt his quæ ſemiſepulta eruuntur inter arandum ab agricolis Theſſalicis.
z Imo ſepulchri fundo. niſi reſpiciat potius capnificum quæ de cpate cnata diſſicit mon. menta. Plin. l. 16. c. 19. Iuuen. Sat. 10. v. 145. Martial. l. 10. ep. 2. a Solutis vetuſtate commiſſuris.

Plus

Plus cinerum Hæmoniæ ſulcis telluris aratur,
Plaráque [b] *ruricolis feriuntur* [b] *dentibus oſſa.*
Nullus ab Emathio religaſſet litore funem
Nauita, nec terram quiſquam mouiſſet arator,
Romani buſtum populi: fugerentq́ coloni
Vmbrarum campos, gregibus dumeta carerent:
Nullúsque auderet pecori permittere paſtor
Vellere ſurgentem de noſtris oſſibus herbam.
Ac, velut impatiens hominum, vel [d] *ſolis iniqui*
Limite, vel glacie [e] *nuda, atque ignota iaceres,*
Si non prima nefas belli, ſed ſola tuliſſes.
O Superi, liceat terras odiſſe nocentes.
Quid totum premitis, quid totum abſoluitis orbem?
Heſperiæ clades, & flebilis vnda [h] *Pachyni,*
Et [l] *Mutina, &* [k] *Leucas puros fecere Philippos.*

b Aratrorum. *Hoc dentem tenuat terrã vrnonantis aratri.* Ouid.

c Te O Theſſalia nemo frequentaret nauta, arator, paſtor, nemo habitaret; fugerent omnes tanquam execrandum locum, gentium & pop. Rom buſtum, vmbris frequentatũ imò tanquam deſolatam terram & inhabitabilem ſub torrida zona cen frigida; ſi modò tu vt prima, ita ſola fuiſſes nefarij belli area: Sed alia iam loca pari clade damnata te excuſaram & ſcelere hoc abſolutam præſtant.

d Inter vtrumque Tropicum, zonã torridã. e Deſolata, inculta propter frigus, vti in zonis frigidis. f Cur damnatis; & mox in participationem ſceleris admiſſas abſoluitis crimine tot orbis partes? g Bellum ciuile in Hiſpania ad Mutinam maximè, vt L. 1. v. 40. h Promontorij Siciliæ, vbi nauali prœlio victus eſt Sex. Pompeius ab Agrippa auſpicijs Auguſti. i L. 1. v. 41. k L. 1. v. 43.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER OCTAVVS.

[a] *IAm ſuper* [b] *Herculeas facies, nemoroſaq́ Tempe,*
Hæmoniæ deſerta petens [c] *diſpendia ſyluæ,*
[d] *Cornipedem exhauſtum curſu, ſtimulisq́ negantem*
Magnus agens, incerta fugæ veſtigia turbat,

a Felicem vtrumque in malis Pompeium, inquit Florus, ſi eaſdem ipſum, quæ exercitus eius, fortuna traxiſſet. Superſtes dignitati ſuæ vixit, vt cum maiore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, pulſus Lariſſa: in deſerto Ciliciæ ſcopulo, fugam in Parthos, Africam vel AEgyptum agitaret: vt denique in Peluſiaco litore, imperio viliſſimi regis, conſiliis ſpadonum, &, ne quid malis deſit, Septimij deſertoris ſui gladio trucidatus, ſub oculis vxoris ſuæ liberorumque moreretur. b Diſiidia inter Oſſam & Olympum qua per Tempe exit Peneus in ſinum Thermaicum. L. 6. v. 343. in confinibus Theſſaliæ & Macedoniæ, Thermopylas dictas à thermis ibi Herculi ſacris. c Circuitus, errores, que cum itineris diſpendio. vt mox v. 4. d Equum feſſum, neque ſe promouentem, vtcunque ſtimulis foſſum.

Im-

e Quæ latent fallantque insequentes.

f Nunc omnes terrent auræ, sonus excitus omnis suspensum. AEn. 2. Virg. nec fluctibus aura Auersum & syluæ motu, &c. Hor. 2. Od. 1.

g Vtut victus iam & neglectus, pristinæ tamen formæ & gloriæ memor, magno æstimari cerui cê suam credit eodemque precio à Cæsare expeti, quo ipse Cæsaris emeret.

h Pompeius nouos non potuit celare casus nisi ituro, vt cunque per deserta fugeret.

i Pompeio nihil nisi fuga superfuit.

k Subitâ mutatæ fortunæ vicissitudine.

l Vix ipse Pompeius, cladis suæ nuncius fidem ijs comprobauit.

m Cum dolore & rubore excipit obuios in conscientiam & testimonium suæ calamitatis sequentes.

n Quo latior fuerit, eo iam tristior est fortuna, famam grauans & prosperis fortè contraria sua reprehendens.

o Iam intelligit populares sibi honores habitos non esse constantes, fortunam quæ è carceribus festinasse euolasse, sub meta lassatam deficere. Martial de Scorpo. *Curribus ille tuis semper properatus, Iuuenque Cur fuit & vita tam prope meta tua.* l. 10. ep. 10.

p Triumphum de Hiarba & gestis in Africa, quem egit 24. annos natus, Sylla graiter ferente, obstante atque negante triumphum illi decernendum; vt qui hæc gessisset sub alienis auspicijs, idque ante maturam ætatem.

q Piget de tanto gloriæ culmine deiectum meminisse classes à se ductas contra Cilices piratas l. 2. v. 576. & triumphum de Mithradate rege Ponti. ὄλβος δ' οὐ τὸ μαχρὸν ἀνθρώποις ἔφυ. Pindar. Pythijs. Felicitas, nisi adsit matura mors, ludibrio fermè hominum. Nemo felix exitus coronat opus, *la fera loda la dia.* vitam mors. *Nemo ante obitum felix.* τέρμα τοῦ βίου ὀλβίζειν. Iuuenal. Sat. 10. de Mario, Pompeio, &c.

f Litora

[f] *Litora contigerat, [t] per quæ Peneïus amnis*
Emathia iam clade rubens exibat in æquor.
Inde ratis trepidum, ventis, & fluctibus impar,
** Flumineis vix tuta vadis euexit in altum:*
[u] *Cuius adhuc remis quatitur Corcyra, sinúsque*
Leucadij, Cilicum dominies, terræq; Liburnæ,
Exiguam vector pauidus correpsit in alnum.
[x] *Conscia curarum secreta in litora Lesbi*
Flectere vela iubes, qua tum tellure latebas
[y] *Mœstior, in medijs quàm si, Cornelia, campis*
Emathiæ stares. tristeis præsagia curas
Exagitant: [z] trepida quatitur formidine somnus:
[z] *Thessaliam nox omnis habet: [a] tenebrisq; remotis*
Rupis in abruptæ scopulos extremáque currens
Litora, prospiciens fluctus, nutantia longè
Semper prima vides venientis vela carinæ,
[b] *Quærere nec quicquam de fato coniugis audes.*
[c] *En ratis, ad vestros quæ tendit carbasa portus*
Quid ferat ignoras: sed nunc tibi summa pauoris
Nuntius armorum tristis, rumorq; siniſter
[d] *Victus adest coniux. quid perdis tempora luctus?*
Cùm possis iam flere, times. tunc puppe propinqua
[e] *Prosiluit, [f] crimen q; Deûm crudele notauit,*
Deformem pallore ducem, vultúsque prementem
Canitie, atque atro squalentes puluere vestes.
[g] *Obuia nox miserę cœlum, lucémque tenebris*
Abstulit, atque animam clausit dolor: omnia nerus
Membra relicta labant: riguerunt corda, diuq;

[f] Supra v. 1.

[t] Per Tempe vsque ad mare iter fecit. ibi noctis reliquum in piscatoria cassida egit: circa auroram in * fluuialem lembum ingressus, de comitibus ingemuit ad se recepit, &c. inde orum legens, ad iustæ magnitudinis onerariam peruenit, cui præerat Peticius quidam Romanus, qui cum Pompeium ex facie nosset, eum & quos is iubebat, recepit, &c. Plutarch. & Appian.

[u] Pompeius, cuius præfecti longè latèque classibus tenebant Corcyram, sinũ Ambracium propè Leucadem, & oram Liburniæ in mari Adriatico, olim Cilicũ piratarum domitor, iam domitus Lucan. v. 212. ipse in cymbam nox in onerariã vehitur.

[x] Tu Cornelia quã nouerat solicitam animi de belli euentu pendere, mones Pompeium vt iubeat cursum dirigi ad Lesbon vbi tu femoto eras à strepitu belli. Lucan. v. 721. Alij legunt, Pompeius, & referunt *conscia* ad *litora*.

[y] Vide ipsius Corneliæ rationes Lucan. v. 767.

[z] Interdiu solicita de belli euentu, noctu per quietem Thessalia obuersatur menti.

[a] Oriente die.

[b] Ne fortè audias, quod præsaga mens somniabat aut suspicabatur.

[c] Hæc Plutarchus ad hunc modum. vt Mitylenen appulit, nuncium in vrbem misit ad Corneliam, cui aliis de Cæsare ad Dyrrhachium profligato & bello prope confecto, intentæ cogitationibus, ille salutatione omissa, lacrymis magis quàm voce mandatum referens, properare iussit, si Pompeium vnà & alienũ aduectum naui cernere vellet.

[d] Non est quod vlteriùs sis solicita & timori iustumas tempora luctus. desine flere, adest ecce victus coniunx, suæ cladis nuncius, tibi iusti doloris causa

[e] Cornelia mœre, adest ecce victus coniunx, suæ cladis nuncius, tibi iusti doloris causa

[f] Cornelia obuia prosiluit.

[g] Aduertit inclementiam Deorum, coniugis cladem & fugam. Cadaligo oculis obortæ est ex animi deliquio, & præ mœrore Cornelia decidit exanimis,

h Spe mortis decepta iacet. iam fune ligato
Litoribus, luſtrat vacuas Pompeius arenas.
Quem poſtquam propius famulæ vidêre fideles,
i Non vltrà gemitus tacitos inceſſere fata
Permisêre ſibi, fruſtráque attollere terra
Semianimẽ conantur heram: quã k pectore Magnus
k Ambit, & aſtrictos refouet complexibus artus.
Cæperat l in ſummum reuocato ſanguine corpus
Pompeÿ ſentire manus, mœſtámque mariti
Poſſe pati m faciem: prohibet n ſuccumbere fatis
Magnus. & immodicos caſtigat voce dolores.
Nobile cur o robur Fortunæ vulnere primo,
Femina, tantorum titulis inſignis p auorum,
Frangis? q Habes aditum manſura in ſecula famæ.
Laudis in hoc ſexu, non legum iura, nec arma,
Vnica materia eſt coniux miſer. erige mentem,
Et tua cum fatis pietas decertet, & ipſum,
Quòd ſum victus, ama: nunc ſum tibi gloria maior
A me quòd faſces, & quòd pia turba Senatus,
Tantáque diſceſſu regum manus: incipe Magnum
Sola ſequi. r deformis, adhuc viuente marito
Summus, & augeri vetitus dolor: s vltima debet
Eſſe fides, lugere virum. tu n[illegible]a tuliſti
Bello damna meo. viuit poſt pr[illegible]a Magnus,
t Sed Fortuna perit: quod deſtes, illud amaſti.
Vocibus his correpta viri, vix ægra leuauit
Membra ſolo, talcis gemitu rumpente querelas:
u O vtinam in thalamos inuiſi Cæſaris iſſem
x Infelix coniux, & nulli læta marito!
Bis nocui mundo: y me pronuba duxit Erinnys,

h Naꝛ fruſtrata mortis deſideratæ ſpe, ad ſe redijt.
i Famulæ non permiſere ſibi ineuſtate iacere. enim fatorum vltra tacitos queſtus, h. e. temperauerunt ſibi ab eiulatu & vociferationibus, lamentorum, Pompeium ſe attenuitæ, & pectoris dolorem accenderent.
k Amplexatur.
l Ad ſe redire; ſanguinem qui in repentinâ conſternatione ad cor refluxerat, ſe iam remittente atque in extremas partes effundente.
m Aſpectum; ad quem prius exanimis deciderat.
n Cedere aduerſæ fortunæ.
o Animi firmitatem.
p Scipionum.
q Contigit tibi ſeges & materia æternæ & ſummæ laudis, cuim fœminis conſequi datur neque enim fœminarũ gloria eſt ius dicere aut arma ferre, ſed fides maritis præſtita. Triſti materiam tempore laudis habet.
r Haud decet impendere vino marito, proinde atque conclamato & mortuo dolorem extremum & cui nihil addi poteſt. ne videare vitam æquè ac mortem lugere.
s Vltimum coniugalis fidei officium eſt luctus. t Sed vide ne fortunam meam euerſam lugendo, videaris eam quam me habuiſſe chariorem. u Quo illius fortunas grauaret commercium meum, mitis vſque fatale. x P. Craſſo Marci F. qui cum patre apud Parthos perit, prius nupta nunc Pompeio. Idem queſta inducitur à Plutarcho. Video, inquit, te marite, non tuâ ſed meâ fortunâ ad vnicum nauigium recidiſſe, qui ante Corneliæ nuptias quingentis nauibus per hoc æquor vehebaris, &c. in vita Pompeÿ.
y Infelicibus auſpicijs nuptarum querela ſic Hypſiphile Ouidiana. Nam mihi nec Iuno nec Hymen, ſed triſtis Erinnys Prætulit infaſtâ ſanguinolenta facẽ. & Senecæ Medea v. 16. & Octauia v. 13. Illa, illa meis triſtis Erinnys Thalamis Stygias prætulit ignes.

z Craſſe-

[z] Crassorumq; vmbræ, deuotáque manibus illis
[a] Assyrios in castra tuli ciuilia [a] casus:
Præcipitésque dedi populos, cunctósque fugaui
A causa meliore Deos. ô maxime coniux,
O thalamis indigne meis, [b] hoc iuris habebat
In tantum Fortuna caput! cur impia nupsi,
Si miserum factura fui? nunc accipe [c] pœnas,
Sed quas sponte luam. quò sit tibi mollius æquor,
Certa fides regum, totúsque paratior orbis,
Sparge mari [d] comitem. [e] mallem felicibus armis
Dependisse caput: nunc clades deniq; lustra
Magne tuas. [f] vbicunq; iaces ciuilibus armis
Nostros vlta toros, ades huc, atque exige pœnas,
Iulia crudelis, placatáque [g] pellice cæsa,
Magno parce tuo. Sic fata, iterúmque refusa
Coniugis in gremium, cunctorum lumina soluit
In lacrymas. duri flectuntur pectora Magni:
[h] Siccáque Thessaliæ confundit lumina Lesbos.
[i] Tunc Mitylenæum pleno iam littore vulgus
Affatur magnum: Si maxima gloria nobis
Semper erit tanti [k] pignus seruasse mariti,
Tu quoque deuotos sacro tibi [l] fœdere muros
Oramus, sociósque lares dignare vel vna
Nocte tua: fac magne locum, [m] quẽ cuncta reuisant
Secula; quem veniens hospes Romanus adoret.
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia victo.
Omnia victoris possint sperare fauorem:
[n] Hæc iã crimen habẽt. quid, quòd iacet insula ponto,
Cæsar eget ratibus? [o] Procerum pars magna coibit
Certa loci. [p] noto reparandum est littore fatum.
Accipe templorum cultus, aurúmque Deorum.
Accipe: si terris, si puppibus ista iuuentus

z Patris & filij manes me illis infausta execrati atque insequuti miserunt æquè infelici cladis omine in ciuilia hæc bella.
a Parthicam cladem.
b Tantum potestatis, vt fatalem me coniugem tibi daret.
c Mei deuouentis se pro tua salute, & fortunæ mutatione in melius.
d Me.
e Atque vtinam me prius deuouissem, ante hanc cladem, pro tua victoria, id quia non contigit, nunc denique expia clades tuas meâ cæde.
f Lege quæ Iuliæ vmbra minatur Pompeio, l. 3. v. 21.
g Inuidiosè & indignanter hoc in se, vt l. 3. v. 23.
h Et commiseratio vxoris hîc in Lesbo expressit Pompeio lacrymas, quod non fecit clades in Thessalia acceptæ.
i Mitylenæos, vt refert Plutarchus, filiæ tatum egressos & vt in vrbem intraret orantes, hæc recusasse, monuitq; vt bono animo essent, & victori paterent Cæsari, bono & clementi viro.
k Cornelian, vxorem Pompeij, apud Lesbos depositam & semotam à bello.
l Societatis & hospitij.

m Te hospite primùm è bello recepto, honoratum. n Nostra hæc ciuitas iam Cæsari damnata est officij erga te tuamque, infra v. 134. o Hue è bello conuenient nobiles, qui sciant te huc venisse ad coniugem. p Quò appulisti à bello Mithridatico, auditum artium professores.

Aptior

Aptior est, tota quantum valet, vtere Lesbo,
q Accipe: ne Cæsar rapiat, tu victus habeto.
r Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ,
Ne nostram videare fidem felixq; secutus,
Et damnasse miser. Tali pietate virorum
Letus, in aduersis & s mundi nomine gaudens
Esse fidem. Nullum toto mihi, dixit, in orbe
Gratius esse solum, t non parvo pignore vobis
Ostendi. tenuit nostros t hac obside Lesbos
Adfectus: hîc sacra domus, caríque penates,
Hîc mihi Roma fuit. non vlla in litora puppim
Antè dedi fugiens, sæui cùm Cæsaris iram
Iam scirem meritam, seruata coniuge, Lesbon,
u Non veritus tantam veniæ committere vobis
Materiam. sed iam satis est feciſſe nocentes:
Fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem,
Heu nimiùm felix æterno nomine Lesbos,
Siue doces populos, Regesq; admittere Magnum,
Seu præstas mihi sola fidem. nam x quærere certũ est
Fas quibus in terris, vbi sit scelus. z accipe numen,
Si quod adhuc mecum es, votorum extrema meorũ:
Da similes Lesbo populos, qui Marte subactum
Non intrare suos infesto Cæsare portus,
Non exire vetent. Dixit, mœstámque carinæ
Imposuit comitem. a cunctos mutare putares
Tellurem, patriæq; solum: sic litore toto
Plangitur, b infestæ tenduntur in æthera dextræ:
c Pompeiúmque minus, cuius Fortuna dolorem
Mouerat; ast illam, quam toto tempore belli
Vt ciuem vidêre suam, discedere cernens
Ingemuit populus: quam vix si castra mariti
Victoris peteret, siccis dimittere matres
Iam poterant oculis: tanto deuinxit amore

q Versus ille [illegible] non habetur in mſcr. F. Modij neque in q. 95. e pill.

r Hoc opprobrium à nobis bene de te meritis auerte, ne videaris fidem nostram in aduersis rebus suspectam habuisse & damnasse, quam in prosperis approbasti.

s Vt qui non penitus profligasset fidē, cuius hæc ciuitas edidisset specimen & promptitudinem erga Pomp. & pop. Rom. in rebus creperis bonum augurium atque exemplum cæteris futurũ. mox v. 140.

t Corneliã vobis commissã.

u Me vestræ fidei credere non dubitant, quem si vos prebensum Cæsari tradidissetis, facilè eum vobis conciliassetis, impetratã excepæ hospitio Corneliæ venia.

x Cæsaris iræ expositos.

y Statui enim experiri, quæ gentes Senatui & pop. Romano fideles sint, quæ infidæ.

z Et tu, si quis deorum etiamdum mihi faueat, exaudi vltimum hoc votum meum.

a Crederes Mitylenæos omnes in exilium pulsos à patrio solo migrasse, in discessu Pompeij & Corneliæ; adeo vndique plangebatur ab omnibus. b Tanquam Deos inclementiæ incusantes, c Neque tam gemebatur tantum discessu Pompeij, quantum Cornelię.

Hu

Hos pudor, hos probitas, [d] *castiq; modestia vultus,*
Quòd submissa nimis, nulli grauis hospita turbæ,
[d] *Stantis adhuc fati vixit quasi coniuge victo.*
[e] *Iam pelago medios Titan demissus ad ignes,*
Nec quibus abscondit, nec si quibus exerit orbem,
Totus erat: [f] *vigiles Pompeij in pectore curæ*
Nunc socias adeunt Romani fœderis vrbes,
Et varias regum mentes, nunc [g] *inuia mundi*
Arua super nimios soles, Austrúmque iacentis.
[h] *Sæpe labor mœstus curarum, odiúmque futuri*
Proiecit fessos incerti pectoris æstus,
Rectorémque ratis de cunctis consulit astris;
Vnde notet terras; quæ sit mensura secandi
Æquoris in cœlo; [i] *Syriam quo sidere seruet:*
Aut [k] *quotus in plaustro Libyam bene dirigat ignis.*
Doctus ad hæc fatur [l] *taciti seruator Olympi:*
[m] *Signifero quæcunque fluunt labentia cœlo,*
[n] *Numquam stante polo, miseros fallentia nautas*
Sidera non sequimur: sed qui non mergitur vndis
Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto.
Ille regit puppes. hic cùm mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor Vrsa[o] *ceruchis;*
[p] *Bosporon, & Scythiæ curuantem litora pontum*
Spectamus. [q] *quicquid descendet ab arbore summa*

d Cornelia stantis fati. i. cuius fortuna adhuc erat integra (vt infra v. 223. *æterni Martis Alanos.* Hellenismum alij esse volunt pro *stantis fortunæ*) vixit non minori cum modestiâ, quàm si fracta fuisset aduersâ Fortunâ.

e Erat iam Solis occidentis sphæræ pars media supra horizontem, pars altera infra, diem illis deserentis si qui sunt Antipodes qui opponunt pedibus vestigia nostris. Namque hoc plerisque veterum controuersum fuit. etiam contra demonstrationes Mathematicas.

f Pompeium Insomnem & solicitum tenebat meditatio quos reges, quas gentes socias, quas mundi partes adiret.

g Deserta Libyæ, zonam torridam & vlteriùs.

h Interdum vt mentis solicitudinem & tacitum cogitandi de futuris leuaret, conuertit se ad disputationem de astris & ratione cœli vixque inquirendâ a gubernatore nauis.

i Quam stellam obseruans in Syriam nauiget. & cum Pompeium de his regionibus adeundis varia animo versantem consilia respicere videatur poeta, tum & illud, *Namque Helicen Graios, Tyrios Cynosura per altum Dirigit.*

k Quota stella vrsæ maioris obseruatur nauigantibus in Africam.

l Gubernator. Sic Palinurus Virg. 3. AEn. *Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.*

m Non obseruamus stellas in Zodiaco & illa cœli parte quæ reuoluta nobis occidit: sed sidera vicina polo Arctico, qui nobis semper sublimis certos signat cursus, iuxta quem maximè fulgent duo sidera Helice & Cynosura.

n Vbi nulla cœli pars stabilis stellas præfert, ad quas dirigatur cursus.

o Cornibus antennarum. ex κέρας & ἄχος.

p Hoc vult nauta dicere, Nauigantibus hinc in Bosphoron Scythicum aut Thracium, & Pontum, versus Septentrionem, stella polaris ascendit ad Zenith, seu punctum verticale, quod, per *antennas, summum arborem*, & *malum*, intellipit: id est, polus Arcticus eleuatur. Nauigantibus contra in Syriam, versus meridiem: stellæ polares Boötes & Vrsa minor descendunt a summitate mali seu puncto verticali, Horizontem versus. h. e. polus deprimitur, atque eleuatur Canopus, fulgida stella in gubernaculo Australi nauis Argus. *sidera meridionalis, quæ non videtur nisi Rhodo in Austrum pergentibus. nusquam inuenti,* inquit Manilius l. 1. *fulgere Canopum. Donec Niliacas per Pontum venerit oras.*

q Quantum deprimitur poli Arctici, tantum eleuatur AEquatoris, & in Austrum tendimus.

P. Arcto-

Arctophylax, propiorque mari Cynosura feretur,
In Syriæ portus tendet ratis. inde Canopos
Excipit[f] *Australi cœlo contenta vagari,*
Stella[f] *timens Boream:*[t] *illa quoque perge sinistra,*
Trans[u] *Pharo in medio tăget ratis æquore*[x] *Syrtim.*
Sed quò vela dari,[y] *quo nunc pede carbasa*[z] *tendi*
Nostra iubes? Dubio contrà cui pectore Magnus,
Hoc solum toto, respondit, in æquore seruo,
[a] *Vt sit ab Emathijs semper tua longiùs oris*
Puppis, & Hesperiam pelago, cæloque relinquas:
Cetera da ventis. comitem, pignúsque recepi
Depositum: tunc certus eram, quæ litora vellem;
Nunc portum Fortuna dabit. Sic fatur: at ille
Iusto vela modo pendentia cornibus æquis
Torsit, &[d] *in læuum puppim dedit, vtq; secaret,*
[e] *Quas Asiæ cautes, & quas Chios asperat,*[e] *vndas,*
[f] *Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.*
Æquora senserunt motus, alitérque secante
*Iam pelagus rostro,** *nec idem spectante carina,*
Mutauêre sonum.[h] *non sic moderator equorum,*
[i] *Dexteriore rota læuum cùm circuit orbem,*
Cogit[k] *inoffensæ currus accedere metæ.*
[l] *Ostendit terras Titan, & sidera texit.*
[m] *Sparsus ab Emathia fugit quicunque procella,*
Assequitur Magnum: primúsque à litore Lesbi
Occurrit[n] *natus,*[o] *procerum mox turba fidelis.*
Nam neque[p] *deiecto satis, acieq; fugato*
Abstulerat Magno reges Fortuna ministros:
Terrarum dominos, &[q] *sceptra Eoa tenentes*
Exul habet comites.[r] *Iubet ire in deuia mundi*
Deiotarum,[s] *qui sparsa ducis vestigia legit.*

Remotas, nec ascendens Septentrionalibus conspicua.
t Si in sinistram teneas à Canopo trans Pharon, illidetur nauis Syrtibus.
u Lib. v. 47. & 509.
x Lib. v. 367.
y Vtrò dextro an sinistro veli angulo ino?
z Ὀστάσι. the tacke. lib. v. 428.
a Dirigi cursum.
b Thessaliam atque Italiam relinque, ad Orientem tendens.
b Vxorem,
c Ante receptam vxorem, Lesbon voluí petere.
d In lævam flexit.
e Pretum inter Asiæ litus & Chion insulam à sinistra. malè legitur *Asiæ eam.*
f Alterum veli angulum protendit, tenso altero. vt v. 428. l. 5.
g Cursu in obliquũ mutato.* neque procurrente vt prius æquatis antennis nauí, maiori impetu & fragore prora emit fluctus.
h Non secus atque auriga in curuli certamine contendit, interiore rotâ quàm proximè stringere metam, quò breuiore gyro circumeat.
i Sinistrâ rotâ immobili, dum dextra vertitur.
k Euitare & intactæ.
l Oriens sol obscurauerat sidera.
m Quicunque è clade Pharsalicâ fugerant, sequuti sunt Pompeium.
n Natu minor, Sextus ad lib. v. 40.
o Senatum, & ducum. Pompeius fugiens cum duobus Lentulis, Sextóque filio & Fannio, &c. Vide Plutarchum l. 2.
p Victo.
q Regna Orientalia.
r Deiotarum regem Gallo-Græcia misit in remotissimas terras minoris Asiæ ad arma solicitanda.
s Qui fugientem Pompeium assecutus fuerat.

t Quando,

t Quando, ait, Emathijs amissus cladibus orbis
Quà Romanus erat, supereſt fidiſſime regum
Eoam tentare fidem, u populósque bibentes
Euphraten, & adhuc ſecurum à Cæſare x Tigrim:
Nec pigeat y Magno quærentem fata, remotas
Medorum penetrare domos, Scythicosq; receſſus,
Et z totum mutare diem, vocéſque a ſuperbo
b Arſacidæ perferre meas: Si fœdera nobis
Priſca manent, mihi d per Latium iurata Tonantem,
Per veſtros aſtricta magos, e implete pharetras,
f Armeniósque arcus f Geticis intendite neruis:
Si vos ô Parthi, peterem cùm g Caſpia clauſtra,
Et ſequerer duros h æterni Martis Alanos,
Paſſus i Achæmenijs k latè decurrere campis,
l In tutam trepidos nunquam Babylona coegit
m Arua ſuper Cyri, Chaldæique vltima regni,
Quà rapidus n Ganges, & quà o Nyſæus Hydaſpes
p Accedunt pelago, q Phœbi ſurgentis ab igne (cens
Iam propior, quàm Perſis, eram: tamen omnia vin-
Suſtinui noſtris vos tantùm deeſſe triumphis,
Soluſque è numero regum telluris Eoæ,
r Ex æquo me Parthus adit. ſ nec munere Magni
Stant ſemel Arſacidæ. quis enim poſt vulnera clades
Aſſyriæ, iuſtas Latij compeſcuit iras?
Tot meritis obſtricta meis, nunc Parthia uptis
Excedat t clauſtris vetitam per ſecula u ripam,

t Pompeij ad Delectarum oratio.
u Armeniæ & Meſopotamię pop.
x Tigris accolas.
y Quo mihi fata recuperem.
z Subire aliud cœli clima, vbi propter loci diſtantiam & mundi inclinationē variatur diei ratio. Alij leg. motare, i.e. excitare totum Orientem.
a Recenti de Craſſi victoriā l. 1. v. 10.
b Regi Parthorum, denominato ab Arſace authore imperij.
c Exceptis (inquit Florus l. 3. c. 5.) Parthis, qui fœdus meruerunt & Indis, qui nos adhuc non nouerant, omnis Aſia inter Rubrum & Caſpium & Oceanum Pompeianis domita vel oppreſſa ſignis tenebatur.
d Per Iouem Imperij Rom. præſidem à nobis, & Deos veſtros à magis ſapientibus, ſacerdotibusque iurata.
e Inſtruite & parate arma auxiliaria. Parthi autem arcubus præliabantur, quos cum per pacem remitterent, in contrarium flectebant.
f Parthis.
g Caſpiæ portæ ſunt fauces montium Caſpiorum inter Medos & Parthos. Sed de alijs fuſcis ceu faucibus Armeniam verſus eſt intelligendum: cùm Pompeius huc non peruenerit, vti nec ad Alanos Scythiæ Europæ pop. ſed Albanos potius, qui Caſpijs clauſtris & Parthis vicinjores. De his vide Plutarch. in Pomp. & Tacit. Annal. 12. 13 15. atque ita legendum apud Sueton. in Domitiano c. 1.
h Qui ſemper in armis ſunt, qui indurueruntaſſueti bellis.
i Perſicis, ab Achæmenide tribu, è qua Reges Perſarum, à filio Aegei. Steph.
k In ocio & pace.
l Non repetiui, neque in vrbem Imperij ſedem fugaui.
m Vltra regnum Perſarum l. 6. v. 449.
n Indiæ. ſl.
o Nyſam vrbem Indiæ à Baccho conditam præterfluens.
p In mare Indicum labuntur.
q Propior eram Orienti ſoli quàm ipſi Perſæ.
r Par, liber, non triumphatus.
ſ Neque incolumitatem & tenui ſoli quàm ipſi Perſæ.
t Terminis conſtituris intra— tu, ne bellum Parthis inferretur, durante ſe bello Gallico.
u —Euphratem, quem Phraates cùm Tigranem generum ſuum à Pompeio expoſceret, Imperij metam & terminum pactus eſt.

x Syriæ ad Euphratem opp. ab Alexandro Macedone condítum. & vbi fluuium ponit è nauibus domoera, cathenas in urbe ternatas esse suo tempore refert Plin. l. 32. c. 25.

y In meam gratiam & partes potius quã Cæsaris sit.

x Deiotarum.

z Posito habitu regio.

a Regi assumere habitum pauperis.

b Exposito Deiotaro cum mandatis ad Parthos, in litore Asiatico.

c Pompeius.

d Icariæ insl. vide inter scopulos.

e Ioniæ in Asia nauticam vrbem celebrem.

f In imo quippe finus pulcherrimi est Colophon.

g Ioniæ insulæ.

h Maris Carpathij insl.

i Samo vicina est Cos insl.

k I. 5. v. 51.

‖ sinus, ad Telmessi oppidum Cariæ.

] Compendiũ magni sinus facit, recta per medium pelagus nauigatione. Quæ via longum compensat iter. Hippolit. Senec. v. 83. Legitur & Compensat: medio pelagi Pamph.

x *Zeugmáque Pelleum.* y *Pompeio vincite Parthi;*
Vinci Roma volet. z *Regem parére iubenti*
Ardua non piguit, a *positísque insignibus aulæ*
Egreditur famuli raptos indutus amictus.
In dubijs tutum est * *inopem simulare tyrannum.*
Quanto igitur mundi dominis securius ęuum
Verus pauper agit! b *Dimisso in litore rege,*
c *Ipse per* d *Icariæ scopulos,* e *Ephesumq́ relinquens,*
Et f *placido Colophona maris, spumantia parúæ*
Radit saxa h *Sami: spirat de litore* i *Coo*
Aura fluens: Gnidon inde fugit, k *clarãq́ relinquit*
Sole Rhodon, magnósque ‖ *sinus Telmessidos vnde*
] *Compensat medio pelagi.* m *Pamphylia puppi*
Occurrit tellus: nec se committere n *muris*
Ausus adhuc vllis, te primùm parua o *Phaselis*
Magnus adit. nam te metui vetat incola rarus,
Exhaustæq́ domus populis; p *maiórque carinæ*
Quàm tua turba fuit. q *tendens hinc carbasa rursus*
Iam r *Taurum. Tauroq́ videt* s *Dipsanta cadentem.*
t *Crederet hęc Magnus, pacem cùm præstitit vn-*
Et sibi consultum? Cilicum per litora tutus (*dis*
Parua puppe fugit: sequitur pars magna Senatus
Ad profugum collecta ducem: paruisq́ u *Synedris,*
Quo portu mittitq́ rates recipítque Selinus.
x *In Procerum cœtu tandem mœsta ora resolvit*
Vocibus his Magnus: Comites bellíque, fugæq́,
Atque y *instar patriæ, quamuis in litore nudo,*
In Cilicum terra, nullis circumdatus armis

m Asiæ Minoris regio Ciliciæ vicina. n Oppido vlli. v. 135. supra. o Pamphyliæ opp. Attaleam dicit Plutarchus eum primùm intrasse. p Pauciores incolæ erant quàm comites Pompeij. q Hinc nauigans. r Montem Ciliciæ. s Ciliciæ fl. t Credidisse hoc quondam Pompeium, cum maria hæc profligatis piratis pacatæ essent, fore aliquando vt sibi profugo hoc tuto itinere opes essent? u Insl. vel portus ad ostium Selinuntis fl. Ciliciæ. Sunt qui hæc intelligant consessum Senatorium. συνέδρων. Alij leg. *Celendris*, opp. litorale. Strab. l. 14. Pl. l. 5. c. 27. x Metuens Pompeius celeritatem, hostis, ne rebus imparatis supervenirent Cæsar, de loco perfugij & secessu deliberauit. ipse Parthiam prætulit; alij Africam & Iubam; Theophanes Lesbius Ægyptum suasit & persuasit. Plutarch. & Appian. & Patercul. y Reseruatæ patriam, vel pondus atque autoritatem patriæ habentes.

Con-

Conſultem, rebúſque nouis exordia quæram,
Ingentes præſtate animos: non omnis in armis
Emathijs cecidi, nec ſic mea fata premuntur,
Vt nequeam releuare caput, cladesque receptas
Excutere.[z] an Libycæ Marium potuere ruinæ
Erigere in faſces, plenis & reddere faſtis:
Me pulſum leuiore manu Fortuna tenębit?
[a] Mille meæ [b] Graio voluuntur in æquore puppes,
[a] Mille duces: ſparſit potiùs Pharſalia noſtras,
Quàm ſubuertit opes. ſed me vel ſola tueri
Fama poteſt rerum, toto quas geſſimus orbe,
Et [c] nomen quod mundus amat. vos [d] pendite regna
Viribus, atque fide, Libyen, Parthósque, Pharonáq;
Quænam Romanis deceat ſuccurrere rebus.
Aſt ego curarum, proceres, arcana mearum
Expromam. [e] mentisq; meæ quò pondera vergant.
Ætas [f] Niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt:
[g] Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.
Hinc anceps dubij terret [h] ſolertia Mauri:
[i] Namque memor generis Carthaginis impia proles
Imminet Heſperiæ, multusq; in pectore vano eſt
Annibal, [k] obliquo maculat qui ſanguine regnum,
Et Numidas contingit auos: [l] iam ſupplice Varo
Intumuit, vidítque loco Romana ſecundo.
Quare, agite, [m] Eoum comites properemus in orbem.
[n] Diuidit Euphrates ingenti gurgite mundum,
[o] Caſpiáque immenſos ſeducunt clauſtra receſſus,
[p] Et polus Aſſyrias alter noctesq; diesque
Vertit, [q] & abruptum eſt noſtro mare diſcolor vnda,
Oceanúſque ſuus. [r] regnandi ſola voluptas.

z Marium poſt carcerem Minturnenſem & latebras in ruinis Carthaginis, l. 2. v. 89. Fortuna ad ſeptimum prouexit Conſulatum, Me manu minùs graui deprehſit: Quid obſtat quo minùs & reſtituat?

a Synecdoche Hyperbolica.

b Ad Corcyram enim & in Adriatico claſſes illi integræ erant & præfecti.

c Quo nimium fretus erat. l. 1. v. 135.

d Expendite, deliberate ad quem tanquam fidelem & viribus præſtantem confugiamus, ad Iubámne Numidarum regem in Africa, an Phraaten Parthiæ, an ad Ptolomæum AEgypti regem.

e Quò conſilia mea inclinent.

f Ptolomæi, *qui tum puero quidem ſuorum propior AEgypti rex erat.* Patere.

g Eximia, certa in rebus arduis præſtita.

h Iubæ aſtutia.

i Iubam Pœnis oriundum vult poeta, ingenio vafro, perfidia & odio nominis Romani referre Annibalem.

k Qui regni Libyæ ius ad ſe ex lateralli deſcenſu pertinere vult. Alij ex *obliquo* & *maculat* notham fuiſſe intelligunt. l Inſolens factus eſt, quòd Aelius Varus ſubſidium ab illo petiſſet, & quòd Curione cum exercitu deleto, res Romanas vidiſſet ſuis inferiores. m Parthiam. Locum hunc examinat redarguitque Iof. Scal. in prolegom. ad Manil. n Ad v. 236. ſupra. o Ad v. 222. ſupra. p Parthiam, atque Indiam. pro quò videtur Aſſyriam dixiſſe, cum nulla ſit pars Aſſyriæ quæ polum Antarcticum videat. q Et Oceanus Indicus alius eſt à noſtro, cuius pars Mare rubrum, diuerſi à noſtro coloris; vt vocant. ſed vide quæ nos ad Sen. Thyeſt. v. 370. r Regnandi ſolo ſtudio arma meditantur & capeſſunt.

f Equi illis altiores & ferociores quàm nostri.
t Ab incunte ætate sagittis mittendis instituuntur.
u Mox v. 304.
x Parthi primi & soli retuderunt impetum Alexandri.
y Macedonicas hastas. Pella vrbs Macedoniæ Alexandri patria.
z Sibi subiecerunt Medos quorum vrbs Bactra regia Bactrianæ; & Assyrios, quorum regia Babylon.
a Lib. v. 50.
b Facto periculo in eo prælio, quo Crassi deuicti sunt, nostra pila esse suis sagittis inferiora.
c Leue vtique vulnus lethale est à veneno quo tinguntur sagittæ.
d Atque vtinam mihi non instaret necessitas opem implorandi à Parthis, pente fraus, nostri æmula inuidiáque, nec habenti minus fauoris diuini.
e Præter Parthos.
f Orientis populos.
g Cum Parthis. supra v. 218. & 236.
h Leuius feram dignitatis meæ ruinam & fortunæ naufragium ex oculis nostrorum remota ad extremas ignotasque gentes quibuscum nobis nullum commercium quàm si tot conserem in regna quæ à me de-

[f] *Celsior in campis sonipes, & fortior arcus;*
[t] *Nec puer, aut senior* [u] *letales tendere neruos*
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
[x] *Primi* [y] *Pellæas arcu fregêre* [y] *sariſſas,*
[z] *Bactráque Medorum sedem,* [a] *murisq́, superbam*
Assyrias Babylona domos. nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audentq́, in bella venire,
[b] *Experti Scythicas, Crasſo pereunte, pharetras.*
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro;
Stridula sed multo saturantur tela veneno.
[c] *Vulnera parua nocent, fatumq́, in sanguine summo*
[d] *O vtinam non tanta mihi fiducia sæuis* (est.
Esset in Arsacidis? fatis nimis æmula nostris
Fata mouent Medos, multumq́, in gente Deorũ est.
Effundam populos [e] *alia tellure reuulsos,*
Excitósque suis immittam sedibus [f] *ortus.*
Quòd si nos Eoa fides, & Barbara fallunt
[g] *Fœdera; vulgati supra commercia mundi*
Naufragium Fortuna ferat. non regna precabor,
Quæ feci; [h] *sed magna feram solatia mortis*
Orbe iacens alio, nil hæc in membra cruentè,
Nil socerum feciſſe piè. sed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ, ſemper veneralibis illa
Orbis parte fui: [i] *quantus Mæotida supra!*
Quantus apud Tanaim toto conſpectus in ortu!
[k] *Quas magis in terras noſtrum felicibus actis*
Nomen abit, aut vnde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis: quid enim tibi lætius vmquam
Præſtiterint Superi, quàm, ſi ciuilia [l] *Partho*
Milite bella geras, tantam conſumere gentem,
Et noſtris miſcere malis? Cùm Cæſaris arma
Concurrent [m] *Medis, aut me Fortuna neceſſe eſt*

ſuis regibus reddidi. l. v. 71. attritóq; mihi solatio ibi iacerire, vbi nec crudelitati Cæſaris neque offitio ſim obnoxius, ſolanti me recordatione rerum à me illic geſtarum. i Quas victorias & triumphos retuli è Mithradate, Tigrane, &c. vltra Mœotin paludem & Tanaim? k In nullas certè magis. l Qui aut victor reſtituet me, aut victus pœnas dabit Craſſo. vacuata interim à ciuili bello nullite Rom. m Parthis.

Vin-

Vindicet, aut Craſſum. Sic fatus, murmure ſentit
[a] Conſilium damnaſſe viros: quos [o] Lentulus omneis
Virtutis ſtimulis, & nobilitate dolendi
Præceſſit, dignásque tulit [p] modò Conſule voces:
Siccine Theſſalicæ mentem fregere ruinæ?
[q] Vna dies mundi damnauit fata? ſecundum
Emathiam lis tanta datur? [r] iacet omne cruenti
Vulneris auxilium? ſolos tibi, Magne, reliquit
** Parthorũ Fortuna pedes? quid [ſ] tranſfuga mundi*
Terrarum totos tractus, cœlúmque peroſus,
[ſ] Aduerſoſq; polos, alienáque ſidera quæris,
Chaldæos cultore [t] focos & barbara ſacra
Parthorũ famulus? [u] quid cauſa obtenditur armis
Libertatis amor? miſerum quid decipis orbem,
Si ſeruire petes? [x] te, quem [y] Romana regentem
Horruit auditum, quem captos [x] ducere reges
Vidit [a] ab Hyrcanis, Indóque à litore, ſiluis,
Deiectum fatis, humilem fractumq; videbit,
Extollétque animos Latium veſanus in orbem,
Se ſimul, & Romam Pompeio ſupplice menſus?
[b] Nil animis, fatisq; tuis effabere dignum:
Exiget ignorans Latiæ commercia linguæ,
Vt lacrimis ſe, Magne, roges. patimúrne pudoris
Hoc vulnus, [c] clades vt Parthia vindicet antè
Heſperias, quàm Roma ſuas? ciuilibus armis
Elegit te nempe ducem. [d] quid vulnera noſtra
In Scythicos ſpargis populos, cladésque latenteis?
[e] Quid Parthos tranſire doces? [f] ſolatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admittere Reges,

a Conſilium ſuum de Parthis adeundis improbari à ſuis.

o Orationem hanc Theophani Lesbio adſcribit Plutarchus in Pomp.

p Qui paulò ante Conſulatum geſſerat.

q Vnáne illa infeliciter in Theſſalia pugnata dies damnauit totum mundũ in extremam & æternam calamitatem? latã quaſi perpetuæ felicitatis ſententiã pro victoribus vnius diei?

r Nihilne poſt acceptam hanc cladem ſupereſt auxilij?

* Quorum ad pedes tu ſupplex accidas opem imploraturus.

ſ Parthos vltra AEquinoctialem ſtatuit vt ſupra v. 292. Aſſyrios.

t Arax. Alij legendum in idem recidunt. Ignem ſc. Deum Chaldæorum.

u Aut quid libertatis ſtudium præteximus belli cauſam, ſi modo Parthis noſ ſeruituros proijcimus?

x O, quanto cum Romani nominis dedecore, atq; damno tuo, conſilium hoc ini ſti? criſtas vtique tollent Parthi,

Romanoſque omnes præ ſe contemſerint: vbi viderint te Imperatorem ſummum & caput *Romæ, auriferos agere cùm lata triumphos*, animo tam abiecto ad pedes ſuos proſtratum.

y Res Romanas; imperium. z Ante triumphalem currum. a Ex remotis Aſiæ regionibus, ad Hyrcaniam & Indiam vergentibus. b Et quim indignum erit animo tuo & rebus tuis geſtis, ſupplicare Parthis? quorum linguæ cum imperitus ſis, lacrymis agenda eſt, implorandumque fletu auxilium. c Vt cladem Pharſalico prœlio acceptam prius Parthi vindicent, quim nos cladem ab iis acceptam ad Carras? d Damna bello accepta, quæ hoſtes celare prudentius erat, cur prodis illis? e Quid occaſionem præbes tranſeundi Euphratem, imperij ſui limitem? f Et cum Roma ſolatur ſe poſt bellum, quòd ciui potius ſenatui ſuo, quam regibus externis: per te ſolatio hoc illa fruſtrabitur.

Sed ciui seruire suo. iuuat ire per orbem
Ducentem sæuas [g] *Romana in mœnia gentes,*
[h] *Signáque ab Euphrate cum Crassis capta sequentes?*
[i] *Qui solus regum, fato celante fauorem,*
Defuit Emathiæ, nunc tantas ille lacesset
Auditi victoris opes, aut iungere fata
Tecum, Magne, volet? non hæc fiducia genti est.
[k] *Omnis in Arctois populus quicunque pruinis*
Nascitur indomitus bellis, & [l] *Martis amator,*
Quicquid ad Eoos tractus, [m] *mundíq; teporem*
Labitur, emollit gentes clementia cœli.
Illic & [n] *laxas vestes, &* [n] *fluxa virorum*
Velamenta vides. [o] *Parthus per Medica vrura,*
Sarmaticos inter campes, effusáque plano
Tigridis arua solo, nulli superabilis hosti est.
Libertate fugæ: sed non, vbi terra tumebit,
Aspera conscendet montis iuga; nec [p] *per opacas*
Bella geret tenebras incerto debilis arcu,
[q] *Nec franget nando violenti vorticis amnem,*
[r] *Nec tota in pugna perfusus sanguine membra*
Exiget æstiuum calido sub puluere solem.
Non [s] *aries illis, non vlla est machina belli:*
Haud fossas [t] *implere valent: Parthoq; sequente*
[u] *Murus erit quodcunque potest obstare sagittæ.*
[x] *Pugna leuis, bellumq; fugax, turmæq; vagantes,*
[y] *Et melior cessisse loco, quàm pellere, miles.*
Illita tela [z] *dolis, nec Martem comminus vnquam*
Ausa pati virtus, sed longè tendere neruos,
[a] *Et, quò ferre velint, permittere vulnera ventis.*
[b] *Ensis habet vires, & gens quæcunq; virorum est,*

g Contra patriam. h l.1.v.10.
i Quando exitus belli erat in dubio, Phrates non misit tibi auxilium: an vtique credis opem illum tibi victo latrum contra victorem, de quo multa audijt?
k Septentrionales populi, inquit Vegetius l.1.c.2. remoti à solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. Nationes verò Soli vicinæ, nimio calore siccatæ, amplius quidem sapiunt, sed minus habent sanguinis; & propterea fiduciam comminus pugnandi non habent, & metuunt vulnera. Idem Aristot. Herodot. & Vitruuius l.9. & Rob Valtuins l.6. de re Militari c.8. Respondet autem ad illud Pompeij, sup. v.295.
l Almortis. vt l.7. v.461.
m Plagam cœli tepidam.
n Quod & molliciem arguebat apud Romanos. *Mollibus tunicis demissi amictus.* Horat.
o In camporum quidem planitie præstant plurimum Parthi, sagittis eminus & fugâ inter pugnandum fretis: in montosis verò minimum valent.
p Per opaca vallium, inquiunt. Quid si, noctis? neque enim nocte fugientem insequi Crassum sustinebant Parthi. Plutarch. in Crasso.
q Non flumina, vbi opus est, transire didicerunt.
r Neque vulneratus persenerabit per diem totum æstiuum in pugna, puluere & solis patiens.
s l.7 v.450.
t Cratibus, sarcinis, terra, trabibus ad oppugnanda castra.
u Illæsum te præstabit, quicquid sagittas arcere valet.
x Resp. ad illud, v.295. supra.
y Fugæ aptior quàm pugnæ.
z Veneno.
a Tela incertum vbi cuiusq; temere emittere.
b Statuariâ pugnâ & comminus gladijs præliari virorum. hæc fortium est.

Bella

Bella gerit gladijs. [c] *nam Medos prælia prima*
Exarmant, vacuæq; iubent remeare pharetræ.
[d] *Nulla manus illis; fiducia tota veneni est.*
Credis, Magne, viros, quos in discrimina belli
Cum ferro venisse [e] *parum est? tentare pudendum*
Auxilium tanti est, [g] *toto diuisus vt orbe*
[h] *A terra moriare tua? tibi barbara tellus*
Incumbat? te parua tegant, ac vilia busta,
Inuidiosa tamen, Crassò [i] *quærente sepulcrum.*
Sed tua fors leuior, [k] *quoniam mors vltima pœna est,*
Nec metuenda viris. at [l] *non Cornelia letum*
Infando sub rege timet. num barbara nobis
Est ignota Venus, quæ ritu cœca ferarum
Polluit [m] *innumeris leges, & fœdera tedæ*
Coniugibus, thalamique [n] *patent secretra nefandi*
Inter mille nurus? °epulis vesana, meróque
Regia, non vllos exceptos legibus horret
Concubitus: tot femineis complexibus vnum
Non lassat nox tota marem. [p] *iacuêre sorores*
In regum thalamis, sacratáque pignora matres.
[q] *Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti*
Oedipodionias infelix fabula Thebas:
[r] *Parthorum dominus quoties sic sanguine misto*
Nascitur Arsacides? cui fas [s] *implere parentem,*
Quid reor esse nefas? proles tam clara Metelli
Stabit barbarico coniux [u] *millesima lecto.*
Quanquam non vlli plus regia, Magne vacabit
Sæuitiæ stimulata Venus, titulísque virorum.
Nam quo plura iuuent Parthum [x] *portenta, fuisse*
Hanc sciet & Crassi: ceu pridem debita fatis
Assyrijs, [y] *trahitur cladis captiua vetustæ.*

c Sed vide Plutarchum in Crasso, vbi Romanos hæc spes falsos habuit, aderant quippe cameli lagittis onusti, vnde conuersi Parthi pharetras reficerent.
d Nulla vis in istibus inserendis.
e Nisi & venenum addant.
f Tantine facis tam inhonestum & imbelle auxilium, vt mor.
g Vt supra v. 289.
h Resp. ad illud Pompeii v. 311. supra.
i Non habente sepulcheris altibusque proiecto.
k Quoniam mors, æmulorum requies est & malorum vltimum.
l Sed dedecus omni leto grauius timet.
m Rex quot libet; alij, quot possint alere.
n In propatulo sunt, vel in communi inter vultus.
o Rex tutor & ebrius nullos horret concubitus, vel legibus interdictos. Alij leg. *non vllis.*
p Quin & sorores incestant, &, quod nomen inuiolatum debet esse, matres.
q Malè audiunt Thebæ in Bœotia, nomine OEdipodis, qui matrē Iocastam duxit. vide tragœdiam nostram in OEdip. Senecæ. Quamuis ille hoc per ignorantiā admiserit, quod hi sciens & sponte.
r Et ex huiusmodi incestu sæpe nascitur ipse rex.
s Prægnantem facere. sic Ouid. 11 Met. *ingentaque implerat Achille.*
t Cornelia L. Scip. Metelli filia.
u Multis posthabita, quanquam (& hoc corrigit) vt Crasso tibique insultet, cum nullâ frequentius consueverit.
x Monstrosæ libidinis incitamenta.
y Tanquam casu ibi prioris mariti præda illi debita.

z Hæ-

[z] *Hæreat Eoæ vulnus miserabile sortis;*
Non solùm auxilium fumesto à rege petisse,
Sed gessisse [a] prius bellum ciuile pudebit.
Nam quod apud populos crimen [b] socerique, tuúmque
Maius erit, quàm quòd vobis miscentibus arma,
[c] Crassorum vindicta perit? incurrere cuncti
Debuerant in [b] Bactra duces, & ne qua vacarent
Arma, [c] vel Arctoum Dacis, Rhenique cateruis
Imperij nudare latus, dum [f] perfida Susa
In tumulos prolapsa [g] ducum, Babylónque iacerent.
Assyriæ [h] paci finem, Fortuna, precamur:
Et, si [i] Thessalia bellum ciuile peractum est,
Ad Parthos, [k] qui vicit eat. [l] gens vnica mundi est,
De qua Cæsareis possim gaudere triumphis.
[m] *Non tibi, quam primũ gelidum transsibis Araxem,*
Vmbra senis mœsti Scythicis confixa sagittis
Ingeret has voces? Tu, quem post funera nostra
Vltorem cinerum [n] nudæ sperauimus vmbræ.
Ad fœdus, pacemque venis? [o] tum plurima cladis
Occurrent monimenta tibi: [p] quæ mœnia trunci
Lustrârunt ceruice duces, vbi[q] nomina tanta
Obruit Euphrates, & nostra cadauera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit. [r] ire per ista
Si potes, in media socerum quoq; Magne, sedentem
Thessalia placare potes. [s] quin respicis orbem
Romanum? si regna times proiecta sub Austro,
[t] *Infidumque Iubam, [u] petimus Pharon, aruaque Lagi.*
[x] *Syrtibus [y] hinc Libycis tuta est Ægyptus: at [z] inde*
Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis:
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,

z Quod si grauis illud Crassianæ cladis dannum tibi in mentem subeat.
a Quam Crassum vindicasse.
b Cæsaris.
c L.1.v.10.
d Parthos, quibus subdita est Bactra. supra, v.199.
e Et vel bellũ Gallicum atque Germanicum omisisse, subductis inde præsidijs copijsque omnibus contra Parthos mittendis.
f Vrbs Mediæ, regia vetus Persarum. latrocinijs & gentis perfidia famosa.
g Crassorum. tanquam illis rogi atq; infelix.
h Fœderis exitum, belli initium.
i In Thessalia. Legitur & Thessaliã.
k Victor Cæsar.
l Vicinoque alijs infestus, non tamen Cæsari triumphum de Parthis inuidebit.
m Prosopopœiâ vmbræ Crassi vsus, dissuadet Pompeium.
n Insepultæ.
o Hæc ex persona Lentuli.
p Ad quas vrbes per ludibrij pompâ missa sunt capita ducum. Illi caput hastæ præfixũ Parthi adequitantes ostenderunt patri: patris caput & manum Susena in Armeniam ad Orodem præmisit Seleuciam, &c. Plutarch. Cras.
q Nobiles & fortes viros.
r His si potes te supplicem abijcere, non video cur & Cæsari non possis supplicare in media Thessalia.
s Quin respicis potius amicos & socios populi Rom. & hos petimus?
t v.283. supra.
u Quin petimus Ægyptum? cuius Pharos insula, & Ptolomeus Lagi f. rex, L.1. v.691.
x L.1. v.387.
y Ad occasum.
z Ad ortum, Asiam versus, Nilus septem ostijs in mare infunditur.

Aut

Aut [a] *Iouis: in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.*
[b] *Sceptra puer Ptolemæus habet tibi debita, Magne,*
Tutelæ commiſſa tuæ. quis [c] *nominis vmbram*
Horreat? innocua eſt ætas: [d] *nec iura, fidemq́,*
Reſpectumq́, Deûm veteris ſperaueris aulæ.
Nil pudet aſſuetos ſceptris: mitiſſima ſors eſt
Regnorum ſub rege nouo. Non plura locutus
Impulit huc animos. [e] *quantum ſpes vltima rerum*
Libertatis habet! victa eſt ſententia Magni.
Tunc [f] *Cilicum liquêre ſolum, Cypróque citatas*
Immiſêre rates, [g] *nullas cui prætulit aras*
[h] *Vndæ diua memor Paphiæ,* [i] *ſi numina naſci*
Credimus, aut quenquam fas eſt cœpiſſe deorum.
Hæc vbi deſeruit Pompeius littora, totos
Emenſus Cypri ſcopulos, quibus exit in Auſtrum,
Inde maris vaſti [l] *tranſiſo vertitur æſtu:*
[m] *Nec tenuit Caſium* [n] *nocturno lumine montem,*
Inſimáque Ægypti [o] *pugnaci litora velo*
Vix tetigit, quà diuidui pars maxima Nili
In vada decurrit Peluſiâ ſeptimus amnis.
[p] *Tempus erat, quo Libra pares* [r] *examinat horas*
[ſ] *Non vno plus æqua die, noctíque rependit*
Lux minor hybernæ verni ſolatia damni.
[t] *Comperit vt regem Caſio ſe monte tenere,*

a Pluuia, vt quæ Nilo inundatur. Heliodor. l. 9. Diod. Sic. & Tibullus de Nilo, *Te propter, nullos tellus tua poſtulat imbres, Aridaq́ nec pluuio ſupplicat herba Ioui.*

b Reſp. ad illud Pompeij ſupra, v. 281.

c Titulum tantùm, & imaginariam regij nominis maieſtatem.

d In veterum quidem regum aulis nõ facilè inueneris iura, fidem, religionem; vbi perijt tamdudum pudor: à regibus nouis pietatem expecta. Alij leg. nec ſpren.

e *Epiphonema.* Quantum libertatis παῤῥησίας aſſumunt ſibi homines in rebus deſperatis!

f E Cilicia ſoluens in Cyprum infeſtus iniecit Pompeius.

g *Quam coluiſſe Venus terris magis omnibus vnam Feruet, vbi templum Diæ, centumque Sabæo Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant.* h Memor Cyprij maris, in quo nata Venus è ſpuma maris & teſticulis Cœli dicitur. vide quæ ad v. 273. Senec. Hippolit. i Ἐπιτρόπωσις. Si modò naſcantur numina, & non ſint æterna. k Nauibus alijs, inquit Cæſar, 3. cõmentariis actuariis, in Ciliciam atque inde in Cyprum peruenit. ibi cognoſcit ærem ante ſibi captam excludendi cauſa, &c. Pompeius itaque pecuniâ ſocietatis ſublatâ & æris magno pondere ad militarem vſum in naues impoſito, & 2000. hominum armatis, Peluſium peruenit. l Mari Cyprum & Ægyptum interfuſo. Alij leg. *tranſuerſo*, i.e. curſum direxit ex tranſuerſo maris. m Neque Caſium promontorium, quod petebat tenuit: ſed vento aduerſante & velis reluctantibus, infra Caſium appulit, quâ Nilus ſeptimo eoque vltimo & amplißimo oſtio iuxta Peluſium in mare exit. n Noctu, luceate lunâ vel face nocturnâ, velut in Phato, viam nauigantibus dirigente. o Reluctanti aduerſus ventum. p Erat iam æquinoctium autumnale, Sole Libram ingreſſo *Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas.* Virg. Geo. 1. r Alluſum ad examen libræ. ſ Vnam tantùm diem æquans noctibus, deinceps imminuit dies, rependitque noctibus, quantum deperierat ipſis, poſt æquinoctium vernum. t Ibi caſu, *inquit Cæſar*, rex erat Ptolomæus, puer ætate, magnus copijs cum ſorore Cleopatra gerens bellum, quam regno expulerat, &c. Ad eum Pompeius miſit, vt pro hoſpitio, atque amicitia patris, Alexandriâ reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegeretur.

Flectit

Flectit iter: [u] nec Phœbus adhuc, nec carbasa lan-
Iam rapido[x] speculator eques per litora cursu (guet.
Hospitis aduentu pauidam compleuerat aulam.
Consilij vix tempus erat: tamen omnia[y] monstra
Pellææ coibre domus: quos inter [a] Achoreus
Iam placidus senio, fractisq; modestior annis,
[b] Hunc genuit custos Nili crescentis in arua
Memphis [c] vana sacris; [d] illo cultore Deorum
[e] Lustra suæ [f] Phœbes non vnus vixerat Apis;)
[g] Consilij vox prima fuit, meritúmque, fidemq;
Sacráque defuncti iactauit pignora patris.
Sed [h] melior suadere malis, & nosse tyrannos,
Ausus Pompeium leto damnare Photinus;
Ius, & fas multos faciunt Ptolemææ nocenteis.
Dat pœnas laudata fides, cùm sustinet, inquit,
Quos Fortuna premit. [i] fatis accede, Deisque,
Et cole felices, miseros fuge. sidera terrâ
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.
Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta
Incipit: euertitq; [l] arces respectus honesti.
[m] Libertas scelerum est, quæ regna inuisa tuetur,
[n] Sublatusq; modus gladijs. [o] facere omnia sæuè
Non impunè licet, nisi dùm facis. exeat aula
Qui volet esse pius. virtus, & summa potestas
Non coëunt: semper metuet, quem sæua pudebunt.
[p] Non impunè tuos Magnus contemserit annos;
Qui te nec victos arcere à litore nostro
Posse putat. [q] neu te sceptris priuauerit hospes,
Pignora sunt propiora tibi: Nilonq; Pharonq;

u Mundum Sol occiderat, & venti spirabant.
x Legatione Pompeij certiorem factũ regem scribunt historici omnes: nos speculatu.
y Sceleratissimi homines regi à consilijs Photinus eunuchus, Theodotus Chius rhetor & Achillas AEgyptius.
z I. 5. v. 60.
a Fictitium nomen.
b Patria illi erat Memphis, AEgypti quondam regia, ad Nilum sita. grãd Caire, vbi potens erat, in quo notabantur incrementa Nili. Nilometrium.
c Vanæ superstitionis. vide quæ nos ad 3 sat. Iuuenal. v. 1.
d Sub quo sacerdote multi boues, quos AEgyptij pro Dijs colebant, fuerant cæsi.
e Lunaria, quæ sunt 5. mensium.
f Lunæ, cuius bicornis imaginem Apis bos Dei vice cultus in dextro habebat latere, macolã candicante. Plin. l. 8. c. 16. Porphyr. l. de abst. cum & Plutarch. de Iside. & infra v. 233.
g Achoreus primus dixit sententiam, cõmemorasti[que] officia Pompeij erga patrem Ptol.

475

480

485

490

495

h Qui melius sciebat mala regibus consulere, & subseruire tyrannorum voluntati. i Fatis deos quibus Dij & sua fauent. k Differunt, pugnant. l Regna quæ tuantur custodiæ & arces Senec. Thyest. v. 413 & 640. m Scelerata manu Sceptra obtinentur omnis in ferro est salus, &c. Lycus apud Senec. in Herc. Fu. v. 240. n Crudelitas, cædis modum nescierat. o Totius seruitus, si libertas audaciorum æquitati reprimatur. Per scelera semper tutum sceleribus est iter. Seneca. p Quasi contemptu annorum regis aduenerit Pompeius. q Potiùs quàm regnum tuum inuadat hospes, trade sorori Cleopatræ à te ejectæ, ira v. 440 supra. Procuratores pueri (inquit Cæsar, com. 3.) sine timore adducti, ne solicitato exercitu regio Pompeius Alexandriam AEgyptumque occuparet, sine despectã eius fortunâ, consilium ineunt, &c.

Si

Si regnare piget, damnatæ redde sorori.
Ægyptum certè Latijs tu amici ab armis.
[r] Quicquid non fuerit Magni dum bella geruntur,
Nec victoris erit. toto iam pulsus ab orbe,
Postquam nulla manet rerum fiducia, quærit
Cum qua gente cadat: [s] rapitur ciuilibus vmbris.
Nec soceri tantùm arma fugit: fugit ora Senatus,
Cuius Thessalicas saturat pars magna volucres.
Et metuit gentes, quas vno in sanguine mistas
Deseruit: regesq; timet, quorum omina mersit:
[t] Thessaliæq; reus, nulla tellure receptus,
Sollicitat nostrum, quem nondum perdidit, orbem.
Iustior in Magnum nobis, Ptolemæe, querelæ,
Causa data est. [u] quid sepositam, semperq; quietam
Crimine bellorum maculas Pharon, aruaq; nostra
Victori [x] suspecta facis? cur sola [y] cadenti
Hæc placuit tellus, in quam Pharsalica fata
Conferres, pœnásque [z] tuas? * iam crimen habemus
Purgandum gladio, quòd nobis sceptra Senatus
Te suadente dedit, votis tua fouimus arma.
[a] Hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paraui
Non tibi, sed victo, feriam tua viscera, Magne:
[b] Malueram soceri: rapimur, quò cuncta feruntur.
[c] Téne mihi dubitas an sit violare necesse,
[d] Cùm liceat? quæ te nostri fiducia regni
Huc agit infelix? [e] populum non cernis inermem,
Aruáque vix refugo fodientem mollia Nilo?
[f] Metiri sua regna decet, virésque fateri.
Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam,
Sub qua Roma iacet? [g] bustum, cineresq; mouere
Thessalicos audes, bellúmque in regna vocare?

r Non fecimus nos nocentes durante bello, neque accessimus partibus Pompeij certè post bellum cauebimus ne victorem Cæsarem irritemus, infr. v. 531.
s Exagitatur à manibus eorum, qui bello ciuili perierunt.
t Pelli in Thessalia male gesti damnatus. Damnatus à Dijs clade Pharsalicâ inquit H. Grotius.
u Apostrophe ad Pompeium. quem locutus perturbandi regni pacatu: amouendo à se ingratitudinis crimen.
x Atque adeò vindicanda.
y Tibi victo, rebus pessum ruentibus.
z Quas ab ijs qui te excipient non leniùs atque à te exposcet Cæsar.
* Iamdudum Cæsari sumus inuisi; quasi votis fauentes tibi, quo suadente confirmauit nobis regnum Senatus, quod crimen bello vindicabit Cæsar, nisi nos tuâ cæde iram illius auertamus —
a —Inuiti itaque, neque ingrati sed salutis nostræ necessitate coacti inferimus cædem tibi non quasi optimè à nobis merito, sed quia victo, quem tueri non erit nobis tutum.

b Atque vtinam victus fuisset Cæsar: tibi ô Pompei multo libentiùs illum interfecissemus, fortunam vtique secuti. c *Necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium omnium bonarum frugum.* Senec. d Factâ nobis à satis tui potestate. e Nostrum, AEgyptium, agris iam decrescente Nilo intentum, reuocatur autem Nilus in totum intra ripas Sole Libram ingresso, supra, v. 467. f Si vires nostras rectè metiamur: non sufficimus rebus Pompeij sustentandis. g Cladis Pharsaliæ reliquias in nos conuerteret?

Ante

Ante aciem Emathiam [h] *nullis aeceſſimus armis?*
Pompeÿ nunc caſtra placent, quæ deſerit orbis?
Nunc victoris opes, & cognita fata laceſſis?
[i] *Aduerſis non deeſſe decet, ſed læta ſecutos.*
Nulla fides vnquam miſeros elegit amicos.
Aſſenſère omnes [k] *ſceleri. lætatur honore*
Rex puer inſueto, quòd iam ſibi tanta iubere
Permittunt famuli. [l] *ſceleri delectus Achillas.*
[m] *Perfida quà tellus Caſiis excurrit arenis,*
Et vada teſtantur iunctas Ægyptia Syrtes,
[n] *Exiguam ſocijs monſtri, gladyſq; carinam*
Inſtruit. ô ſuperi, Niluſne, & barbara° Memphis,
Et [p] *Peluſiaci tam mollis turba Canopi*
[q] *Hos animos! ſic fata premunt ciuilia mundum!*
[r] *Sic Romana iacent! vllúſne in cladibus iſtis*
Eſt locus Ægypto? Phariuſq; admittitur enſis?
[ſ] *Hanc certè ſeruate fidem ciuilia bella:*
Cognatas præſtate manus, externáque monſtra
Pellite, ſi meruit tam claro nomine Magnus
[t] *Cæſaris eſſe nefas.* [u] *tanti Ptolemææ ruinam*
Nominis haud metuis? [x] *cœlóque tonante profanas*
[y] *Inſeriiſſe manus impune, ac* [z] *ſemiuir audes?*
Non domitor mundi, nec [a] *ter Capitolia curru*
Inuectus, [b] *regúmque potens, vindexq; Senatus,*
Victoriſque gener; Pharioſatis eſſe tyranno
Quod poterat, Romanus erat. quid viſcera [c] *noſtra*
Scrutaris gladio? neſcis puer improbe, neſcis
Quo tua ſit fortuna loco: [d] *iam iure ſine vllo*
Nili ſceptra tenes: cecidit ciuilibus armis

h Neque Cæſaris, neque Pompeÿ.
i Si modo prælperum illius fortunam ſecuti fuiſſemus, non decuerat ab illo in aduerſis deficere.
k Scelerato Photini conſilio atque ſententia.
l Interficiendo Pompeio deligitur Achillas, pædagogus quondam regis, nunc præfectus exercitus.
m Ad pedem Caſij montis, quà vada & breuia referunt Syrtes vicinas, inter Leptim & Alexandriam.
n Achillas (inquit Plutarchus) aſſumpto Septimio, tribuno quondam mil. ſub Pompeio, & Saluio centurione ſub eodem, atque tribus aut quatuor famulis præterea, ad nauim Pompeÿ adiectus eſt.
o Supra, v. 177.
p Parum conuenit hoc epitheton. Peluſium enim eſt oppidum extremum Nili oſtium, orientem verſus; Canopus verò maximè ad Occaſum, vrbs impurißima, & omnium libidinum domicilium.
q Sup. *hebetia*, ſic Iuuen. *ſat.* 1. v. 89. *adeo quamlibet Horum animos!*
r Indignatur ius eſſe barbaris ſiquæ mollibus Ægyptijs in ſugulum Pompeÿ.
ſ Vt à ciuibus ſuis potius quàm externis his monſtris inguletur Pompeius. t In gratiam Cæſaris occidi. Ab ipſo Cæſare, inquit H. Grotius. u Apoſtrophe ad regem. quem vel victoriæ diuinæ metus vel Pompeÿ gloria, vel quòd erat Romanus (in quem nihil liceret regi Ægyptio) deterruiſſet à tanto ſcelere. x Non teuerius Iouem, quem cœlo tonantem credimus regnare. Horat. *ode.* 5. l. 3. ſcelera vel regum ipſorum, in quos Imperium habet, vindicatura. y Manus interpoſuiſſe tuas. z Imbellis & mollis puer a Lucan. v. 483. b Vindex libertatis & dux belli à Coſſ. & Senatu dictus, ſub quo & reges militarunt. c Romana. d Omni iam impetu exponeris, deſtitutus authoritate tutoris, illique qui tibi Ægypti regnum confirmabat. l. 9. v. 132.

Qui

Qui tibi regna dedit. [e] Iam vento vela negárat
Magnus, & auxilio remorum infanda petebat
Litora: [f] quem contra non longa vecta biremi
Appulerat [g] scelerata manus: [h] Magnóque patêre
Fingens regna Phari, celsæ de puppe carinæ
In paruam iubet ire ratem, litúsque malignum
Incusat, [i] bimarémque vadis frangentibus æstum,
Qui vetet externis terris aduertere classes.
[k] Quód nisi fatorum leges, intentáque iussis
Ordinis æterni miseræ vicinia mortis
Damnatum leto traherent ad litora Magnum;
Non vlli comitum sceleris præsagia deerant.
[l] Quippe fides si pura foret, si regia Magno
[m] Sceptrorum auctori vera pietate pateret;
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed cedit fatis, classémque relinquere iussus
Obsequitur, [n] letúmque iuuat præferre timori.
[o] Ibat in hostilem præceps Cornelia puppim,
[p] Hoc magis impatiens egresso deesse marito,
Quòd metuit clades. * remane temeraria coniux,
Et tu nate precor, longéque è litore casus
Expectate meos: & in hâc ceruice tyranni
Explorate fidem. dixit: sed surda vetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas:
Quò sine me crudelis abis? iterúmne relinquor
Thessalicis summota malis? [q] numquam omine leto
Distrahimur miseri. poteras [r] non flectere puppim,
Cùm fugeres aliò, latebrisq; relinquere Lesbi,

e Appropinquante litori vela demiserat.

f Interim cymbâ appropinquante (ait Plutarchus) statim Septimius surrexit, Romanoque sermone Pompeium imperatorem salutauit; & Achillas Græcis verbis eum excipiens in cymbam transire iubebat, vadum ibi casuarum, & mare ob arenæ multitudinem triremi non esse nauigabile.

g Supra v. 141.

h Septimius (inquit Appianus) dextram, regis nomine Pompeio obtulit, & ad amicum filium tutò monuit accedere.

i Vadis vtrinque æstu allisis & fluctu vario impulsis. Hinc Libyco, inde Ægyptio (inquit Sulpitius) mari inter se collidentibus, propter æstum ostiorum Nili interiecti.

k Quod nisi fatale fuisset & diuinitus prouisum vt hic Pompeius caderet, multa illum prælagia deterruisse poterant.

l Qui erant cum Pompeio, vbi viderunt non regio more, non magnificè Pompeium excipi, sed ad hoc officium paucos vnâ cymbâ venire, suspectam habuere eam contemptionem, Pompeiumque hortati sunt, vti nauem in altum detruderet, dum adhuc extra ictum teli esset. Plut. Simul & nauis in lit. &c.

m Cuius suasu & beneficio regnum à Senatu Ptolomæo fuerat confirmatum.

n Emori mauult, quàm vel suspicari fidem vel mortem formidare. ita Iunen 8. Sat. *Summum crede nefas animam præferre pudori.*

o Ire parabat comes viro. Salutatâ (inquit Plutarchus) Corneliâ, quæ iam tum mariti exitum lamentabatur, &c. ad vxorem & filium conuersus, hos Sophoclis Iambos protulit: ὅστις ἂν μετ' ἀνδρὸς κύρσας τυραννικοῦ καὶ δοῦλος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν μόλις. Hæc postremâ voce suos allocutus, cymbam contendit.

p Hæc de causa. * Inquit Pomp.

q Non sine cladis omine secerni mur. quod, dudum summota è Pharsalia sum experta.

r Non diuertisse, sed me in Lesbo reliquisti, me deinde eras à te semoturus, neque passurus tecum vnâ terram tangere.

Om-

Omnibus à terris si nos arcere parabas?
An tantùm in fluctus placeo comes? Hæc vbi frustrà
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe:
Attonitoq; metu nec quoquam auertere visus,
Nec Magnum spectare potest. stetit anxia classis
Ad ducis euentum, metuens [c] non arma, nefasq;
Sed [c] ne submissis precibus Pompeius adoret
Sceptra suâ donata manu. transire parantem
[u] Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius: [x] qui, prò superûm pudor, arma satelles
Regia gestabat posito deformia pilo,
Immanis, violentus, atrox, nullâque ferarum
Mitior in cædes. quis non, Fortuna, putasset
[y] Parcere te populis, quòd bello hæc dextra vacasset,
Thessaliâque procul tam noxia tela fugasses?
[z] Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
Heu, facinus ciuile tibi. victoribus ipsis
Dedecus, & [a] nunquam Superûm caritura pudore
Fabula; Romanus Regi sic paruit ensis,
[b] Pellæusque puer gladio tibi colla recîdit
Magne tuo. qua posteritas in secula mittet
Septimium fama? [c] scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixêre nefas? iam venerat horæ
Terminus extremæ, Phariamq; ablatus in alnum
Perdiderat iam iura sui. tum stringere ferrum
Regia monstra parant. [c] vt vidit comminus enses,
Inuoluit vultus: atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit,
Continuitque animam, ne quas effundere voces
Posset, & æternam fletu corrumpere famam.
At postquam mucrone latus funestus Achillas
Perfodit,

[f] Non gladios & eadem netaciam.

[g] Ne se indigne supplicem proijceret ad genua regis à se creati.

[u] Adv. 562. & 563. supra.

[x] Qui olim sub Pompeio duxerat antesignem in bello prædonum iam stipator & tamulus Ptolomæi Ægyptiaca gerit arma, positis Romanis.

[y] Septimium amonendo, qui si prælio interfuisset Thessalico, ingentem editurus fuerat stragem.

[z] Verùm non amouisti hunc, quo parceres populis sed vt in ómni orbis parte dispositos haberes ciuilium facinorum ministros.

[a] Non sine deorum inclementiæ notâ vulgandum facinus.

[b] Ensis Romani Septimij iussu regis barbari eiusque pueri obtruncauit Magnum. Indigna omnia!

[c] Quo nomine designabunt hoc Septimij scelus illi, qui Brutum Cæsaris tyranni percussorem appellant *Parricidam*; factumque ipsum *nefas*?

[d] Cùm iam procul à fini tremi auctus nullam benignam mentionem ad se factam audioisset, Septimium intuitus; *Non ego te*, inquit, *commilitonem olim meum agnosco?* atque is capite tantùm annuit, &c. terræ vero appropinquante cymbâ, multisque ad litus confluentibus aulicis velut honoris & salutandi causâ, Pompeium vt faciliùs foraeret Philippi manum apprehendentem Septimius à tergo ense trajecit, post hunc Salvium inde Achillas gladios strinxêre — e — Pompeius nihil se indignum vllus excepit, &c. Plut. Pomp.

Perfodit, [f] *nullo gemitu consensit ad ictum:*
Despexitq́, nefas, seruátque immobile corpus,
[g] *Seq́, probat moriens,* [h] *atque hæc in pectore voluit:*
[i] *Secula Romanos nunquam tacitura labores*
Attendunt, cuúmque sequens speculatur ab omni
Orbe ratem, Phariamq́, fidem. nunc consule famæ.
Fata tibi longæ fluxerunt prospera vitæ,
Ignorant populi, si non in morte probaris,
An scieris aduersa pati. [k] *ne cede pudori,*
Auctorémque dole fati. quacunque feriris,
Crede manum soceri. spargant, lacerentq́, licebit,
Sum tamen, ô superi, felix, [l] *nullique potestas*
Hoc auferre Deo. [m] *mutantur prospera vitâ.*
Non sum morte miser. videt hanc Cornelia cædem,
Pompeiúsque meus. tanto patientiùs oro
Claude dolor gemitus: natus, coniuxq́, [n] *peremptum*
Si mirantur, amant.[o] *Talis custodia Magno*
Mentis erat: ius hoc animi morientis habebat.
[p] *At non tam patiens Cornelia cernere sæuum*
Quàm perferre nefas, [q] *miserandis æthera complet*
Vocibus: ô coniux, [r] *ego te scelerata peremi:*
[s] *Letiferæ tibi causa moræ fuit auia Lesbos,*
Et prior in Nili peruénit litora Cæsar.
Nam cui ius alij sceleris? sed [t] *quisquis in istud*
A superis immisse caput, vel Cæsaris iræ,
Vel tibi prospiciens, [u] *nescis crudelis, vbi ipsa*
Viscera sint Magni: properas, atque ingeris ictus.
Quà votum est victo. pœnas non morte minores

f Patienter ictum recepit.
g Magnum mortis æquè ac vitæ fortitudinis specimen præstat.
h Atque hæc secum in animo versat Pompeius moriens.
i Puto iam præsentes posterosque omnes obseruare quo mente mortem oppetas, vel indignè hic AEgyptijs insidijs & perfidiâ exceptus. vide vt exitum hic actus antecedat vitæ fabulæ respondeat.
k Ne tibi pudori aut dolori sit, quòd iussu pueri & manu desertoris occideris sed crede te ipsâ Cæsaris manu cadere.
l Neque hanc fortis animi felicitatem mihi auferre in manibus Deorum est.
m Simul cum fortuna mea deficit & vita. neque vlira res prosperas vixi, morte miseriis præueniente. infra v. 703. & 709 v. 208. *Felix Priamus? Felix, quisquis bello moritur: Omnia secum consumpta videt.* Senec. in Troad. v. 137.
n Si animi mei in morte magnitudinem cum admiratione intuemini, amand

certè. o Talem habuit Pompeius moderationem, imperium sui, & constantiam in morte. p Grauius ferens conspectum trucidati mariti, quàm ipsa necem latura fuisset.
q Vxor & amici eius hæc intuentes ciulacu qui in terram vsque exandiri possit adiecto, sublatis ancoris summâ celeritate ingerunt, ventosque alos intumbens eos iuuat, vt ne voluntatis quidem persequi AEgyptijs licuisset. Plut. & Appian. r Dum me fœmoram in Lesbo peritum diuerterea. s Coniecit Cæsarem vel à Cæsare missos intercepisse, qui Pompeium interficiendum curarent. t Quicunque permissu ei à Dijs vel missus à Cæsare ad interficiendum Pompeium. u Ego illi cor suum & vitalia, quam sibi superesse voluit: tu ingeris Pompeio ictus, parte eâ qua voluit mori, quia me pene, adeerta hac pœnâ si me iugulatam videris, quàm quòd ipse ingulatur.

Pendat, & antè meũ videat caput.[x] haud ego culpæ
Libera bellorum, quæ matrum sola per vndas,
Et per castra comes, nullis absterrita satis,
[y] Victum, quod reges etiam timuêre, recepi.
Hoc merui coniux in tuta puppe relinqui?
[z] Perfide parcebas? te fata extrema petente
Vita digna fui? [a] moriar nec munere regis.
Aut mihi [b] præcipitem nautæ permittite saltum:
Aut laqueum collo tortosq́, aptate rudentes:
Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem:
[c] Pompeio præstare potest quod Cæsaris armis
Imputet. ô sæui, properantem in fata tenetis?
[d] Viuis adhuc coniux & iam Cornelia non est
Iuris, Magne tui, prohibent accersere mortem
Seruor victori. Sic fata, interque suorum
[e] Lapsa manus, rapitur, trepida fugiente carina.
At Magni cùm terga [f] sonent, & pectora ferro,
[g] Permansisse decus sacræ venerabile formæ,
Iratámque Deis faciem, nihil [h] vltima mortis
Ex habitu, vultúque viri mutasse, fatentur
Qui lacerum vidêre caput: nam sæuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu:
Ac retegit sacros, scisso [i] velamine, [k] vultus
Semianimis Magni, spirantiaq́, occupat ora,
Colláque in obliquo ponit languentia transtro.
Tunc neruos, venasq́, secat, nodosáque frangit
Ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.
At postquam trunco ceruix abscissa recessit,
Vendicat hoc [l] Pharius dextra gestare [l] satelles.
[m] Degener, atque operæ miles Romane secundæ,
Pompeij diro sacrum caput ense recidis,
Vt non ipse feras? ô summi fata pudoris!
[n] Impius vt Magnum nosset puer, illa verenda

x Neque enim ego vaco culpæ, vt quæ sola è fœminis Rom. comes fuerim ciuilis belli.
y Pompeium excepi, in Lesbo.
z Qui me deseruisti comitem supremum iter carpere paratam, non ego perfidiam dixi sacramentum, &c. Horat. l. 2. od. 17.
a Mortem inueni, vtut Ptolomæi beneficio illam non impetrarim.
b In mare.
c Qui Pompeio beneficium hoc præstiterit, vacabit culpâ, quæ in Cæsaris conferetur crudelitatem.
d Etiam te nondum mortuo, amisi libertatem. negatúne mihi ius mortis, vt in potestatem victoris rediguar?
e Decidit exanimata. vt l. 5. v. 799. & supra, v. 58.
f Ictibus.
g Supra, v. 613.
h Extremum mortis tempus.
i Toga qua faciem inuolucrat, supra v. 613.
k Spirantis adhuc caput prehendit & crudeliter lanians torquauit. nec vno, vti iam ense rotato artis est ictu.
l Achillas, cui delegatum hoc negotiũ, caput sibi ad regem ferendum. m O degener Septimi, tune primus tanti sceleris sufceptæ partes, vt tibi honoris, quem hinc petebas, secundæ cederent? Primum vultum intuitus Septimius, & caput abscidere; quod non ipse, iam gestat, sed Achillas. n Ptolemæus, vt Pompeium agnosceret, caput illius à crudo etiam contemplatus fuisse,

Regius

Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries compressa manu est; [o] *Pharióque veruto,*
Dum viuunt vultus, atque os in murmura pulsant
Singultus animæ, dum lumina [p] *nuda rigescunt,*
Suffixum caput est; [q] *quo nunquam bella iubente*
Pax fuit: hoc leges, campumq́, & Rostra mouebat:
Hac facie Fortuna tibi Romana placebas.
Nec satis infando fuit hoc vidisse tyranno:
Vult sceleri superesse [r] *fidem: tunc arte nefanda*
Submota est capiti tabes, raptóque cerebro
Adsiccata cutis, putrisq́, efluxit ab alto
Humor, [t] *& infuso facies solidata veneno est.*
[u] *Vltima Lageæ stirpis,* [x] *perituráque proles,*
Degener, [y] *incestæ sceptris cessure sororis,*
Cùm tibi sacrato [z] *Macedon seruetur in antro,*
Et regum cineres extructo monte quiescant,
[a] *Cùm Ptolemæorum manes, seriemq́,* [b] *pudendam,*
Pyramides claudant, [c] *indignáque* [d] *Mausolea:*
[e] *Litora Pompeium feriunt, truncumq́, vadosis*
Huc illuc iactatur aquis. adeóne molesta
[f] *Totum cura fuit socero seruare cadauer?*
Hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
[h] *Pertulit: hac illum summo de culmine rerum*
Morte petit: cladesque omneis exegit [i] *in vno*
Seua die, quibus immunes tot præstitit annos:
Pompeiúsque [k] *fuit, qui nunquam mista videret*
Læta malis: felix nullo turbante Deorum,

o Est caput etiamdum spiritus & palpitans Ægyptio pilo infixum est.

p Non clausa; spectata.

q Caput, pacis semper amans, in Senatu, comitijs, foro potens; felix & totiens triumphale laurigerum agerat cùm laeta triumphos, Hoc tibi Roma caput erat. Mart. ep. 70 Lg.

r Monimentum, quo Pompeium à se occisum fidem faciat.

s Ab instituto humanæ artis educitur.

t Medicamentis & aromatibus, quibus condiuntur cadauera, conseruatum est Pompeij caput, Cæsari detestandum. Lg. v. 1075.

u Inuectiua Apostrophe ad Ptolemæum, vltimum regum Ægypt. è progenie Lagi, cuius filius Ptolomæus Alexandro mortuo Ægyptum occupauit perierúntque fatis reliquæ.—

x —periit fatali post hæc, in pugna contra Cæsarem, vulnere depresso à fugientibus, & ipso, vt creditur, immenso flumine. Regia corpus, inquit Florus,

y Sororis Cleopatræ, cuius nuptias à patre consecutus fuerat, moriens ei regnum reliquit. z Corpus Alexandri Magni sepulti in immani sepulchri mole. a Cùm Ptolemæo omnes Ægyptij continuâ serie post Alexandrum regè condititos tegant Pyramides. De quibus vide quæ notat ad Martial. ep. 1. lib. b Luxu & ignauiâ perditum. c Quibus illi erant indigni. d Sepulchra & monimenta illius æmula quod Mausolo regi Cariæ ab vxore Artemisiâ extructum celebrat. e Post hæc, Magni iacet ingens littore truncus, neque iacet, sed affligitur littori, pulsatum fluctibus, ludibrium pelagi, vt mox. f Æquè ac caput, modò v. 690. g Incessanti, potiùs ipsa lenis Dea est, quæ mox Scorpij cauda ferit. tentum in illo viro à fortunæ Parcæ. h Ad exitum. i Pr. Mercurialis ad vitæ finem terra defuerat, defuit ad sepulturam. Pater. k Ad exitum. l Pr. Merula è L. Weidneri legit in imo, ea mente, quæ supra, v. 29. Sed placet in omne vt opponatur diu vnus infelix tot annis felicibus; & propter finem, quod seq. v. 707. k Vnus mortalium felix qui, &c.

Et nullo parcente miſer. ſemel impulit illum
Dilata Fortuna manu. pulſatur arenis,
Carpitur in ſcopulis, hauſto per vulnera fluctu
Ludibrium pelagi: nullâque manente figura,
[l] Vna nota eſt Magno capitis iactura reuulſi, (nas,
Antè tamen[m] Pharias[n] victor quà tangat are-
[o] Pompeio raptim tumulum Fortuna parauit,
Ne iaceat nullo, vel ne meliore ſepulcro.
E latebris pauidus decurrit ad æquora [p] Cordus.
Quæſtor ab [q] Idalio [r] Cinyræa litore Cypri
Infauſtus Magni fuerat comes. ille [t] per vmbras
Auſus ferre gradum, victum pietate timorem
Compulit, vt mediis quæſitum corpus in vndis
Duceret ad terrã, traheretq; ad litora Magnum.
[t] Lucis mœſta parum per denſas Cynthia nubes
Præbebat; cano ſed [u] diſcolor æquore truncus
Conſpicitur. tenet ille ducem complexibus arctis
Eripiente [x] mari: nunc victus pondere tanto
Expectat [y] fluctus, pelagóque iuuante cadauer
Impellit. poſtquam ſicco iam litore [z] ſedit,
Incubuit Magno, lacrymásque effudit in omne
Vulnus, & ad Superos, [a] obſcuráque ſidera fatur:
[b] Non pretioſa petit cumulato tura ſepulcra
Pompeius, Fortuna, tuus: non pinguis ad aſtra
Vt ferat è membris [c] Eoos fumus odores,
[d] Vt Romana ſuum geſtent pia colla parentem,
[e] Præferat vt veteres feralis pompa triumphos,
Vt reſonent [f] cantu triſti fora, [g] totus vt ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis.

l Hoc ſolùm agnoſcitur, quòd capite careat.
m Ægyptias, à Phago ins.
n Cæſar.
o Hæc Plutarchus ad hunc modum refert. Illi capite amputato truncum nudum ex cymba proiecerunt: quem Philippus libertus Pompeij, qui in cymbam vnà cum Pompeio ingreſſus fuerat, diſcedentibus ijs qui aſpecta ſaturabantur, aquâ marinâ abluit ſuâ tunicâ inuoluit, & rogo è fragmentis nauiculæ piſcatoriæ extructo impoſitum cremauit, à ſene quodam Rom. adiutus.
p Quæſtor Pompeij, vt vult poeta.
q Idalus, mons Cypri, Veneri ſacer.
r A regè Cinyra. Pindari Nem. ode 8. & Pythior ode 2.
s Noctu.
t *& Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.*
u Diuerſi à mari coloris.
x Reſtuo.
y Veniam quæ caderet ſubleuaret.
z Truncus Pompeij.
a Vt modò v. 717.
b Non poſcit miſerum thuris ſui. *Et Cilicum meſſes, volucrique exempta ſuperbæ Cinnama, & Aſſyrio manantia gramine ſucco.* qualia funeribus felicium cumulatè infunduntur.
c Arabicos, Indicos, Panchæi tantis odores.
d Non vt tanquam pater patriæ efferatur à nobiliſſimis ciuibus ſororum ſubeuntibus.
e Non vt in funebri pompa præferantur rerum geſtarum tituli & inſignia, non triumphorum ſuorum imagines.
f Epicedijs & nænijs deploraturum ad tibiã.
g Vt militari more exercitus demiſſis haſtis ter rogum circumeat. *Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos, ter mœſtum ſouris ignem Luſtrauere in equis, vlulatuſq; dedere.* Virg. 11. Æn.

Da vilem Magno [h] plebeij funeris arcam,
Quæ lacerum corpus [i] siccos effundat in ignes.
[k] Robora non desint misero, nec [l] sordidus vstor.
Sit satis, ô superi, [m] quòd non Cornelia fuso
Crine iacet, [n] subiciqué facem complexa maritum
Imperat, extremo sed abest à munere busti
Infelix coniux, nec adhuc à litore longè est.
Sic fatus, paruis [o] iuuenis procul aspicit ignes,
Corpus [p] vile suis, nullo custode cremantes.
[q] Inde rapit flammas, semustáq; robora membris
Subducens, Quæcunq; es (ait) neglecta, nec vlli
Cara tuo, sed Pompeio [r] felicior vmbra,
[s] Quòd iam compositum violat manus hospita bustū,
Da veniam: si quid sensus post fata relictum est:
[t] Cedis & ipsa rogo, patersq; hæc [u] damna sepulcri,
Téque pudet, [z] sparsis Pompeij manibus, vri.
Sic fatur: [y] plenúsque sinus ardente fauilla
Peruolat ad truncum; qui fluctu pænè relatus
Litore pendebat. summas dimouit arenas,
Et [z] collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepidus posuit scrobe. [a] nobile corpus
Robora nulla premunt, nulla strue membra recumbunt.
Admotus Magnū, non subditus, accipit ignis. (būt:
Ille sedens iuxta flammas, O maxime, dixit,
Ductor, & Hesperij maiestas nominis vna,
[b] Si tibi iactatu pelagi, si funere nullo
Tristior iste rogus; manes, animamq; potentem
Officijs auerte meis: iniuria fati
Hoc fas esse iubet: ne ponti belua quicquam,
Ne fera, ne volucres, ne sæui Cæsaris ira

h Orcinianum spondam, populeam sandapilam, qua plebeij vilesque efferebantur. angusti cineres ædificauerā cellu consistimus vili portanda locabat in arca. Horat. Sat. 8. l. 1.
i In quos nulla coniicitur aroma, Thurea dona, depas, fusa crateres olim. AEn. 6.
k Ligna quibus vritur.
l Vespillo sublatem.
m Quòd non adest mariti funeri Cornelia, quæ virum defleat ipso crine humum verrens, solo pectus affligens, &c. vide quæ ad Seneca Troada. v. 85. & nostrum, l. 2. v. 18.
n Subijci facem funebrem. quod officium defuncto præstabant necessi indi. ne denati, sed semisa facie. sideribus mors parentum Arcturi tenere sacra. Virg. 6. Aen.
o Cordus.
p Neglectum, non custoditum sua.
q Ab illo rogo.
r Quia rogum sactæ
s Ignosce mihi rogum tuum violanti.
t Et ipsa videris tardius vri quò Pompeio cedas pyræ tuæ partem.
u Faces rogo subtractas, pyræ reliquias.
z Inhumatis, adeoque ex Platonicorum opinione, errantibus per ripas Stygis centum annos. Centum errant annos, volitántque hæc litora circum. Virg. 6. AEn. vel sacris iactatis.
y Ipse sinu vestis, arenā, vt verisimile est, strato, primas ferens. z Supra, ad v. 715.
a Hypallage. Nobile corpus non premit robora, vt verba sequentia ostendunt, sed extrui eniam pyræ è roboreis stipitibus solebat, atque illi medio imponi cadaver. b Nisi forte sactibus iactari aut funere ipsi malles, quam habere tam vile. c Ignosce temeritati huius officij mei, noli adscribere funeris exilitatem, quam exuiæ potuerunt sati iniuria.

Audeat: exiguam, quantum potes, accipe flammam
Romana succense manu. Fortuna [d] *recursus*
Si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent
Tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,
Accipiet, nostráque manu transfundet in vrnam.
Interea parvo signemus litora [e] *saxo,*
Vt nota sit busti; si quis [f] *placare peremtum*
Fortè volet, plenos & reddere mortis honores;
Inueniat trunci cineres, & norit arenas,
Ad quas, Magne, tuũ referat [g] *caput. Hæc vbi fatus,*
Excitat inualidas admoto fomite flammas.
Carpitur, & lentum Magnus [h] *distillat in ignem,*
Tabe fouens bustum. Sed iam percusserat astra
Aurorę [k] *promissa dies: ille, ordine* [l] *rupto*
Funeris, attonitus latebras in litore quærit.

Quam metuis demens ista pro crimine pœnam,
Quo te fama loquax omneis accepit in annos?
Condita laudabit Magni [n] *socer impius ossa,*
I modò securus venia, fassúsque sepulcrum
Posce caput. [o] *cogit pietas imponere finem*
Officio, semusta rapit, resolutáque non dum
Ossa satis, neruis, & [p] *inustis plena medullis*
[q] *Æquorea restinguit aqua, congestaq; in* [r] *vnum*
Parua clausit humo. tum ne leuis aura retectos
Auferret cineres, saxo compressit arenam:
Nautáque ne [s] *bustum religato fune moueret,*
Inscripsit sacrum semusto stipite nomen:
[t] *Hìc situs est Magnus. placet hoc, Fortuna, sepulcrũ*
Dicere Pompeij: quo condi maluit illum,
[u] *Quàm terra caruisse socer? [x] temeraria dextra*
Cur obicis Magno tumulum, manésque vagantes

[d] Redium mihi fe-licem in Italiam.
[e] Quod denotet busti locum.
[f] Iusta & inferias plenè soluere.
[g] Quod his cineribus desit.
[h] Collapsus in cineres.
[i] Adipe.
[k] Alij leg. promissa per hypallagen, pro promissa die. Sed hanc lectionem profert Sabellicus, exponitque: vt ab Aurora intelligatur dies promitti illius splendore.
[l] Interrupto, non continuato consummandæque funeris officio.
[m] Quo signo immortalitatem consecutus es.
[n] Ipse Cæsar.
[o] Metum tandem Cæsar excussit pietas, prorepitque ad plebeiendum funeris officium.
[p] Non absumptis.
[q] Quæ lacte & vino extingui perfundíq; oportuit. de more colligendi ac componendi ossa, vide quæ not. ad Senec. Troad. v. 797.
[r] Vide quæ ad v. 843 infra.
[s] Signum quo signabatur busti locus, sanctum caputque ne violaretur.
[t] Appianus refert aliud inscriptum carmen. τὸ τοσῆτ δηΐοντι φίλοι σαωσίνι ἔκλετο τύμβος
[u] Quàm insepultum abdici?
[x] Verba poetæ increpantis Cæsarem de sepulchro & inscriptione solicitum; quasi Pompeio angustum sit monimentum, cui totus à se triumphatus orbis est tumulus. Sic Getmanicus in Themistoclem. Antholog. l. 3. ep. 5. Ἀντὶ τάφου λιτοῖο θὶς Ἑλλάδα, &c. Χηλὰ δ' ἀ Σαλαμὶς ἔσχε νεὸς πτερύγων, ἵνα λίγυσσι Ταὶμασί μὲ σμικρὸς ἐν μεγάλῳ ἐντὶ δόμῳ.

In-

Includis? situs est, quà terra extrema refuso
Pendet in Oceano. Romanum nomen, & omne
Imperium Magno est tumuli modus. y obrue saxa
*Crimine plena Deûm. * si tota est Herculis Orte,*
Et iuga tota vacant Bromio Nysæa; quare
Vnus in Ægypto Magno lapis? omnia Lagi
Rura tenêre potest, si nullo cespite nomen
Hæserit. z erremus populi, cineríumque tuorum,
Magne, metu nullas Nili calcemus arenas.
Quòd si tam sacro dignaris nomine saxum,
a Adde actus tantos, monimentaq; maxima rerum:
Adde truces b Lepidi motus, c Alpináque bella,
d Armáque e Sertorî revocato f Consule victa,
Et g currus, quos egit eques: commercia tuta
Gentibus, & h pauidos Cilicas maris. adde subactam
i Barbariem, k gentésque vagas, & l quicquid in Euro
Regnorum, Boreáque iacet. m dic semper ab armis
Ciuilem repetisse togam: n ter curribus actis
Contentum patriæ multos donasse triumphos.
Quis capit hæc tumulus? o surgit miserabile bustum
Non vllis plenum titulis, non ordine tanto
o Fastorum: q solitúmque legi super alta Deorum
Culmina, & extructos spolys hostilibus arcus,
Haud procul est ima Pompeÿ nomen arena,
Depressum tumulo, quod nõ legat aduena r rectus,
Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes.
s Noxia ciuili tellus Ægyptia fato,
t Haud equidem immeritò Cumanæ carmine Vatis

y. Terrâ obrue & Corde sinum hoc tuum, Dijs potiùs inclamauit quàm Pompeio sepulturã notam futuram; cui si signum hoc tumuerit—

* —tota Aegyptus loco tumuli erit, perinde ac mons Oeta Herculi, aut Nysa Baccho.

z Quin migremus omnes ex Aegypto, eámque vniuersam tanquam religione & veneratione Dijs Manibus Pompeÿ consecratam cedamus.

a Inscribe tot illius gestas.

b I.2.v.547.

c Lepidus prouinciam Galliam supra Alpes sortitus, ludo mouit bellum.

d I.2.ad v.549.

e Sertorij.

f Metello qui impar aduersus Sertorium videbatur.

g Triumphales, quos egit annum agens 24. impetratus honoribus & adhuc eques. l.7.v.19. & hos l.v.25.

h Piratas Cilicas coercitos. l.2. v.176.

i Barbaras nationes, deuicto Mithridate,

Pónticos, Armenios, Paphlagonas, Cappadoces,— k —Scythas, vagos ἀμαξοβίους, Nomadas,— l —Albanos, Iberos, Basternas, Syros, Indos, omnesque gentes Orientales à Maeotide palude ad rubeum vsque mare. m Adde etiam redijsse semper in ordinem, reddidisse se ciuilibus officijs neque affectasse tyrannidem. n Ter triumphasse. l.7.v.85. o Aliique illi interea, cui nullus erat tatis amplus, erigitur tumulus titulis vndus. p Rarum statarum Fastis inscribi dignarum. l.3.v.5. q Nomenque illius quod inscribi solebat summis Deorum culminibus, arcubus triumphalibus, iam depressum est. r Nisi inclinet se ad legendum. s Apostrophe ad AEgyptum, adicta imprecatione; vt diuertatur Nilus, sterilisque fiat AEgyptus. t Exitium illud, quod Romanis impendere è carmine Sybyllino interpretati sunt XV. viri, si Ptolomæus Auletes à Gabinio, qui tum Syriæ praefuit, ex auctoritate Pompeÿ & SC. reduceretur, de quo te Cic. multa in L.1. epist. fam. poeta refert ad rem Pompeÿ pertinentia.

Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, [u] *ripásque æstate tumentes.*
Quid tibi sæua precer pro tanto crimine tellus?
Vertat aquas Nilus, [x] *quo nascitur orbe, retentus,*
Et steriles egeant * *hybernis imbribus agri,*
[y] *Totáque in Æthiopum putres soluaris arenas.*
[z] *Nos in templa tuam Romana accepimus* [a] *Isim,*
[b] *Semideosq́, canes, &* [c] *sistra iubentia luctus,*
Et [d] *quem tu plangens hominem testaris Osirim:*
Tu nostros Ægypte tenes in puluere [e] *Manes.*
‖ *Tu quoque cum sæuo dederis iam templa* [f] *tyranno,*
Nondum Pompeij cineres ô Roma petisti:
Exul adhuc iacet vmbra ducis. [g] *si secula prima*
Victoris timuere minas; nunc excipe saltem
Ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
[h] *Inuisa tellure sedent. quis busta timebit?*
Quis sacris dignam mouisse verebitur [i] *vrnam?*
Imperet hoc [k] *nobis vtinam scelus, & velit vti*
Nostro Roma [l] *sinu: satis ô nimiumq́, beatus,*
Si mihi contingat [m] *manes transferre reuulsos*

u Nili qui Sole in Cancro, Leone, Virgine inundat. l. 10. v. 210. & deinceps. x l. 1. v. 30.

* Tempestuosis inundationibus. ratissimè enim pluit in AEgypto.

y Deserta fias, arenosa, qualia incolunt AEthiopes supra AEgyptum.

z Expostulatio indignabunda. Nos recepimus sacra vestra Isidis Romam translata, cui in campo Martio templum constituimus cum 9. dierum sacrorum ceremonijs. Erant & plures Isidis ædes.

a Eandem cum Io, quam AEgyptij colebant sub specie vaccæ, vt & Osirim sub imagine bouis mariis. *Herodot.* 3. illam denotantes terram ceu rerum naturam Osiri, i. e. Soli suppositam & qua coniunctione nascuntur omnia. Lunam, alij esse autumant vide Diod. Sic. l. 1. & Plutarch. l. de Isid. Lucian. *Dei Syrian.* Cœl. Rhod. l. c. 12.

b Anubin. Deum canino capite pictum. siue quod tempus significet, vt Macrob. 1. Saturn. c. 20. vel Horizonta; vt Cœl. Rhod. l. 3. c. 11. vel Nilum producentē Cynocephalos serpentes crocodilos, &c. vt Diod. Sic. l. 1. siue Mercurium; vt Strabo. l. 17. siue Canem stellam referat qui Solis recessus ceu Nili inundationis tempus denotat. c Crepitacula ex ære aut argento, adhibita in sacris Isidis, modum luctus indicentia. d Cuius obitum plangendo, hominem non deum testaris fuisse Osirim; regem AEgypti à Typhone fratre exsum, ab Iside vxore diu quæsitum. Diod. Sic. l. 1. de cuius cultu apud AEgyptios ratione Cl. V. atque extra omnem ingenij, curæ, iudicij aleam positus Ioan. Seldenus eruditissimè disserit in Syntagmate 1. de DIS Syris, c. 4. & 2. Syntagm. c. 10. vbi ex. additissimâ mensium computatione Osiridis ἀφανισμὸν, ζητησιν, εὕρεσιν ad Solis accessum & recessum redigit. Neque fortassis absurdum foret & cultum hunc ad Nilum referre qui istiem mensibus inundans Isidi. i. terræ coniungitur, & in Typhona. i. mare lapsus deperit. quem, vt ipse ibidem docet, Osiris à Siri. h. e. Nilo denominetur. e Pomp. qui nobis numinis instar. ‖ Apostrophe ad Romam, immemorem Pompeij & ingratam. f Cæsari, cui in numerum Deorum relato Augustus templum consecravit & diuinos honores instituit. *Suetou.* g Quod si motu Cæsaris, quoad vixit, hoc officio supersederint: quin nunc tandem pcur aliquis? h AEgypto, terra infesta & meritum funeris honorem negante. i Ossa sanctissima & cineres, quæ vrnis condi solita. quòd si timido huic vespilloni ad manum fuisse vrnam crederem, & supra v. 788. legissem *congestáque in vrnam Parua clausit humo*, Sed & alij *vrbe* ambiguè legunt. k Mihi honori & pio officio futuro quod illi pro scelere habent. inquit poeta. l Ossa suorum peregrè defunctorum amici solebant in sinu referre. *Rettulit ossa sinu cari Nigrinus amici.* Martial. ep. 31. l. 9. Sen. cons. ad Albinã, c. 2. m Cineres illius transferre in Italiã

Auso-

Ausoniam, si tale ducis violare sepulcrum,
[n] Forsitan aut [o] sulco sterili cùm poscere finem
A Superis, aut Roma velet[p] feralibus Austris,
[q] Ignibus aut nimiis, aut [r] terræ tecta mouenti:
Consilio, iussúq; Deûm transibis in vrbem,
Magne, tuam; [s] summúmq; feret tua busta sacerdos.
[t] Nam quis ad [u] exustam Cancro torrente Sienen
Ibit, & [x] imbrifera siccas sub Pleiade Thebas
Spectator Nili: quis [y] rubri stagna profundi,
Aut Arabum portus [z] mercis mutator Eoæ,
Magne, petet, quem non tumuli venerabile saxum,
Et cinis in summis forsan turbatus arenis
Aduertat? manésque tuos placare iubebit,
Et [a] Casio [b] præferre Ioui? nil [c] ista nocebunt
Famæ busta tuæ. templis, auróque sepultus
Vilior vmbra fores: [d] nunc est pro numine summo,
Hoc tumulo Fortuna iacens. [e] augustius aris
Victoris Libyco pulsatur ab æquore saxum.
[f] Tarpeijs qui sæpe Deis sua tura negârunt,
Inclusum fusco venerantur cespite fulmen.
[g] Proderit hoc olim, quòd non mansura sepulcri
Ardua marmoreo surrexit pondere moles.
Pulueris exigui sparget non longa vetustas
Congeriem, bustumque cadet, mortúsq; peribunt

n Erit credo tempus, vbi ad auertendam sterilitatem, pestem, incendia aut terræ motum consulta oracula docebunt Pompeij ossa & cineres ex AEgypto transferenda in Vrbem: ita demum cessuram iram Deorum. vide quæ ad v. 709. l. 5.
o Sterilitati.
p Pestiferis.
q Incendijs.
r Terræ motui.
s Cineres feret Pontif. max. Tumulus obrutus & statua exesa, ætate mea (inquit Appianus) ab Hadriano Imp. summa diligentia perquisita & inuenta erigebantur, vt ab omnibus dignosci possent.
t Idque commodius posteris futurum, quos in AEgyptum nauigantes iuuabit veneranda Pompeij memoria ad visendum, placandum, adorandum, ipsius tumulum.
u l. 2. v. 587.

x Thebas AEgyptiacas, in exusta regione sitas, quamuis subiectæ sint eidem signo Zodiaci: in cuius humero septem stellæ dictæ Pleiades, seu Virgiliæ: *Nauita tum Hyadas Graius ab imbre vocat*, Ouid. 5. Fast. ab vi. pluuiam enim ortæ inducunt. y Maris Erythræi, de quo vide quæ ad Sen. Thyest. v. 370. z Qui merces mutat sub sole recenti. a Qui in monte Casio colitur. b Potius viuere. c Vtcunque humilia & vilia. d Fortuna quodammodo ipsa hîc cum Pompeio cui semper fauerat, sepulta, inquit Grotius. Alij exponunt vt Fortuna sit Vocandi casus. e Saxum hoc Pompeij in litore vndis allisum augustius est quam templum Cæsari dicatum. f Qui Dis Capitolinis, Ioui, Iunoni, Apollini, Minervæ, Martique negarunt sacrificia, venerabuntur ossa vitulata a Pompeij signata saxo hoc cui Cordus *Inscripsit sacrum semusto stipite saxum*, vt supra v. 792. Alij fuscum exponunt cespitem, terram AEgypti, cui nomen à nigredine. vti probat Cl. V. Io. Seldenus Syn. de Dis Syris l. 2. 4. g Bene tibi cedet quod tam vile & cito interiturum nactus es sepulchrum, sterneturque tibi ad immortalitatem gradus. ita vt AEgyptijs de sepulchro tuo, nusquam tamen comparente gloriantibus, non maiorum fidem posteri sint habituri; quam Cretensibus habita est de Ioue apud eos sepulto. vnde vana & mendax dicitur Creta quasi verò Dij sint mortales. vide I. Seldenum in Titulis honorum, l. 1. c. 7. Callimach. hymn. 1. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Ar-

Argumenta tuæ. veniet felicior ætas,
Qua sit nulla fides saxum monstrantibus istud:
Atque erit Ægyptius populis fortasse nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quã Creta Tonantis.

M. ANNÆI LVCANI LIBER NONVS.

AT non in Pharia [a] *manes iacuêre fauilla,*
Nec cinis exiguus tantam compescuit vmbram:
Prosiluit busto, semustaq; membra relinquens,
Degeneremq; rogum, [b] *sequitur connexa Tonantis.*
Quá niger astriferis connectitur axibus aër:
Quódque patet terras inter, lunæq; meatus
[c] *Semidei manes habitant,* [d] *quos ignea virtus*
[e] *Innocuos vitæ patientes ætheris imi*
Fecit, & æternos animam collegit in [f] *orbes.*
[g] *Non illuc auro positi, nec ture sepulti*
Perueniunt. [h] *illic postquam se lumine vero*
Impleuit, stellasq; vagas miratur, & astra
Fixa polis, [i] *vidit quanta sub nocte iacaret*
Nostra dies, risitq; sui ludibria trunci.
Hinc super Emathiæ campos, & signa cruenti
Cæsaris, ac sparsas volitauit in æquore [k] *classes;*
[l] *Et scelerum vindex in sancto pectore Bruti*

a Pompeij anima. absoluit autẽ poeta Χαν-Δικῶν Pompeij.

b Bestiarum animarum sedem repetit, campos Elysios, de quibus vide quæ nos ad Senec. Troadã, v. 848. Hos alij in Hispania, alij in insulis Fortunatis locant. Platonicorum alij in summo loco tertij ordinis ex terquaterna elementorum diuisione, in orbe scl. quod terra ἀπλανὲς dicitur, alij verò in regione proximè Lunam, quã vitæ mortisque confinium esse volunt. &c. Macrob. in Somn Scip. l. 1. c. 12.

c ἀνδρῶν ἡμίθεοι καλούμενοι θεῖοι γένος.

quos Hesiod. Lactantius filios corpore solutos emicare & cum Dæmonibus habitare volunt rapti in cœlum. d *Quos ardens euexit ad æthera virtus.* Virg. 6. Aen. *Ignem quippe ait illis vigere & cælestis origo.* e Non grauatos, non corruptos inferiorum contagio, verum sedem sibi sanctam appetentis. f Sphæras. g Non illic semper ascendunt Cæsares aureis conditi locellis, thuris aromatisque elati lectis, large thure cremati, &c. qui mos est referendi Imperatores in numerum Deorum, Herodian. l. 4. h *Insuetum postquam miratus lumen Olympi Subposuit nubes & sidera.* Virg. ecl. 1. i Vide Platonis Gorgiam, & de Rep. atque Cicer. somnio Scip. k Quæ integræ adhuc erant circa Corcyram. l Et vindicatum scelestum bellum à Cæsare fuisse dominandi studio suscepturo, transfudit se quasi per μετεμψύχωσιν in pectus Bruti, qui cum interfectorum esset, & Catonis.

Sedit,

Sedit, & inuicti posuit se mente Catonis.
m Ille vbi pendebant casus, dubiumq; manebat,
Quem mundi dominum facerent ciuilia bella;
Oderat & Magnum, quanuis comes isset in arma
Auspicijs raptus patriæ, ductuq; Senatus.
At post Thessalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat. patriam tutore carentem
Excepit, populi trepidantia membra refouit,
Ignauis manibus proiectos reddidit enses:
Nec regnum cupiens gessit ciuilia bella,
n Nec seruire timens. nil causa fecit in armis
Ipse sua: totæ post Magni funera o partes
Libertatis erant: p quas ne per litora fusas
Colligeret rapido q victoria Cæsaris actu,
r Corcyræ secreta petit, ac s mille carinis
Abstulit t Emathiæ secum fragmenta ruinæ.
b Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus victas u arctasse carinas?
Dorida tunc x Malean, & y apertâ Tænaron vmbris,
Inde z Cythera petit: Boreaq; vrgente carinas
Creta a fugit: b Dictæa legit, tedentibus vndis,
Litora, tunc c ausum classi præcludere portus
d Impulit, ac sæuas meritum Phycunta rapinas
Sparsit: & hinc placidis alto delabitur auris
In e litus Palinure tuum: (neq; enim æquore tantùm
Ausonio monimenta tenes: portúsque quietos
Testatur Libye Phrygio placuisse magistro.)
g Cùm procul ex alto tendentes vela carinæ
Ancipites tenuêre animos, sociósne malorum,

m Cato, dum incertus esset belli exitus, patriæ & ciuium à se mutuò exforum miserius, Pompeium & Cæsarem ex æquo oderat, veritus ne victor imperium inuaderet.
n Vt, cui perfecto Stoico semper ad manū libertatis potestas, mori parato. τῷ ἐξὸν ἀπολύσασθαι οὐ δουλεύσει ἀφροντιστῶν.
o Copiæ Pompeij.
p Pompeius Cæsarem in Thessaliam persecuturus, multis suorum Pyrrhachij relictis præfecit Catonem, quem vsque verebatur ne sibi obstaret quo minùs victoriâ liceret ex suo animo vti. Is itaque acceptâ apud Pharsalum clade, statuit suos in Italiam traijcere, si modò Pompeius perijsset: sin superesset, copias quas habebat illi seruare. atque hoc animo Corcyram ad classem traiecit. Plutarch. sed aliter hæc Appianus.
q Cæsar victor, pro expeditione & celeritate solitâ.
r Insulâ Epiro, vbi erat Pompeij classis.
s Synecdoche Hyperbolica. t Cladis Pharsalicæ reliquias. u Contraxisse, angustum reddidisse, tenuisse. x Malea promontorium est Laconiæ, quam incolunt Dores. y Lucan. v. 648. z Insulam Peloponnesi hodie Cerigo. a Præternauigantibus & pronectis recedere videtur, eamdem vide ad Sen. Troad v. 1044. b Cretensis. Dicte vrbs & mons Cretæ. c Phycuntæ oppidum promontorio Cyrenaicæ regionis, quis portum Catoni præclusit, expugnauit & militibus suis diripiendum concessit. d forced. e Promontorium Cyrenaicæ regionis in Africa, à Palinuro AEneæ nauis magistro denominatum, vt & illud Pastani finus in Italia. f Neque Africa minus quàm Italia testatur tutos portus placuisse Palinuro atque ab eo nomen accepisse. g Vbi, conspectis nauibus in quibus erant Cornelia & Sextus Pompeius cum suis, Cato dubitare cœpit vtrum Cæsaris essent an Pompeij.

An veherent hostes: præceps facit omne timendum
Victor, & in nulla non creditur esse carina.
Ast illæ puppes luctus, planctúsque ferebant,
Et mala vel [h] *duri lacrymas motura Catonis.*
Nam postquam [i] *frustra precibus Cornelia nautas*
Priuigníque fugam tenuit, ne fortè repulsus
Litoribus Pharys remearet in æquora truncus,
Ostenditq́, rogum [k] *non iusti flamma sepulcri:*
Ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito
[l] *Accendisse rogum, gelidos effusa per artus*
Incubuisse viro, laceros exurere crines,
Membráque dispersi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus?
[m] *Ossibus, & tepida vestes implere fauilla?*
[n] *Quicquid ab extincto licuisset tollere busto,*
In templis sparsura Deûm. [o] *sine funeris vllo,*
Ardet honore rogus: [p] *manus hoc Ægyptia forsan*
Obtulit officium graue manibus. [q] *ô bene nudi*
Crassorum cineres! Pompeio contigit ignis
Inuidia maiore Deûm. similísne malorum
Sors mihi semper erit? nunquam dare busta licebit
[r] *Coniugibus: nunquã* [t] *plenas plangemus ad vrnas?*
[t] *Quid porrò tumulis opus est, aut vlla requiris*
Instrumenta dolor? non toto pectore portas
Impia Pompeium? non imis hæret imago
Visceribus? quærat cineres [u] *victura superstes.*
Nunc tamen hic, longè qui fulget luce [u] *maligna,*
Ignis, adhuc aliquid, Pharios de litore surgens
Ostendit mihi, Magne, tui: iam flamma resedit,
Pompeiumq́, ferens vanescit [y] *Solis ad ortus*
Fumus, & inuisi tendunt mihi carbasa venti.

h Stoici durum dixit.
i Frustra laborabat retinere Sextum Pomp. natum ex Æmylia, & cæteros in litore Ægyptio, desiderio atque expectatione trunci coniugis, si fortè illum fluctus relabente delapsum possent extipere.
k Indigni Pompeio.
l De more luctus. vide l. 2. v. 21. & ad Sen. Troadã, v. 83.
m Mulieres autem ossa sua legebant. Medea in eandem sententiam, ex qua ires nepotes emiserat, ossa eorum nepotum recipiebat. Senec. ad Albinum c. 2.
n Cineres & ossa.
o Idem quæstus erat Cordus l. 2. v. 729. & duinceps.
p Ita & Cordus, l. 2. v. 762.
q Feliciores illi qui inhumati abiecti, quàm Pompeius cui tam despicatus & vilis contigit ignis quasi Deorum odio.
r P. Crasso prius, nunc Pompeio nupta.
t Respicit ad cenotaphia, quæ in acie desideratis vel naufragio amissis accumulata sunt ab amicis repræsentantia omnes cæremonias & officia verè sepulchi debita.

ὡς δὲ μὴ ἔυγνωκεν, κενὸν τάφον ἀντὶ τοῦ ἔχοντος μέγα. Xenoph. 6. ἀναβάσεως. t Sed quid, &c. ἐπιφώνησις. cum pectus meum sit tumulus illius & monumentum vivum? u Quæ diu coniugi superesse cupit, quod ad me; vitæ tædet. x Non clarâ, sed tenui & pupertinâ, vel ingratâ, vt modò v. 64. y Orientis die.

[a] Non mihi nunc tellus Pompeio ſiqua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus
Gratior: [a] elapſus felix de pectore Magnus:
Hunc volumus, quem Nilus habet, terraq; nocenti
Non hærere queror: crimen commendat arenas.
Linquere, ſi qua fides, Peluſia litora nolo.
Tu pete bellorum caſus, & ſigna per orbem,
Sexte, paterna moue: namq; hæc mandata reliquit
Pompeius vobis in noſtra condita cura,
[b] Me cùm fatalis leto damnauerit hora,
Excipite ô nati bellum ciuile, nec vnquam,
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit,
Cæſaribus regnare [c] vacet. vel [d] ſceptra, vel vrbes
Libertate ſua validas impellite fama
[e] Nominis: has vobis parteis, hæc arma relinquo.
Inueniet claſſes [f] quiſquis Pompeius in vndas
Venerit, & noſter nullis non gentibus hæres
[g] Bella dabit: tantũ indomitos, memoresq; paterni
[h] Iuris habete animos, vni parêre decebit,
Si faciet partes pro libertate, Catoni.
[i] Exolui tibi, Magne, fidem, mandata peregi.
Inſidiæ valuêre tuæ, deceptáque vixi,
Ne mihi commiſſas auferrem perfida voces.
Iam nunc te per inane [l] chaos, per Tartara, coniux,
[m] Si ſunt vlla, ſequar: [n] quàm longo tradita leto
Incertum eſt: pœnas animæ viuacis ab ipſa
Ante feram. potuit cernens tua vulnera, Magne,
Non fugere in mortem! planctu contuſa peribit:
Effluet in lacrymas: [o] nunquam veniemus ad enſes,
Aut laqueos, aut præcipites per inania iactus.
Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic vbi fata, caput ferali obduxit amictu,
Decreuitq; pati tenebras, puppiſque cauernis
Delituit: ſæuumq; arctè complexa dolorem
[p] Perfruitur lacrymis, & amat pro coniuge luctum.

Illam

a Non vlla tellus Pompeio triumphata, gratior iam mihi eſt quàm hæc quæ vtcunque nocens illius oſſa habet.

a Felicitatem Pompeij nolo vlterius recordari; fortunã illius lætiori nolo frui: triſtitiæ mala, infra v. 212.

b Repetit Cornelia Pompeij mandata ad liberos, fidei ſuæ & curæ commiſſa.

c Immune ſit, labore & periculo vacuum.

d Regna & vrbes liberas impel.

e Mei. quod ſufficiet ad partes, ad arma, ad claſſes & exercitus comparandos.

f Vter è filijs, ſiue quis alius Pompeij nomine.

g Ad arma excitabit gentes quaſcunque.

h Quod mihi à Senatu datum ad gerendum hoc bellum.

i Apoſtrophe ad maritum.

k Quibus te periculis obijciens me tibi ſupereſſe voluiſti, quo mandata hæc ad filios tuos perferrem.

l I. 1. v. 94.

m Niſi & fabulæ manes ſint.

n Vitam, quamcunque mihi fata extenderint, lacrymis & cruciatu reddam amaram.

o Non erit opus vi extrinſecus: ſufficiet dolor internus.

p Delectationem capit in lacrymis.

Illam non fluctus, stridensq; rudentibus Eurus
Mouit, & exurgens ad summa pericula clamor:
Votáque sollicitus faciens [q] *contraria nautis,*
Composita in mortem iacuit, saeuitque procellis.
Prima ratem Cypros spumantibus accipit vndis:
Inde [r] *tenens pelagus, sed iam moderatior, Eurus*
In Libycas egit sedes, & castra [t] *Catonis.*
Tristis, vt in multo mens est praesaga timore,
Aspexit patrios comites à litore [t] *Magnus,*
[u] *Et fratrem: medias praeceps tunc fertur in vndas.*
Dic vbi sit, germane, parens; stat summa, caputq;
Orbis, an occidimus? [x] *Romanaq; Magnus ad vm-*
Abstulit? Haec fatur quem contra talia frater. (bras
[y] *O felix, quem, sors alias dispersit in oras,*
[z] *Quiq; nefas audis: oculos, germane, nocentes*
Spectato genitore fero. non Caesaris armis
Occubuit, dignóque perit auctore ruinae.
Rege sub [a] *impuro Niloticae rura tenente,*
[b] *Hospitij fretus Superis, & munere tanto*
In praua os, cecidit donati victima regni.
Vidi ego magnanimi laceranies pectora patris:
Nec credens Pharium tantum potuisse tyrannum,
Litore Niliaco [c] *socerum iam stare putaui.*
Sed me nec sanguis, nec tantum vulnera nostri
Affecere senis, quantum gestata per vrbes
[d] *Ora ducis, quae transfixo sublimia pilo*
Vidimus: haec, fama est, oculis victoris iniqui
Seruari, [e] *sceleris q; fidem quaesisse tyrannum.*
Nam corpus Pharsene canes, auidaeq; volucres
Distulerit, an furtiuus, quem vidimus, ignis
[f] *Soluerit, ignoro. quaecunque iniuria fati*
Abstulit hos artus, Superis haec crimina [g] *dono:*
[h] *Seruata de parte queror. Cùm talia Magnus*

q Metum in AEgyptio litore expectens, naufragium & mortem; cum nautae votum & salutem vouerent.
r Sibi vendicans imperium pelagi.
s Qui iam erat ad Palinurum, supra, v. 42.
t Cn. Pompeius maior natu filius Pompeii, quem è Pharsalica clade elapsum cum Catone in Africam traiecisse refert. In Hispaniam tamen profectum sollicitasse Iberos & Celtiberos tradit Appianus.
u Cato oram Africae legens (inquit Plutarchus in Catone min.) in Sext. Pompeium incidit, Magni F. natu minorem: is et patrem in AEgypto necatum refert.
x Res Romanas, quae ab illo pendebant.
y O te felicem, o sic vna ante alias Priamia virgo. Virg AEn. 3.
z Neque visu laesisti pietatem & veneracionem.
a Incesto, impio, perfido Ptolomaeo.
b Fretus Dijs hospitij praesidibus, & beneficentiâ qua sibi deuinxerat reges AEgyptios, Auletes in regnum restitutus fuit, Pompeio in regnum restituto, hic hospitalitatis cum patre eius Labyrio viso, & Dionysio huic, cui tutor à Senatu datus erat, confirmato regno.
c Cassium. sic Cornelia l. 8. v. 641.
d l. 8. v. 681.
e l. 8. v. 688. indicia sceleris.
f In cineres versum. l. 8. v. 735.
g Condono, ignosco.
h De capite illius in aduersum Caesaris seruato.

Alia

Audisset: non in gemitus, lacrymásque dolorem
Effudit; [i] iustáque furens pietate profatur:
Præcipitate vates è sicco litore nautæ;
Classis in aduersos erumpat remige ventos:
Ite duces mecum: nunquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces, inhumatos condere manes.
[k] Sanguine seminiri Magnum satiare tyranni.
Non ego [l] Pellæas arces, [m] adytisq; retectum
Corpus Alexandri pigra [n] Mareotide mergam?
Non mihi [o] Pyramidum tumulis euulsus [p] Amasis,
Atque alij reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent pœnas [q] nudo tibi, Magne, sepulcro:
Euoluam busto iam numen gentibus [r] Isin,
Et [s] tectum lino spargam per vulgus [t] Osirim,
[u] Et sacer in Magni cineres mactabitur Apis,
Suppositísque [x] Deis vram caput. has mihi pœnas
Terra dabit: linquam vacuos culturibus agros;
Nec, Nilus cui crescat, erit: [y] solúsque tenebis
Ægyptum genitor, populis superisq; fugatis.
Dixerat, & classem sæuas rapiebat in vndas.
Sed Cato laudatam iuuenis compescuit iram.
Interea totis audito funere Magni
Litoribus sonuit percussus planctibus æther:
Exemplóque carens, & nulli cognitus æuo
Luctus erat, [z] mortem populos deflere potentis.
[a] Sed magis, vt visa est lacrymis exhausta, solutas
In vultus effusa comas, Cornelia puppe
Egrediens, rursus geminato verbere plangunt.
Vt primùm in [b] socias peruenit litora terras,
Collegit [c] vestes, miserique insignia Magni,
Armáque, & impressas auro, quas gesserat olim,
Exuuias, [d] pictásque togas, velamina summo

i Consultus quo pro discretione sed. l. 1. n. 252. & l. 2. v. 35.
k Ptolomæum cædere inferias Pompeio.
l Alexandriam.
m Sepulchro effossum Alex. corpus. l. 8. v. 694.
n Ægypti palude.
o Vide quæ nos ad ep. 1. Martialis. h.
p Ægypti rex. Herodot. l. 2. Plin. 36. c. 12.
q Insepulto.
r l. 8. v. 831.
s Osirim à fratre Typhone dilaniatum Isis vxor tela lini recepit, hinc statuæ eius & sacerdotibus lineæ vestes. Linigeri calvi, &c. Martial. ep. 29. l. 12. vide l. 10. v. 175.
t l. 8. v. 833.
u Et bouem, qui Apin Deum referebat, & post certos annos in puteum demergitur, iactabo ad tumulum Pompeij. de Api, vide quæ ad v. 479. & 833. l. 8.
x Deorum statuis.
y l. 8. v. 807.
z Vt populi deflerent mortem potentis viri. Pompeij. Hostiusius.
a Sed maior ingemiscitur planctus, vbi visa est Cornelia.
b Africæ, vbi Cn. Pompeius & Cato.

c Efferebantur illustres viri apud Rom. in pompam funebrem, conspicui insignibus honorum quos gessissent. In imaginaria hac sepultura Pompeio suo hunc honorem præstat Cornelia. Illustrium item virorum bustis inlecta atque vsui cremata fuisse arma, & quæ illis in vita fuerant charissima, docet Virg. in funere Misenj. Æn. 6. d Palmatas, à palmis pictas, quas gestabant triumphantes.

Tot

e Ioui Capitolino conspecta, in tribus triumphis l. 7. v. 685.

f Imaginarium bustum loco veri cineris.

g Corneliæ pietatem & cæteri imitati repræsentarint extruunt busta & cenotaphia suis quisque amicis qui in Thessalia occubuerant.

h Totum rogis lucet litus, non secus atque vbi pastores Apuli agros & montes igne per hyemem depascunt ad renouanda gramina eliciendaque nouas herbas.

i Mon. Apuliæ.

k Boum pascua. Al. buxeta.

l Inter omnia verò quæ vulgus in defuncti Pompeij laudes iactabat indignam eius calamitatem & cædem Deorum inclementiæ obijciens; nihil peruenit ad Pompeij vmbram gratius, quàm funebris oratio à Catone habita.

m Qui detexit quidem a priscorum Rom moderatione & iustitia, sed tamen vul.

n Cui, æuo nostro sc.

o In tantum potentiæ excelsus, quantum ciui consequi licet saluâ libertate, neque tamen se extulit supra eisem, vtcunque plebs illi seruire prompta fuerit. *In id excelsus supra quod adsciti non poss.* Vel. Paterc. 2.

p Liberi, cuncta regentis, cui & ipse Pompeius parebat. q Neque enim bello tam potens in animo habuit vi senatum cogere.

r Quam ipse sibi retinuit.

s In ærarium publ.

t Suscepit bellum, sed & po. nor.

u Vera libertas iamdudum temporibus Marij & Syllæ perijt, cuius tamen species aliqua retenta est. Pompeio viuente: ista verò illo mortuo & de specie illa libertatis & imagine Imperij atque Senatus actum est.

x In vrbem visissim reuersis ad interneciones priorum partium. l. 2. v. 69. & deinceps.

*Ter conspecta Ioui, funestoq; intulit igni.
Ille fuit miseræ Magni[f] cinis, [g] accipit omnis
Exemplum pietas, [h] & toto litore busta
Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem,
Sic, vbi depastis submittere gramina campis,
Et renouare parans hybernas Appulus herbas,
Igne fouet terras, simul & [i] Garganus, & arma
[i] Vulturis, & calidi lucent [k] buceta [i] Matini.
[l] Non tamen ad Magni peruenit gratius vmbrã,
Omne quòd in Superos audet conuicia vulgus,
Pompeiúmque Deis obicit, quàm pauca Catonis
Verba, sed à pleno venientia pectore veri.
Ciuis obît (inquit) [m] multo maioribus impar
Nosse modum iuris, sed in hoc tamen vtilis æuo,
[n] Cui non vlla fuit iusti reuerentia, [o] salua
Libertate potens, & solus plebe parata
Priuatus seruire sibi, rectórque Senatus,
Sed [p] regnantis, erat. [q] nil belli iura poposcit:
Quæq; dari voluit, voluit sibi posse negari.
Immodicas possedit opes: sed plura [r] retentis
[s] Intulit: [t] inuasit ferrum, sed ponere norat.
Prætulit arma togæ: sed pacem armatus amauit.
Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas.
Casta domus, luxuq; carens, corruptaq; nunquam
Fortuna domini. clarum, & venerabile nomen
Gentibus & multum nostræ quod proderat vrbi.
[u] Olim vera fides Sylla Marioque [x] receptis
Libertatis obît: Pompeio rebus ademto
Nunc & ficta perît. non iam regnare pudebit:
Nec color imperij, nec frons erit vlla Senatus.*

y O felix, cui summa dies fuit obuia victo,
Et cui quærendos [a] Pharium scelus obtulit enses:
Forsitan in [b] soceri potuisses viuere [c] regno.
[d] Scire mori, sors prima viris, sed proxima [e] cogi.
Et mihi, si fatis aliena in iura venimus,
Da [f] talem Fortuna Iubam: non deprecor hosti
Seruari, dum me seruet ceruice recisa.
[g] Vocibus his maior, quàm si [h] Romana sonarent
Rostra ducis laudes, generosam venit ad vmbram
Mortis honos. fremit interea discordia vulgi
Castrorum, belliq; piget post funera Magni:
Cum Tarcho [k] in motu linquendi signa Catonis
Sustulit; hunc rapta [l] fugientem classe secutus
Litus in extremum, tali Cato voce notauit:
O nunquam pacate Cilix! iterúmne rapinas
Vadis in æquoreas? Magnum Fortuna remouit:
Iam pelago pirata redis. Tunc respicit omnes
In cœtu, motuq; viros: quorum vnus [n] aperta
Mente fugæ, tali compellat voce [o] regentem:
Nos Cato, da veniam, Pompeij duxit in arma,
Non belli ciuilis amor, [p] parteq; fauore
Fecimus. ille iacet, [q] quem paci prætulit orbis,
[r] Causaq; nostra perit: patrios permitte penates,
Desertamq; domum, dulcesq; reuisere natos.
Nam quis erit finis, si nec Pharsalia, pugnæ,
Nec Pompeius erit? [s] perierunt tempora vitæ,
Mors erit in tutum: [t] iustas sibi nostra senectus
Prospiciat [t] flammas. bellum ciuile sepulcra
Vix ducibus præstare potest, [u] non barbara victos
Regna manent: non Armenium mihi sæua minatur,
Aut Scythicum Fortuna iugum: sub iura togati
Ciuis eo. quisquis Magno viuente secundus,

y l.8.v.36.
z Vel expetendos. Emphasis.
a AEgyptiorum scelus.
b Cæsaris.
c Insidiosè.
d Mortem, Stoicum ab omni miseriæ portu, libenter optare, sibique consciscere.
e Aliunde illatâ morte perire.
f Qualem habuit Pompeius Ptolemæum, potius quàm victori reseruet, me vel sic determinatum seruet.
g Vt supra v.286.
h Pro rostris enim in foro Rom. habebantur huiusmodi orationes funebres.
i Ab armis discedere cupientis.
k In motu secessionis & relinquendi Catonem signa sustulit signa. Ita H. Grotius emendat, cum prius legerent: *Cum Tarcon motus linqu.* Tarcho autem dux Cilicum.
l Abitum & fugam apparantem.
m l.2.v.578.
n Reddit rationem consilij sui & secessionis.
o Catonem.
p In illius gratiam partes has secuti sumus.
q Cuius arma & signa sequi paci præstulit orbis.
r Et cum illo, nostra quoque belli causa.
s Consenuimus in
t Neque enim sat.
u Neque enim sat. quam habeo libens

bellis. d quibus liceat discedere vt domi tutò moriamur. e Rogos. tiuitatem sub Parthis aut Scythis duram metuo, sed sub Romano leuem. potius quàm bella vltima sequar.

Hic mihi primus erit: [x] *sacris præstabitur vmbris*
Summus honor: dominum, quem clades cogit habebo.
Nullum, Magne, ducem. te solum in bella secutus,
Post te, [y] *fata sequar, neq; enim sperare* [z] *secunda*
Fas mihi, nec liceat. Fortunâ cuncta tenentur
Cæsaris: [a] *Emathium sparsit victoria ferrum.*
[b] *Clausa fides miseris, &* [c] *toto solus in orbe est,*
Qui velit ac possit victis præstare salutem.
Pompeio, scelus est bellum ciuile, peremto,
Quo fuerat viuente, fides. si publica iura,
Si semper patriam sequeris Cato, signa petamus
Romanus quæ [d] *Consul habet. Sic ille profatus*
[e] *Insiluit puppi, iuuenum comitante* [f] *tumultu.*
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
[g] *Indiga seruitij feruebat litore plebes:*
[h] *Erupere ducis sacro de pectore voces:*
Ergo [i] *pari voto gessisti bella iuuentus*
Tu quoque pro dominis, & Pompeiana fuisti,
Non Romana manus? [k] *quòd non in regna laboras,*
Quòd tibi, non ducibus, viuis, moriensq; quòd orbe
Acquiris nulli, quòd iam tibi vincere tutum est.
Bella fugis, quatrisq; iugum ceruice vacante,
Et nescis [l] *sine rege pati. nunc* [m] *causa pericli*
Digna viris. vestro potuit Pompeius [n] *abuti*
Sanguine: nunc patriæ iugulos ensesque negatis,
Cùm propè libertas: vnum Fortuna reliquit
Iam [o] *tribus è dominis. pudeat:* [p] *plus regia Nili*
Contulit in leges, & Parthi militis arcus.
Ite [q] *degeneres. Ptolemæi munus, & arma*

x Summus ei honor habebitur semper vmbris & memoriæ Pompeij. dct modò veniam lasso iam militiæ vt aduersarium victorem potius induam dominum, quam victarum partium sequar vllum ducem.
y Fortunam atque exitum belli huius.
z Prosperæ, victoriâ harum partium, vel pristinam libertatem excussio omnino seruitio.
a Victoria Cæsaris dissipauit Pompeianos & reliquias cladis Pharsalicæ.
b Bello victis negatur fides & victoris in supplices clementia.
c Altero è contendentibus cæso, Imperij summa in potestatem Imperatoris cedat.
d Cæsar.
e Properè conscendit nauem.
f Turba.
g In seruitutem prona plebs.
h In hunc modum locutus est Cato.
i Eodem voto quo Cæsariani. tu pro Pompeij dominatu vt illi pro Cæsaris non vtique pro libertate Rom?
k Postquam autem spei dominationis summæ filum incisum est; postquam tuæ libertati asserendæ non ducis, qui cecidit, partibus es superfes; quia mortis tui dissimulatione neutri regnum confirmasti, & quia iam minimo cum labore & periculo te in libertatem vindicare licet, tu ab armis discedis: collo seruitutis iugum fere parato. l Sine rege & domino esse l. 3. v. 314. non potes esse liber. m Libertatis ergo. n Adempta libertate, & regno sibi constituto. o Pompeio, Crasso, Cæsare l. 1. v. 4. quorum fœdera & affinitates iam olim increpans Cato exclamauit Rempublicam sponsarum lenocinio corruptam prodi. Appian.
p Ad libertatem nostram tuendam plus profuit Ptolemæus, qui Pompeium; plus Parthi, qui Crassum trucidarunt. q Libertatem à Ptolemæo donatam simul cum bello deseritis.

Spar-

Spernite.[r] *quis vestras vlla putet esse nocenteis*
Cæde manus? credet facileis sibi terga dedisse,
Credet ab Emathijs primos fugisse [f] *Philippis.*
Vadite securi: meruistis iudice vitam
Cæsare, non armis, non obsidione subacti.
O famuli turpes, domini post fata prioris
Itis ad [t] *hæredem.* [u] *cur non maiora mereri,*
Quàm vitam, veniamq; libet? rapiatur in vndas
Infelix Magni coniux, prolésque Metelli:
Ducite Pompeios: Ptolemæi vincite munus.
Nostra quoque inuiso quisquis feret ora tyranno,
Non parua mercede dabit, sciat ista iuuentus
[x] *Ceruicis precio* [y] *bene se mea signa secutam.*
Quin agitè, & magna meritum cum cæde parate
[z] *Ignauum scelus est tantùm fuga. Dixit: & omnis*
[a] *Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,*
Quàm [b] *simul* [c] *effetas linquunt examina* [c] *ceras,*
Atque oblita faui [d] *non miscent nexibus alas,*
Sed sibi quæque volat, nec iam degustat amarum
Desidiosa thymum: [e] *tum si sonus increpat æris,*
Attonitæ posuêre fugam, [f] *studiúmque laboris*
Florigeri repetunt, & sparsi mellis amorem:
Gaudet in [g] *Hyblæo securus gramine pastor*
[h] *Diuitias seruasse casæ: sic voce Catonis*
Inculcata viris iusti patientia Martis.
[i] *Iámque actu belli non doctas ferre quietem*
Constituit mentes, seriéque agitare laborum.
Primùm litoreis miles [k] *lassatur arenis.*
Proximus in mutos, & mœnia Cyrenarum
Est labor: [l] *excluſus nulla se vindicat ira:*
[m] *Pœnáque de victis sola est, vicisse, Catoni.*

r Quis credat vos fuisse pugnando manus vtiles cædi hostium cruentasse? imò credet potius fugam á vobis in Pharsalico prælio ceptam.

f Ad v. 680. l. 1.

t Dominatus successorem.

u Sed cur non & maiora suscipitis stolera, quò ampliora à Cæsare accipiatis præmia quàm vitam & vitam? Cur non Corneliam, iuuenes Pompeios, vel me prodentes perdentésve melius de Cæsare meremini, quàm ipse Ptolemæus?

x Mex.

y Sibi vilitet.

z Fuga est simplex defectio, nisi & aliud adiungatis scelus.

a Cilicas secedere volentes ad officium & in castra reuocatæ non secus atque apum examina in alueos reducuntur tinnitu æris.

b Vbi, postquam.

c Fetu destitutos fauos.

d Non in formam vuæ ceu racemi pendent ab arbore βοτρυδὸν, nec conglobatim volant.

e Al. *at Phrygij simul vt crepat æra.* Virg. 4. Geo. *Tinnitusque cie & Matris quate cymbala circum.*

f *Ipsa lentus more suo sese in cunabula condunt.* g Hybla, Siciliæ mons floribus & melli. ficijs clarus. h Apes. i Iamque, ne per ocium ad seditiones relaberentur, militaribus operibus eos exercuit. k Exercitatione vel itinere. l Sed Plutarchus in Catone Min. refert, cum profectum Cyrenen, receptum fuisse, cùm paucis ante diebus Labienus inde esset exclusus. m Non crudeliter vsus est victoriâ; non aliam sumpsit de hostibus pœnam, præterquam ipsos vicisse, id illi supplicij satis visum.

n Ibi (i. Cyrenis, inquit Plut.) cum inuasisset Scipionem à Iuba susceptum, & vni esse Atium Varum cum copijs quæ Pompeius Africæ præfecerat hyeme durante ad eos itinere terrestri contendit. Eorum copias, inquit Paterculus, auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum, locorúmque inopiâ, perdullis ad eor legionibus. qui, cùm summum ei à militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit. l. 2.

o l. 1. v. 367.

p Et tamen Catonis virtuti nulla via erit inuia.

q Vtrùm (inquit poeta, in rationis Physicæ de natura Syrtium inquisitionem digressus) Natura vel naturæ molitor Deus, cum è rudi Chao cætera omnia eximeret, loca hæc reliquerit indigesta atque indiscreta: sine olim in totum mari contecta, iam à rapido vicini Solis calore exhausta alibi emineant vadosa, procedente verò tempore in totum exhalarint humorem & in terram penitus solida sint futura. r Neque litore arcet maria; sed incerto sinu est mare vadosum, alternis finibus atque reflurus vicibus dubium, terræ ac maris mirâ inæquabilitate. s Mersa erit. t Sol & sidera maris fluctibus & exhalationibus ali opinabantur Stoici & alij vet. Arist. l. 2. Meteor. & hos secuti poetæ, connexa polus dum sidera pascet. AEn. 1. Virg. vide l. 1. v. 415. u Attrahit magna ex parte. x Terridæ. y Obstat adhuc, quo minus in terram solidam totus abeat, quod temporis processu fiet. z Poeta Caronem partim itinere classe emensum vsque ad Tritonidem paludem fingit. a Milites nauì vectos. b In regiones Meridionales. c Auster impetu arcuit mare tentatum classibus, repulitque vndas longè à Syrtibus. Idem Auster obiecit ponto cumulos arenæ ingestos interruptis vadis. d Vela cursù impellens Auster, non passis ea à nautis dimitti, fractis funibus rapuit. e Cumque malecillum aperta fluctus tentarent subuectare vela— f —sinus velorum propellebant vltra precem.

n [1] *Inde peti placuit Libyci contermina Mauris*
Regna Iubæ; sed iter medijs Natura negabat
o *Syrtibus:* p *has audax sperat sibi cedere virtus.*
q *Syrtes vel primam mundo Natura figuram*
Cùm daret, in dubio pelagi terræq; reliquit.
(Nam r *neq; subsedit penitus, quò stagna profundi*
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus:
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes:
Æquora fracta vadis, abruptáque terra profundo,
Et post multa sonant proiecti litora fluctus.
Sic malè deseruit, nullósque exegit in vsus
Hanc partem natura sui.) vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitúsque t *natabat:*
Sed t *rapidus Titan ponto sua lumina pascens,*
Æquora u *subduxit zonæ vicina* x *perustæ:*
y *Et nunc pontus adhuc Phœbo siccante* y *repugnat.*
Mox vbi damnosum radios admouerit æuum,
Tellus Syrtis erit: nam iam breuis vnda supernè
Innatat, & latè perituram deficit æquor.
z *Vt primùm vernis actum mare propulit omne*
a *Classis onus, densis fremuit niger imbribus Auster*
b *In sua regna furens:* c *tentatum classibus æquor*
Turbine defendit, longéque à Syrtibus vndas
Egit, & illato confregit litore pontum.
d *Tum quarum recto deprendit carbasa malo*
Eripuit nautis, frustráque rudentibus ausis
e *Vela negare Noto,* f *spatium vicêre carinæ,*

Atque

Atque[f] *vltra proram tumuit sinus.*[x] *omnia siquis*
Prouidus antennæ suffixit lintea summæ,
Vmotitur, & nudis auertitur armamentis.
Sors melior classi, quæ fluctibus incidit altis,
Et certo iactata mari,[i] *quæcunque leuatæ*
Arboribus cæsis flatum effudêre prementem:
[k] *Abstulit has ventis liber contraria voluens*
Æstus, &[l] *obnixum*[m] *victor detrusit in Austrum.*
[n] *Has vada destituunt, atque interrupta profundo*
[o] *Terra ferit puppes:*[p] *dubioq; obnoxia fato*
[q] *Pars sedet vna ratis, pars altera pendet in vndis.*
Tunc magis impactum[r] *breuibus mare, terraq; sæuit*
Obuia consurgens: quamuis elisus ab Austro,
Sæpe tamen cumulos fluctus non vincit arenæ.
Eminet in[s] *tergo pelagi procul omnibus aruis,*
Inuiolatus aqua, sicci iam pulueris agger.
Stant miseri nautæ, terræq; hærente carina
Litora nulla vident.[t] *sic partem intercipit æquor:*
Pars ratium maior regimen, clauúmque secuta est,
Tuta fugâ, nautásque loci sortita peritos,
Torpentem Tritonos adit illæsa paludem.
Hanc, vt fama,[u] *Deus, quem toto litore pontus*
Audit ventosa[x] *perflantem murmura concha,*
[y] *Hanc & Pallas amat:*[z] *patrio quæ vertice nata*
[b] *Terrarum primam Libyen (nam proxima cœlo est,*
Vt probat ipse calor) tetigit: stagnique quieta
Vultus vidit aqua, posuitq; in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab vnda.

g Quòd si quis vela collecta antenæ subtrinxisset, vincitur tamen vi Austri, & auertitur à cursu quæ intenderat, spoliatis velo antennis.

h Minus vexabantur illæ naues quæ altum tenuerunt mare, euitatis his insectis inter Syrtes vadis.

i Quæ leuiores factæ succisis malis ventum effudere.

k AEstus obuius, sui iuris, vt contra quem non obnitebantur vela, has eripuit ventis.

l Contra quem obnitebantur.

m AEstus potentior vento.

n Alias.

o Arena.

p Arenæ an aquis sit peritura.

q Prora hæret in vado, puppis fluctuat in vndis.

r **The flats, the sholes.**

Iu brauia & Syrtes verget, miserabile visu, Illidit ne vadis, aquæ aggere cingit arena.

s *Dorso maris.* Virg. AEn. 1.

t Sic nauium aliæ à Syrtibus retinebantur, aliæ gubernatorum peritiâ è Syrtibus in altum proiectæ appellebant ostium fluuij Tritonis iuxta Tritonida paludem in Africa Propria, Mela l. 1. c. 7. u Tricon, Neptuni tubicen. x *Cærula concha exterrentem fœta.* AEn. 10. Virg. *conchâque sonanti Iussit, &c.* Ouid. 1. Met. y Vt quæ ibi primum apparuisse dicitur in terra proximiore cœlo. hinc *Pallantias* dicta Callimacho & Plin. & Solin. c. 40. palus, quam Triton amnis influit, vbi speculatam se artium deam credidêrunt. z E cerebro Iouis nata. Ouid. Fast. 3. summa quippe aeris regio tribuitur Minervæ, vt medio Ioni & infimæ Iunoni. b AEgyptum, inquit Marcellinus l. 22. omnium antiquissimam, nisi quòd super antiquitate certat cum Scythis, de quo certamine vide quæ Iustinus l. 2. & Claudian. in Eutropium. Herodotus tamen cum Phrygijs AEgyptios contendisse refert l. 2.

c Cirea etiam Syrtium eorum, Berenicen ciuitatem alluit Lethon (ita appellat Solinus c. 40.) amnis, infernis vt putant, emundatione prorumpens, & apud priscos vates lætice memorarus obliuionis. Quatuor longè à Tritonide palude distant Lethon cum Lethe fl. & Hesperidum horti.

d Perpetuus draconis, siue ille pastor fuerit custodiens τὰ χρύσεα μῆλα.

e Pecora, nativo rutilo colore, vt Athenæus vult l. 12. c. 7. cum mala citrea Medica, aurea inuoluerit sinuosus amnis. vt Plinius l. 5. c. 1.

f Hesperi filiarum, AEgles, Aretusæ & Hesperethusæ. quarum hortum Solinus c. 37. Virg. 4. AEn. & Plin. l. 5. c. 1. in Mauritania Tingitana ponunt. atque idem Plin. l. 5. c. 1. ad Syrtim Ma. Sed Claudianus 1. laud. Stiliconis, ad Tritonem fl.

f Maligni est antiquitati fidem denegare & in poetis fidem requirere.

g Aureis pomis.

h Hesperides, modo ad v. 358.

i Arbores aurifera.

k *Alcida adortus nemoris opulenti domos Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.* Sen. Herc. Fu. v. 238. l Eurystheo Argiorum regi, qui iussu Iunonis fuit Herculi ὑπηρετῶν τῶν.

m Classis pars Syrtibus prouecta sub Pompeio non vltra litus Garamantum, appulit meliorem Africæ partem, vbi Varus. sed vide quæ ad v. 120. supra. n Supra v. 300. o Terrestri itinere circuire. p Timebat quippe tempestates hyeme iam claudente maria sperabatque clementiam iter brumâ mitigante regionis calorem. Ita, inquit Plutarchus, per Africam hyberno tempore suos traduxit, haud multo pauciores decem millibus, spacio 30. dierum. Strab. vlt. l. q Liberâ. r Quicunque sorti estis animo & patriæ amantes; sequimini me libertatem petentes per deserta, sitim, æstum, discrimina serpentum, &c.—

Sicca-

c *Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis* 355
Infernis, vt fama, trahens obliuia venis:
Atque d *insopiti quondam tutela draconis,*
e *Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.*
f *Inuidus, annoso famam qui derogat æuo,*
Qui vates ad vera vocat. Fuit aurea silua, 360
g *Diuitiisq; graues, & fuluo germine rami,*
h *Virgineusque chorus nitidi custodia luci,*
Et nunquam somno damnatus lumina serpens,
i *Robora complexus* i *rutilo curuata metallo.*
k *Abstulit arboribus pretium, nemorique laborem* 365
Alcides: passiusq; inopes sine pondere ramos
Rettulit l *Argolico fulgentia poma tyranno.*
m *His igitur depulsa locis, eiectáque classis*
Syrtibus, haud vltrà Garamantidas attigit vndas:
Sed duce Pompeio Libyes melioris in oris 370
Mansit. n *At impatiens virtus hærere Catonis*
Audet in ignotas agmen committere gentes,
Armorum fidens, & o *terra cingere Syrtim.*
p *Hæc eadem suadebat hyems, quæ clauserat æquor.*
Et spes imber erat, nimios metuentibus ignes: 375
Vt neque sole viam nec duro frigore sæuam,
Inde polo Libyes, hinc bruma temperet annus:
Atque ingressurus steriles, sic fatur, arenas.
O quibus vna salus placuit mea castra secutis
Indomita ceruice mori, componite mentes 380
Ad magnum virtutis opus, summosq; labores.
r *Vadimus in campos steriles, exustáque mundi,*
Quà nimius Titan, & raræ in fontibus vndæ,

m Classis pars Syrtibus prouecta sub Pompeio non vltra litus Garamantum, appulit meliorem Africæ partem, vbi Varus. sed vide quæ ad v. 120. supra. n Supra v. 300. o Terrestri itinere circuire. p Timebat quippe tempestates hyeme iam claudente maria sperabatque clementiam iter brumâ mitigante regionis calorem. Ita, inquit Plutarchus, per Africam hyberno tempore suos traduxit, haud multo pauciores decem millibus, spacio 30. dierum. Strab. vlt. l. q Liberâ. r Quicunque sorti estis animo & patriæ amantes; sequimini me libertatem petentes per deserta, sitim, æstum, discrimina serpentum, &c.—

Sicca-

Siccáque letiferis squalent serpentibus arua,
Durum iter ad leges, patriæq; ruentis amorem
Per medias Libyen veniant, atque inuia tentent,
Si quibus in nullo positum est euadere voto,
Si quibus ire satest. neq; enim mihi fallere quẽquam
Est animus, tectóque metu perducere vulgus.
Hi mihi sint comites, quos ipsa pericula ducent,
Qui me teste, pati, vel quæ tristissima, pulcrum,
[f] Romanumq; putant. [t] at qui sponsore salutis
Miles eget, capiturque animæ dulcedine, vadat
Ad [u] dominum meliore via. dum [x] primus arenas
Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam,
Me calor ætherius feriat, mihi plena veneno
Occurrat serpens; fatóque pericula vestra
Prætentate meo: sitiat, quicunque [y] bibentem
Viderit: aut vmbras nemorum quicunq; petentem
Æstuet: aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat; si quo fuerit discrimine notum
Dux, an miles eam. serpens, sitis, ardor arenæ,
Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris;
Lætius est, quoties magno sibi constat honestum.
[z] Sola potest Libye turbam præstare malorum,
Vt deceat fugisse viros. Sic ille calentes
Incendit virtute animos, & amore laborum,
[a] Irreducemq; viam deserto limite carpit:
[b] Et sacrum paruo nomen clausura sepulcro
Inuasit Libye securi fata Catonis.
[c] Tertia pars rerum Libye, si credere famæ
Cuncta velis: [d] at si ventos cœlumq; sequaris,
Pars erit Europæ. [e] nec enim plus litora Nili,
Quàm Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt:

f Romano. i. forti viro dignum.
t — Qui verò adeo ignaui sunt, vt salutis suæ & vitæ plus consulant quàm honesto & libertati, iis patet mollior & facilior ad turpem seruitutem via.
u Cæsarem libertatis oppressorem.
x Septem continuatis diebus iter factum est, cùm ipse agmen pedes duceret neque vnquam equo aut iumento veteretur. Cœnabat etiam sedens; nam post Pharsalicam cladem, priori id luctui addiderat, vt nunquam nisi dormiendi causa accumberet. Plutarch. in Catone Min. Strabo verò in vit. l. refert eum 30. diebus Syrtim lustrasse.
y Me.
z Timiditatis & turpis fugæ crimine absoluet nos iter hoc per Libyæ pericula omni hoste grauiora sponte susceptum.
a Per quam nos erit redeundum.
b Et Cato securus fati, quod eum hic manebat, inuasit Libyam sibi fatalem.
c Si vulgarem admittas orbis diuisionem, Africa est tertia orbis pars: ita & Gallius in bello Iugurthino in diuisione inquit, orbis terræ plerique

in parte tertia Africam posuere: pauci, tantummodo Asiam & Europam esse. sed Africam in Europa, &c. d — At si ventorum cœlique reuoluti rationem sequaris; Africam complectitur confinium orbis mediterranei, vti Asia Orientalem. e Neque enim Nilus qui Africam, in diuisione tripartita, ab Asia differminat, remotior est à Gadibus inf. extremus Hispaniæ, quàm Tanais fl. qui cum Euxino, in quem profluit, Europam ab Asia diuidunt.

f Ad quas Gades, Europa separatur ab Asia interiectu maris Mediterranei.

g Et tamen Asia est maior orbis terrarū pars, quàm Europæ coniuncta Africa.

h Cùm Africa & Europa in Orientem effundant Zephyrū; illa à Noto, hæc à Boreali parte: Asia sola se extendens vtrinque ad Austrum à dextra, ad Boream à sinistra, vendicat sibi totum Eurum.

i Libyes pars occidua sterilior est, ficca tamen. Plin. l. 5. c. 22.

k A Septentrione immissos.

l Boreas enim qui nobis serenus est, illis pluuiam inducit vt Auster contra nobis humidus & imbriser, illis serenus.

m Pura enim & simplex terra, vbere tantùm glebæ potens, non sterilescit admistione venarum metallorum. sic Pers. Sat. 2. *Et Calabrum coxit vitiato murice vellus.* Iuuenal. Sat. 3. *nec ingenuum violauit marmora tophum.* & infra v. 519.

n Tantùm Mauritaniæ diuitiæ sunt ciri arbores, quarum tamen vsum non nouerat vltrì quàm vmbris earum gaudebant nostris verò

Vnde Europa fugit Libyen, & litora fluxu
Oceano fecere locum: [g] *sed maior in vnam*
Orbis abit Asiam. [h] *nam cùm communiter istæ*
Effundant Zephyrum, Boreæ latus illa sinistrum
Contingens, dextrúmque Noti, discedit in ortus
Eurum sola tenens. [i] *Libycæ quod fertile terræ est,*
Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus vllis
Soluitur: [k] *Arctoos varis* [l] *Aquilonibus imbres*
Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.
[m] *In nullas vitiatur opes; non ære, nec auro*
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura,
Et [m] *penitus terra est.* [n] *tantum Mauruſia genti*
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.
In nemus ignotum nostræ venêre secures:
[o] *Extremóque epulas, mensásque petiuimus* [o] *orbe.*
[p] *At quæcunque vagam Syrtim complectitur ora*
Sub nimio proiecta die, vicina perusti
Ætheris, exurit messes, & puluere [q] *Bacchum*
Enecat, & [r] *nulla putris radice tenetur.*
Temperies vitalis abest: & nulla sub illa
Cura [s] *Iouis terra est: Naturâ deside torpet*
[t] *Orbis, & immotis* [u] *annum non sentit arenis.*
Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,
Quas [x] *Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto*
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit. [y] *nam litoreis populator arenis*
Immixet, & nulla portus tangente carina,
Nouit opes. sic cum toto commercia mundo

f Vnde Europa fugit Libyen, & litora fluxu 415
Oceano fecere locum: g sed maior in vnam
Orbis abit Asiam. h nam cùm communiter istæ
Effundant Zephyrum, Boreæ latus illa sinistrum
Contingens, dextrúmque Noti, discedit in ortus
Eurum sola tenens. i Libycæ quod fertile terræ est, 420
Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus vllis
Soluitur: k Arctoos varis l Aquilonibus imbres
Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.
m In nullas vitiatur opes; non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura, 425
Et m penitus terra est. n tantum Mauruſia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.
In nemus ignotum nostræ venêre secures:
o Extremóque epulas, mensásque petiuimus o orbe. 430
p At quæcunque vagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio proiecta die, vicina perusti
Ætheris, exurit messes, & puluere q Bacchum
Enecat, & r nulla putris radice tenetur.
Temperies vitalis abest: & nulla sub illa 435
Cura s Iouis terra est: Naturâ deside torpet
t Orbis, & immotis u annum non sentit arenis.
Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,
Quas x Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis 440
Syrtis alit. y nam litoreis populator arenis
Immixet, & nulla portus tangente carina,
Nouit opes. sic cum toto commercia mundo

n summo precio & honore sunt lectuli & mensæ è citro. *Accipe felicis Atlantica munera syluæ. Aurea qui dederit dona, minora dabit.* Martial. ep. 89. l. 14. vide Plin. l. 13. & 15. c. 5. o E Mauritania. p Orientalis verò Africæ pars quæ in Meridiem excurrit, Syrtes complexa, zonæ torridæ subiecta aut vicina, solis æstu exusta, in totum sterilis est. q Vites. r Soluta in pulueres, non habet arbores. s Cœli & ætheris; pluuiæ. vt I. 8. v. 447. vel simpliciter, Dei. t Illa ecbis terr. pars. u Anni vices & vires. x Nasamones Africæ pop. in solo aremoso, vicini Syrtibus, quarum naufragijs victitant, quippe obsidentes litora & æstu destitutæ nauigia nocti sibi vadis occupant. Curt. 4. y Et quamuis penitus atque commercij experters sint, fruuntur tamen merciibus & opibus ab omni orbis parte, quibuscum Syrtibus allisa,

Nau-

Naufragijs Naſamones habent. Hâc ire Catonem
Dura iubet virtus. [z] *illic ſecura iuuentus*
Ventorum, nullâſque timens tellure procellas,
Æquoreos eſt paſſa metus. [a] *nam litore ſicco,*
Quàm pelago, Syrtis violentiùs excipit Auſtrum,
Et terræ magis ille nocet, [b] *non montibus ortum*
Aduerſis frangit Libye, ſcopuliſque repulſum
Diſſipat, & liquidas è turbine ſoluit in auras:
Nec ruit in ſiluas, annoſâque robora torquens
Laſſatur: patet omne ſolum, libérque meatu
[c] *Æoliam rabiem totis exercet arenis:*
At [d] *non imbriferam cum torto puluere nubem*
In flexum violentus agit: pars plurima terræ
Tollitur, [e] *& nunquam reſoluto vertice pendet.*
[f] *Regna videt pauper Naſamon errantia vento,*
Diſcuſſasq; domos: volitantq; à culmine raptæ
Detecto Garamante caſæ. non altiùs ignis
[g] *Rapta vehit: quantúmque licet conſurgere fumo,*
Et violare diem, tantum tenet aëra puluis.
Tum quoque Romanum ſolito [i] *violentior agmen*
Aggreditur, nullúſque poteſt conſiſtere miles,
Inſtabilis [k] *raptis etiam, quas calcat, arenis.*
[l] *Concuteret terras,* [m] *orbémque à ſede moueret,*
Si ſolida Libye compage, & pondere duro
Clauderet exeſis Auſtrum ſcopuloſa cauernis:
Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
Nuſquam [n] *luctando ſtabilis manet: imaq; tellus*
Stat, quia ſumma fugit. galeas, & ſcuta virorum,
Piláque contorſit violento [o] *ſpiritus actu,*
[p] *Intentúſque tulit magni* [q] *per inania cœli.*
[r] *Illud in externa forſan longéque remota*

z Atque hic Romani ſecuri iam, vti credebant, ventorum, experti ſine grauiores procellas in terra quàm quæ in æquore timentur.
a In plana enim & expoſita regione iuxta Syrtes, violentiùs furit Auſter quàm in pelago; molores hîc arenæ quàm ibi aquarum fluctus concitant.
b Non habet illa pars Africæ montes, ſcopulos aut ſyluas quæ venti impetum frangant & in aëreas reſoluant: ſed patet, expoſita rapidis ventis.
c Ventorum ex Æoli antro euentium rabiem.
d Sed areniferam.
e Neque vnquam in aëre ſuſpendium, more nubis imbriferæ reſoluta.
f Vrbes & terram quam poſsidet. vel ædes & tuguria. vt ecloga. 1. Virg. *mea regna videmus.* Cic. 2. de Oratore, *niſi in tuo regno eſſemus.*
g Quæcunque rapuit, fauillam, flammam, fumum.
h Obſcurare lucem diei.
i Ventus.
k A vento ſubtractis.
l Quòd ſi Africa daretur eſſe ſolii quod ventis reſiſteret; aut cauernoſa, quæ ventos

claderet: ventorũ proculdubio rabie dimoueretur è loco. m Illam orbis partem, Libyam. n Reſiſtendo ventorum flatibus. o Ventus. p Continuus, non intermittens. q Per aëra. r Videtur poeta non tam ad miracula, & præmonita Deorum referre has pluuias prodigioſas, quàm ad rationem Phyſicam. atque in illorum inclinare ſententiam, qui opinantur illas quæ ita per pluuiam decidunt, vi ventorum in ſublime ejecta è longinquis locis ferri atque inde decidere. quanquam hæc alijs à calore Solis attrahi atque ex aptitudine materiæ nascique credunt. Ariſt. 5. Phyſ. c. 2. & de gen. animal. l. 4. c. 4.

Pro-

Prodigium tellure fuit: delapsaq; cœlo
Arma timent gentes, hominumque erepta lacertis
A superis demissa putant. f *sic illa profectò*
t *Sacrificò cecidêre Numæ, quæ* u *lecta iuuentus*
Patritia ceruice mouet: spoliauerat Auster
Aut Boreas populos ancilia nostra ferentes.
Sic x *orbem torquente Noto Romana iuuentus*
Procubuit, metuénsque rapi, constrinxit amictus,
Inseriitq; manus terræ: y *nec pondere solo,*
Sed nixu iacuit, vix sic immobilis Austro,
z *Qui super ingenteis cumulos inuoluit arenæ,*
Atque operit tellure viros. vix tollere miles
Membra valet, multo congestu puluer is hæretes.
Alligat & stantes affusæ magnus arenæ
Agger, & immoti terra surgente tenentur.
Saxa tulit penitus discussis proruta muris,
Effuditq; procul miranda sorte malorum:
Qui nullas vidêre domos, vidêre ruinas.
b *Lamq; iter omne latet: nec sunt discrimina terræ*
Vlla, nisi c *ætheriæ medio velut æquore* c *flammæ.*
Sideribus nouere vias: nec sidera d *tota*
Ostendit Libycæ e *finitor circulus oræ,*
Multáque e *deuexo terrarum margine celat.*
g *Vtque calor soluit, quem torserat aëra ventus,*
h *Incensusque dies; manant sudoribus artus;*
Arent ora siti: conspecta est parua i *malignâ*
Vnda procul venâ: k *quam vix è puluere miles*
Corripiens, patulum galea confudit in orbem,
Porrexítque duci. squalebant puluere fauces
Cunctorum: minimúmque tenens dux ipse liquoris

f Ita fortasse ancile illud quod Numæ tempore è cœlo decidisse creditur, aliunde huc vento delatum est.
t Sacrorum & religionis Institutori.
u Salij, sacerdotes Martis, è Patritijs lecti. l. 1, v. 603.
x Arenas, terram Libycam, vt supra v. 466.
y Vix prono in terram nimi laborrati trahebantur se Romani, quo minùs ab Austro abriperentur.
z Alludit ad historiam Psyllorum, qui Nasamonibus vicini, cùm ab Austro valido & diutino aliquando vexarentur, contra illum tanquam hostē profecti, interierunt congestu arenæ vniuersi oppressi. Herodot. l. 4. A. Gel. l. 16. c. 11.
a Aggestis arenæ cumulis, & tenacissimo sabulo, quod præalcum & vestigio cedens grè molliuntur pedes.
b Vinum sc. signis arenâ obrutis.
c Stellæ velut nauigantibus obseruatæ. Inter Syrtes, quàmuis terrâ pergentibus, iter sideribus definitur, nec aliter cursus patescit. Nam parvis soli faciem arena mutat, &c. Seliuus c. 40.
d Al. tota, i. Australia, nobis Septentrionem versus positis ignota, non vila.
e Horizon ille, ab ὁρίζω, terminus enim & diuidit superius hemisphærium ab inferiori.
f Insolatus, sub terra demersus.
g Simulatque aer venti agitatione refrigeratus interfectum die locauit.
h Vulgati lib. habent: *Incensúsque dies (sanè mundi spiritus ardet, sanè plaga, quam nullus Superi mortalibus vsus Arat, medio feruet die, calcatur, & ipsum Se (olim umbra dabat) meridie sol. &c.* quam Parenthesin, inepte ex loco inferiore repetitam, emisit Grotius, quòd in Mſs. deesset.
i Cumuli vel tenui lamā.
k Similia quædam de Alexandro refert Q. Curtius l. 7. & Plutarch. in vita Alex.

[l] Inuidiosus erat. Méne, inquit, degener vnum
Miles in hac turba vacuum virtute putastii?
Vsque adeò mollis, primisq; caloribus impar
Sum visus? quanto pœna tu dignior ista,
Qui populo sitiente bibas! sic concitus ira
Excussit galeam, [m] suffecitque omnibus vnda.
Ventũ erat ad templum, Libycis quod gentibus vnũ
Inculti Garamantes habent: [n] stat corniger illic
Iupiter, vt memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus [o] Ammon.
Non illic Libycæ posuerunt ditia dentes
Templa: nec Eois splendent donaria gemmis.
Quamuis AEthiopum populis, Arabumque [p] beatis
Gentibus, atque Indis [q] vnus sit Iupiter Ammon,
Pauper adhuc Deus est, [r] nullis violata per ævum
Diuitijs delubra tenens: [s] morúmque priorum
Numen [t] Romano templum defendit ab auro.
[u] Esse locis Superos testatur [x] silua per omnem
Solã virens Libyen. [y] nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes: [z] solus nemus extulit Ammon.
[a] Siluarum fons causa loco, qui putria terræ
Alligat, & domitas vnda connectit arenas.
[b] Sic quoque nil obstat Phœbo, cũ [c] cardine summo
Stat librata dies: [d] truncum vix protegit arbor:

l Inuidiæ obnoxius, si solus bibisset.
m Nemine desiderante illud cui abstinuisset dux.
n Iup. arietini formã, vel vmbilico tenus (vt habet Q. Curtius l. 4.) stanti fictilis, cultus. quòd hic Libero patri exercitum ducenti, siti fatigato, & Iouis patris imploranti auxilium, statim vitis arietis, fons exiluit arenis, vide Diod. Sic. l. 17 & Herodot. Euterp.
o Ab ἄμμος. quòd in Cyrenaica regione arenosã templum illi conditum sit. Pausan. in Messen. à pastore eiusdem nominis dicti eum. aut ex Hebræo est. quid si à יאשן solatio, simulachro Iouis in excelso loco extructo.
p Diuitibus, Felicis Arabiæ incolis. *Terri beatis nunc Arabum nuidrs gazis.* Hor. 29. ode. l. 1.
q Vnum, commune, & summum numen, cuius oraculum non Pythio cedit. AEthiopes autem Asiani dicti sunt Indi. Philostratus l. 3. de vita Apollonij vocat γένος ἰνδικὸν. l. 6. ἔστι δὲ ἰνδῶν τὰ ἄκρα, & ἔσχατοι ἰνδῶν. Euseb in lib. post. *AEthiopes ab Indo fluvio.*
r Sic Iuuenalis sat. 11. v. 116. *Fictilibus & nullo violatum Iupiter auro.* & supra 424. v. s Priscæ simplicitatis, incorruptæ fidei. t Ne polluatur auro templum more Romano. *In templis quid facis auratæ?* Pers. 2. sat. u Templo Ammonis fons proximat (inquit Solinus c. 40.) Soli sacer, qui humoris nexibus humum stringit, fauillam etiam in cespitem solidat. In qua glebã nec sine miraculo lucus viret, vndique secus agris arentibus. Plin. l. 2 c. 106. Curtius 4. Mela l. 1 c. 8. x Pontibus & syluis numina inesse credebat antiquitas. y Reliqua omnis regio interLeptin Minorem, quæ Libyphœnicum Africæ vrbs est, & Pentapolitanam regionem (quam Berenicida vocat à Berenice vnã è quinque vrbibus, nomen sortitã à Berenice Ptolomæi vxore cùm prius Hesperis dicta fuerit) arbores non habet. Plin. l. 5. c. 5. Strab. vlt. l. z — sola Ammonis arbores producit. a Modò ad v. 522. b Et quamuis sylua sit, non tamen arcet solem. Alij leg. *Hic quoque.* c Medio cœlo perpendiculariter. vide quæ ad v. 387. l. 2.
d Arboris frondes vix opacant truncum.

Tam

Tam breuis in medium radijs compellitur vmbra.
Deprensum est hunc esse locum, quà [c] *circulus alti*
Solstitij medium signorum percutit orbem.
[f] *Non obliqua meant,* [g] *nec Tauro Scorpius exit*
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ,
Aut Astræa iubet lentos descendere Pisces.
Par Geminis Chiron, [h] *& idē quod Carcinos ardens*
Humidus Ægoceros: nec plus Leo tollitur Vrna.
[i] *At tibi, quæcunque es Libyco gens igne diremta,*
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.
[k] *Te sequis Cynosura subit:* [l] *tu sicca profundo*
Mergi plaustra putas, nullumq; in vertice semper
Sidus habes immune maris, procul [m] *axis vterq; est,*
[n] *Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.*
[o] *Stabant ante fores populi, quos miserat Eos,*
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebant:
Sed Latio cessêre duci: comitésque Catonem
Orant, exploret Libycum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi iudicet æui.
[p] *Maximus hortator scrutandi voce Deorum*
Euentus [q] *Labienus erat. Sors obtulit, inquit,*
Et Fortuna viæ, tam magni numinis [r] *ora,*
Consiliúmque Dei: tanto duce possimus vti
Per Syrtes belliq; datos cognoscere casus.
Nam cui crediderim Superos [s] *arcana daturos,*
Dicturósque magis, quàm sancto vera Catoni?
Certè vita tibi semper directa [t] *supernas*
Ad leges, sequerísque Deum. datur ecce loquendi

c Tropicus æstiuus (qui Proclo est vertici proximus) tangitur à Zodiaco. vel colurus solsticialis. *Al.* Æquinoctialis.
f Lucanus (inquit Iosf. Scal. in prolegomenis ad Manilium) quum legisset apud rudiores priscæ Matheseos magistros sub rectâ sphærâ Zodiacum ad verticem esse, & omnia signa propterea oriri rectè (quod vtique falsum est, cùm obliquatio quædam sit etiam sub Æquatore) scisset autem sub Tropico Cancrum culminare omnium signorum Borealissimū, hinc putauit totum quoque Zodiacum μιᾷ ἀνατολῇ, & consequenter omnia signa rectè oriri, &c. Atque adeò quia medios signorum ordo culminat, ideò ipsa non obliqua meare, sed recta, &c.
g Rectè & æqualiter ascendunt descendúntque opposita sibi in Zodiaco signa, Taurus & Scorpius, Aries & Libra, Virgo & pisces, Gemini & Sagittarius, Cancer & Capricornus, Leo & Aquarius.
h Quia nobis Septentrionem versus sicis Cancer æstiui solstitij signum est, vt Capricornus, hiemalis: *Neque tamen Ammonitis sub Æquatore est, sed citra Tropicum Cancri.* i Iis verò, qui à nobis diuidutur torridâ zonâ, aut quorum zenith Sol Cancrum versus transierit, vmbra proijcitur in Austrum, vt nobis in Arcton.— k —ijs, Vrsa minor, quæ, cùm polo vicinior sit, tardiùs moueri videtur, sub Horizonte est— l —ijs Vrsa maior, quæ nobis maris immunis est, h. e. non occidit subit Horizontem mari mergi visa. m Polus vterque Arcticus atque Antarcticus. n Medius inter vtrumque polum circumuoluitur Zodiacus. o Aderant ex Asia & Oriente populi ad limen templi Iouis Ammonis oracula consulturi: qui tamen Catoni cederent, si quid vellet. p Comites, & Labienus maximè Catonem orant, vt celebris huius oraculi fidem experiatur, consulatque de huius belli euentu. q I. 5. v. 346. r Oracula. s Declaraturos arcana. t Diuinas.

Cum

Cum Ioue libertas: [n] inquire in fata nefandi
Cæsaris, & patriæ venturos excute mores:
Iure suo populis vti, legúmque licebit,
An bellum ciuile perit, tua pectora sacra-
Voce reple: duræ saltem virtutis amator
Quære quid est virtus, & posce [x] exemplar honesti.
Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,
Effudit [y] dignas adytis è pectore voces,
Quid quæri Labiene iubes? [z] an liber in armis
Occubuisse velim potiùs, quàm regna videre?
An sit vita nihil, sed longam [a] differat ætas?
An noceat vis vlla bono? Fortunáque [b] perdat
Opposita virtute minas? laudandáque velle
Sit satis, [c] & nunquam successu crescat honestum?
Scimus, [d] & hoc nobis non altiùs inserit Ammon.
[e] Hæremus cuncti Superis, templóque tacente
Nil facimus non sponte Dei: nec vocibus vllis
Numen eget: [f] dixitq; semel nascentibus auctor
Quicquid scire licet: [g] sterileis nec legit arenas,
Vt caneret paucis, mersitq; hoc pulvere verum:
[h] Estné Dei sedes nisi terra, & pontus, & aër,
Et cœlum, & virtus? Superos quid quærimus vltra?
Iuppiter est quodcunque vides, quocunq; moueris.
Sortilegis egeant dubij semperque futuris
Casibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit: pauido, fortique cadendū est.
Hoc satis est dixisse Iouem. Sic ille profatur:
[k] Seruatáque fide templi discedit ab aris,
Non exploratum [l] populis Ammona relinquens.

n Exquire, explora quo in statu futura sit patria: liberine; an, frustra à nobis ad libertatem propugnandam sumptis armis, tyrannide oppressa.

x Vt exitus huius belli causam honestam & virtutem eorum qui pro patriæ libertate pugnauerint comprobet.

y *Erroty nisi illam vocem non M. Catonis, sed oraculi creatam. Quid enim est oraculum? Nempe voluntas diuina hominis ore enunciata. Et quæ tandem antistites fando Etrorem inuenere fides diuinitas potuit, quam Catonem?* Senec. controuers. l. 1. procem.

z An hæc, quæ iamdudum constant, neque opus habent oraculo consulto? potiórne sc. sit mors quàm seruitus? &c.

a Producat, non tamen mutet, inquit Grotius, qui ita reponit. cum alij legant, *longa an differat ætas?* Alij, *sed longam differat ætas?*

b Cùm forti nocere non possit.

c Et honestum non recipit magis aut minus laudis, quòd successu gaudeat aut careat.

d Neque hoc melius & plenius Ioue ipsius oraculum nobis ingeret, quàm nos sciamus. e Inest nobis anima diuinæ particula auræ; *est Deus in nobis, sibi quisque profectò Est Deus*; & vel tacente oraculo, Deum sequimur & fato paremus. f Et nobis omnibus nascentibus insenit Deus scientiam recti, atque discrimen boni ac mali. g Neque seclusit veritatem in oraculis solis, aut elegit sibi arenosum hunc Libyæ locum, vnde fata promeret paucis. h Estne alia vlla Dei sedes, quàm Vniuersum & Mens sapientis? i Nascentibus semel dictasse. v. 575. modò. k Salua oraculi fide; non diminutâ aut derogatâ Iouis ibi culti fide. l Orientalibus, vt supra v. 544. ipse non exploranit.

Ipse

Ipse manu sua pila gerens, [m] *præcedit ambeli*
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores,
Non iubet, & [n] *nulla vehitur cervice supinus,*
Carpentóve sedens. somni parcissimus ipse est,
Vltimus hausior aquæ. cùm tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus,
Stat, dum lixa bibat. Si veris magna paratur
Fama bonis. & si successu nuda remoto
Inspicitur Virtus, [o] *quicquid laudamus in vllo*
Maiorum, fortuna fuit. [p] *quis Marte secundo*
Quis tantum meruit populorum sanguine nomen?
[q] *Hunc ego per Syrtes, Libyæq; extrema triumphum*
Ducere maluerim, quàm ter Capitolia curru
Scandere Pompeij, quàm frangere colla Iugurthæ.
Ecce parens verus patriæ, dignissimus aris
Roma tuis; [r] *per quem nunquam iurare pudebit,*
[s] *Et quem, si steteris vnquam cervice soluta,*
Tunc olim factura Deum. Iam [t] *spissior ignis,*
Et plaga, [u] *quam nullam Superi mortalibus vltra*
A medio fecêre die, calcatur, & vnda
Rarior: inuentus medijs fons vnus arenis
Largus aquæ: sed quem serpentum turba tenebat
Vix capiente loco. stabant in margine ficcæ
[x] *Aspides, in medijs sitiebant* [y] *Dipsades vndis.*
Ductor, vt aspexit [z] *perituros fonte relicto,*
Alloquitur: [a] *Vana specie conterrite leti*
Ne dubita miles tutos haurire liquores:
Noxia serpentum est admisto sanguine pestis:
Morsu virus habent, & fatum dente minantur:
Pocula morte carent. Dixit; [b] *dubiumq; venenum*
Hausit: & in tota Libyæ fons vnus arena
Ille fuit, de quo primus sibi posceret vndam.
[c] *Cur Libycus tantis exundet pestibus aër*

[m] Supra v 394.
[n] Non lectici, non curru.
[o] Maiores fortunæ superarunt Catonē, illos Cato veræ virtute.
[p] Quis victoriâ & hostium cæde tantam gloriam est assecutus, quantam Cato continentiâ & tolerantiâ?
[q] Malim ego, inquit poeta, hanc Catonis per Syrtes fugam, quàm Pompeij tres triumphos. l. 9. v 685 aut Marij de Iugurtha triumphum.
[r] Tanquam numen. *Iurandâsque tuum per nomen ponimus aras,* Hor. 1. epist. l. 2.
[s] Et quem, si vnquā excusso domino dabitur tibi tui iuris esse, in Deorum numerum referes.
[t] Calor & æstus violentior.
[u] Vltra quam, nullam posuere Dij habitabilem. *Ita creditum antiquitus.*
[x] Serpentum genus, quo ictu torpore & sopore extinguuntur.
[y] Dipsas, serpens quemcunque morsu laeserit, siti enecat. διψᾶν τῦ διψᾶν. hinc Sirtes dictæ.
[z] Siti; nisi ex illo fonte biberent.
[a] Cùm non sit timendum ab aquis, quas non inficiunt veneno, sed à morsu solo, quo virus suum nostro sanguini admiscent.
[b] Aquam, quam reliqui tanquam venenatam horruerant.
[c] Cur Libya serpentibus abunder, non ita in promptu causa est, nisi fortè adhibenda sit fides fabulæ referenti, quòd cùm Perseus referens Medusæ caput *stridentibus alis Ipse super Libycas victor pendebat arenas, Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ: Quas humus exceptas variis animavit in angues. Vnde frequens illa est, infestáq; terra colubris.* Ou. Met. 4. Sed Nicander Titanū sanguini id tribuit

Fertilis

Fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti
Miscuerit Natura solo, non cura, laborq;
Noster scire valet: nisi quòd vulgata per orbem
[d]Fabula pro vera decepit secula causa.
Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus
Accipit Oceanum [e] demisso sole calentem,
Squalebant latè [f] Phorcynidos arua Medusæ,
Non nemorum protecta comâ, non mollia sulco,
Sed [g] dominæ vultu conspectis aspera saxis.
[h] Hoc primùm natura nocens in corpore sæuas
Eduxit [i] pestes: illis è faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis,
Femineæ qui more comæ per terga soluti,
Ipsa flagellabant [k] gaudentis colla Medusæ.
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ,
Vipereumq; fluit depexo crine venenum.
[l] Hoc habet infelix, cunctis impunè, Medusa,
Quod spectare licet. nam rictus, oráque monstri
Quis timuit? quem, qui recto se lumine vidit,
Passa Medusa [m] mori est? rapuit [n] dubitantia fata,
Prænenitq; metus: animâ periêre retentâ
Membra, nec emissæ riguêre [o] sub ossibus vmbræ.
[p] Eumenidum crines solos mouêre furores:
[b] Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu:
[r] Amphitryoniades vidit, cùm vinceret, Hydram:
Hoc monstrum timuit [s] genitor, [t] numenq; secundum
Phorcus aquis, Cetóque parens, ipsæq; [u] sorores
Gorgones: [x] hoc potuit [y] cælo pelagóque [z] minari
Torporem insolitum, mundóque obducere terram.
E cælo volucres subito cum pondere lapsæ:
In scopulis [a] hæsêre feræ: vicina colentes
Æthiopum totæ [b] riguerunt marmore gentes.

d Diod Sicul. l. 3.
e Occidue, prono.
f Filiæ Phorci ex Phorcynos & Ceto, Hesiod. Theogon.
g Medusæ, quæ visa omnia vertebat in saxa.
h In Medusa, namque Minerua crines eius in angues conuertit, quod in suo templo fuerat à Neptuno stuprata.
i Angues, colubros.
k His anguibus, vel colla sua ab his flagellari gaudentis.
l Hanc solùm Medusæ partem, crines sc. habet Medusa, quæ impunè spectatur. Nam vultum eius nemo impunè aspexerit.
m Sensu mortis affici.
n Dubitationem & moram mortis, vt l. 3 v. 645.
o Animæ retentæ & manentes in saxis.
p Collatione huius cum alijs monstris, amplificat. Furiæ anguicomæ conspectu tantùm inducunt furorem, l. 7. v. 178.
q Orphei carminibus stupens Demittit atrum bellua cerviceps aurem. Hor. ode 13. l. 2.
r Hercules impunè vidit Hydram, quam contudit.
s Sum.
t Deus maritus, Neptuni F. & illi proximus, pater Gorgonum ex Ceto nymphâ, ceu, vt alij volunt, monstro marino.
u Sthenio & Euriale sorores Medusæ, quæ Gorgonum sola mortalis erat.
x Hoc monstrum. i. Medusa.
y Metonymia.
z In saxa vertere, pertrifacere, vt loquuntur Philosophorum filij.
a Saxeæ fc. factæ.
b Obduruerunt in saxum.

Nullum animal visus patiens, ipsiq; retrorsum
Effusi faciem vitabant Gorgonis [c] *angues.*
[d] *Illa sub Hesperijs stantem Titana columnis*
In cautes Atlanta dedit: [e] *cœlóque timente*
Olim Phlegræo stantes serpente gigantes,
Erexit montes, bellumque immane Deorum
Pallados è medio confecit pectore Gorgon.
[f] *Quò postquam* [g] *partu Danaës, & diuite nimbo*
Ortum [h] *Parrhasiæ vexerunt Perseа* [h] *pennæ*
[i] *Arcados auctoris citharæ liquidæq; palæstræ,*
Et [k] *subitus præpes* [l] *Cyllenida sustulit* [l] *Harpen,*
Harpen [m] *alterius monstri iam cæde rubentem,*
A Ioue dilectæ fuso custode iuuencæ:
Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri,
[p] *Pacta caput monstri* [q] *terræq; in fine Libyssæ*
Persea Phœbeos conuerti iussit ad ortus,
Gorgonis [k] *auerso sulcantem regna volatu:*
[r] *Et clypeum lævæ fuluo dedit ære nitentem,*
In quo saxificam iussit spectare Medusam,
Quam sopor [t] *æternam tracturus morte quietem*
Obruit haud totam: vigilat pars magna [u] *comarum,*
Defenduntq; caput protenti crinibus hydri:
Pars iacet in medios vultus, [x] *oculiq; tenebras.*
Ipsa regit trepidum Pallas, dextráque tremente
Perseos auersi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus [y] *lunati vulnere ferri*
Cæsa caput Gorgon! quanto spirasse veneno

[c] Anguibus eorum. [d] Illius caput gestans Perseus, Atlanta regem Mauritaniæ ad Occidentem prope Herculis columnas Calpen & Abylam de gente Titanum, fuit enim Iapeti filius, in saxum vertit. Ouid. Met. 4.
[e] Quo tempore, in Phlegræis campis, l. 7. v. 145. Gigantum *quisque parabat Iuppiter angipedum captiuo brachia cœlo Centum*, quæ turba magnum terrorem intulerat Ioui: Medusæ caput à Pallade in pectore gestum Gigantes in saxa mutasse, atque ita auxilio fuisse, quos illi alios alijs superstruxerant.
[f] Ad Gorgadas sc. insulas maris Atlantici, Gorgonum domos.
[g] Perseo F. Danaes è Ioue in aureum imbrem conuerso, per impluuium decidenti in sinum virginis atque illi fœtum facienti. Ter. Enn.
[h] Talaria Mercurii, qui Arcas perhibetur. Parrhasium autem Arcadiæ opp. est.
[i] Sic Horat. l. 1. ode 10. *curua citharæ parentem* canit, *Qui feros cultus hominum recentum Voce formauit catus & decore Mercurialestræ*, vel vt D. Heinsius legit, *humore palæstræ* i. oleo, ceromate, vt nostri *liquidæ* i. vnctæ. [k] Perseus subitò volucer. [l] Falcatum Mercurij gladium. Ouid. 5. Met. *Cyllenide conspuit harpe.* [m] Argi centoculi, cuius custodiæ Iuno Io in iuuencam mutatam tradiderat. Ouid. Met. 1. [n] Virgo, casta. [o] Perseo Iouis F. [p] Clypeum æneum speculatum concessit Perseo, & pugnæ rationem docuit, ea conditione vt Medusæ caput ad ipsam perferret. [q] In vltima Africa. supra v. 659. [r] Auersa facie ne Medusam contueretur pernolantem Gorgadas inf. [s] Ouid. 4. Met. Perseus refert, *Te tamen horrenda, clypei, quem læua gerebat, Ære repercusso formam aspexisse Medusæ. Dumque grauis somnus colubros ipsamque tenebat, Eripuisse caput collo.* [t] Lethalem illi somnum flauerus. [u] Colubrorum, quos pro crinibus habuit. [x] Somno solutum oculum. [y] Harpe, falcati ensis.

Ora

Ora rear! quantumq; oculos effundere mortis!
Nec Pallas spectare potest: vultúsque [z] gelassent
Perseos [a] aduersi, si non Tritonia densos
Sparsisset crines, texissetq; [b] ora colubris.
[c] Alizer in cœlum sic rapta [d] Gorgone fugit.
[c] Ille quidem pensabat iter, propiusque secabat
Æthera, si mediis Europæ scinderet vrbes:
Pallas frugiferas iussit non [f] lædere terras,
Et [g] parci populis. Quis enim non præpete tanto
Æthera respiceret? [h] Zephyro conuertitur ales,
Itq; super Libyen, quæ, nullo consita cultu,
Sideribus, Phœboq; vacat: premit [i] orbita solis,
Exuritq; solum: [k] nec terra celsior vlla
Nox cadit in cœlum, lunæq; meatibus obstat,
[l] Si flexus oblita vagi per recta cucurrit
Signa, nec in Boream, aut in Notον effugit vmbram.
Illa tamen sterilis tellus, fecundáque nulli
Arua bono, virus stillantis tabe Medusæ
Concipiunt, dirósque fero de sanguine [m] rores,
Quos calor adiuuit, putriq; incoxit arenæ.
Hic, [n] quæ prima caput mouit de pulucre tabes,
Aspida [o] somniferam [p] tumida ceruice leuauit.
Plenior huic sanguis, & crassi gutta veneni
Decidit: in nulla [q] plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens [r] gelidum non transit in orbem
Sponte sua, Niloque tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycæ mortes, & fecimus aspida mercem.

z Gelu obrigescent in saxum.
a Aduersè. Emphaticè.
b Medusæ.
c Perseus alatus.
d Medusæ capite.
e Perseus sibi videbatur magè compendiosum initurus iter, si Europæ transnolaret. L. 8. v. 249. Sed vetuit Pallas.
f Sanguineis guttis in serpentes conuersis. supra v. 619.
g Ne Medusæ caput à Perseo alitæ gentis suspicientes in saxa mutarentur.
h Zephyri secundi flatu auertitur in Libyæ deserta Soli Zodiacũ peragranti subiectæ, atque æstui expositæ.
i Vestigium, iter sub Zodiaco ab vtroque Tropico obliquans Æquatorem.
k Atque Africa sub Æquatore altior est omni aliâ terrâ, inquit poeta, vnde vmbra terræ interposita Soli & Lunæ altius extenditur & plenilorem efficit Lunæ Eclipsim. Pulchra ac plausibilis plenæ Eclipseos phantasia: non tamen vtique vera. cùm non tumor orbis terrarum, qui ex omni parte æqualis est, sed trium corporum, Solis, terræ, Lunæ concentricitas Eclipsin reddat. l Vbi Luna, quæ ad 5. gradus ab Ecliptica vtrinque deflexit quandoque, iam non ita deviat: sed intra gradum vnum & quinque minuta ab Ecliptica in latitudinem ad Austrum vel Boream, signis subiecta, & Soli, qui Ecliptica usque tenet, opposita. m Guttas. supra v. 610. n Quæ ex puluere animato & sanguine Medusæ primum nata est. o Plures inquit Solinus c. 40. diuersæque sunt aspidum species, verùm dispares effectus ad nocendum. Dipsas siti interficit. Hypnale somno necat, teste etiam Cleopatrâ, emitur ad mortem. Τὴν μὲν γὰρ ὕπνος ἄγει βίοτον ἀπολέσσας. Nicand. Ther. p Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio, &c. Plin. l. 8. c. 23. q Veneni. r Non transit in gelidas orbis partes, nisi capta & asportata venalis, emitur ad mortem aspis, inquit Solin. c. 40.

f Hæmorrhois morsu sanguinem elicit, &c. Solin. ibid. Αἷμα δὲ ἐκ μυκτήρων καὶ ἀνχίνοος ὑδρὶ καὶ ὄφεσιν, &c. Nicand. Theriac.

t Terrâ & aquâ degens, amphibium serpentis genus. vndeὰ nomen ex χέρσος & ὕδωρ, ἀλλ' ὅτων ὕδωρ Σειρίος ἀζώνοισι, &c. Nicand. Ther.

u Graueolente, à tractu serpentis.

x ὑφιναι Nicandro, cuius interpretem vide. ἔστι δὲ ὄφις, ὅτ' ἐν ἀσπάλῳ, λίμνῃ διατρίβει, &c.

y Non in spiras inuolsus. Ἰθείαν δ' ὄπιζε δράκοντα μεδέων σίβον ἕρπει. Nicand.

f *At non stare suum miseris passura cruorem,*
Squamiferos ingens Hæmorrhois explicat orbes:
t *Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua*
Chersydros, tractiq́; vla u fumante x Chelydri:
y *Et semper recto lapsurus limite Cenchris:*
z *Pluribus ille notis variatam pingitur aluum,*
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus Ophites:
Concolor exustis, atque indiscretus arenis
a *Ammodytes: spináque vagi b torquente c Ceraste:*
Et d Scytale sparsis e etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas: & f torrida Dipsas:
Et g grauis in geminum surgens caput Amphisbæna:
Et h Natrix violator aquæ, i Iaculique volucres,
Et k contentus iter cauda sulcare Pareas:
l *Oráque distendens auidus spumantia m Prester:*
n *Ossáque dissoluens cum corpore tabificus Seps.*
o *Sibiláque effundens cunctas terrentia pestes,*
Ante venena nocens, latè sibi submonet omne
Vulgus, & in vacua regnat p Basiliscus arena.
q *Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris*

z Serpens, milij instar maculis distinctus, magis variegatus. Inquit poeta, quàm marmor in Bœotia effossum, quod Ophites dicitur quia maculis instar serpentum distinguitur. a Serpentis genus, arenæ concolor. ex ἄμμος & ὄδαξ vel ὄδμη. b Flexuosa & vacillanti instar naniculæ. sic enim Nicander: Αὐτὰρ ὄγε σκαιὸς μετόπισθε ἰσταλίνδεται ὀλκῷ, &c. c δόσις τῦ κέρατος. Ceratæ enim præferunt quadrigemina cornicula (Nicandro bina tantùm) quorum ostentatione, veluti ecâ illiece, solicitatas ad se aues perimunt. Solin. c. 40. Plin. l. 8. c. 23. d Scytale tanta præfulget tergi varietate, vt &c In hoc tamen squammarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Solin. c. 40. & Nicander in Ther. e Aliæ enim serpentes vere tandem exuunt se. f Sitim morsu inducens. supra v. 610. & mox v. 738. Lucian dialog. περὶ διψάδων. g Amphisbœna consurgit in caput geminum, quorum alterum in loco suo est, alterum in ea parte quæ caudæ, &c. Solin. c. 40. Plin. l. 8. c. 23. & Nicander. ἀμφισβαίνω. ex ἀμφὶ & βαίνω, quòd vtraque ex parte ingrediatur, nomen habet Amphisbœna. h ὕδρος. serpens aquaticus. i Nicandro ἀκοντίαι ὑδρομόλυβδοι. Iaculi serpentes subeunt arbores, è quibus se vibrant & quasi missili euolant torosento. Solin. & Plin locis citatis. & infra v. 822. k Pareas, serpens pedibus duobus, quos prope caudam habet, innitens. Suidas. l Infra, v. 791. m δόσις τῦ στόματος. n Infra, v. 776. & alludit ad etymon, παρὰ τὸ σήπειν. o Sibilo omnes (inquit Plin. l. 8. c. 21.) fugat serpentes, &c. alios olfactu necat. Idem c. 4. l. 29. & Solinus c. 40. & Nicander in Theriacis, Οὐκ ἄρα δὴ κείνῃ γε παρεκχύδια κνώδαλα γαίης Ἰοῦ γὰρ μίμνουσιν, &c. Sibilo, halitu, & aspectu necat. p ἐρπετῶν βασιλίσκος. Nicand candidâ in capite maculâ quasi quodam diademate insignitus. Plin. l. 8. c. 21. Solin. c. 43. & Auicenna. q Serpentes alati, sacri habiti, vt quorum formam Dij assumpsisse credantur alibi innoxij, in Africa pestiferi. Plin. c. 4. l. 29.

Serpi-

Serpitis, aurato nitidi fulgere Dracones,
Peſtiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cùm pennis. [r] *armentáque tota ſecuti*
Rumpitis ingentes amplexi [ſ] *verbere tauros.*
Nec tutus [t] *ſpatio eſt* [u] *Elephas: datis omnia leto:*
[x] *Nec vobis opus eſt ad noxia fata veneno.*
Has inter peſtes duro Cato milite ſiccum
Emetitur iter: tot triſtia fata ſuorum,
Inſolitáſque videns paruo cum vulnere mortes.
[y] *Signiferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum*
Torta caput rètrò Dipſas calcata momordit.
Vix dolor, aut ſenſus dentis fuit: ipſaq́; leti
[z] *Frons caret inuidia: nec quicquam plaga minatur.*
Ecce ſubit virus tacitum, carpitq́; medullas
Ignis edax, calidáque incendit viſcera tabe.
[a] *Ebibit humorem circum vitalia ſuſum*
Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato
Cœpit. defeſſos iret qui ſudor in artus
[b] *Non fuit, atque oculos lacrymarum vena refugit.*
[c] *Non decus imperij, non mœſti iura Catonis*
Ardentem tenuêre virum, quin [d] *ſpargere ſigna*
Auderet, totisq́; furens exquireret agris,
Quas poſcebat aquas ſitiens in corde venenum.
[e] *Ille vel in Tanain miſſus, Rhodanumq́;, Padumq́;*
Arderet, Nilúmque bibens per rura vagantem.
[f] *Acceſſit morti Libye, fatique minorem*
Famam Dipſas habet terris adiuta peruſtis.
[g] *Scrutatur venas penitus ſqualentis arenæ:*
Nunc redit ad Syrtes, & [h] *fluctus accipit ore:*
Æquoreúſque placet, ſed non & ſufficit, humor.
Nec ſentit fatique genus, mortemq́; veneni:
Sed putat eſſe ſitim: ferroq́; aperire [i] *tumentes*

r Volatu inſequimini armenta. Strab. l. vlt. Nicand. Ther.
ſ Spiritis & candâ.
t Mole.
u Elephantis quia frigidiſſimus ineſt ſanguis, à Draconibus expetitur. de modo inſidiarum & certaminis vide Solinum c. 38. & 43. Plin. l. 8. c. 11. & 12. Philoſtrat. l. 3. vit. Apollonij.
x Draco non habet venena. Plin. c. 4. l. 29. vim habet maiorem in cauda quàm in dentibus.
y Poeta dilatat vires horum ſerpentum, in militibus Catonis ictis.
z Vulneris ſpecies, vel os, &, vt vocant, orificium erat paſillum & contemnendum, vt modò v. 736.
a Vitalem abſumit humorem & ſitim lethalem inducit. Δίψαν δ' ἀμφιλίγκιον ἀχρὶ θύρης, &c.
b Inaruerat.
c Non Aquila quam gerebat, non auctoritas Catonis continuit in officio Aulum ſiti flagrantem.
d Proijcere.
e Amplificatio morbi.
f Sitis peſtem auxit æſtus regionis torridæ, qui Dipſadis vires adiuuit.
g Aulus.
h Salſos, marinos.
i Sanguine feruido, vel inſurgitatione aquæ marinæ. Dipſadis morſus comites (inquit Dioſcorides l. 2.) ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis dolentia vehementer, nunquam explebilis, &c. Δακχθεὶς ἀμέτρητον δίψος ποιεῖ, εἰδότα πιεῖν Ομμαλὲς ἐκρήξεις, χλιερὸν δ' ὕδωρ ἐκχέαι φάρυγι. Nicand.

Sustinuit venas, atque [k] *os implere cruore,*
Iussit [l] *signa rapi properè Cato:* [m] *discere nulli*
Permissum est hoc posse sitim. sed tristior [n] *illâ*
[o] *Mors erat ante oculos: miserique in crure Sabelli*
Seps stetit exiguus, quem fixo dente tenacem
Auulsitq; manu, piloque affixit arenis.
[p] *Parua modo serpens;* [q] *sed qua non vlla cruenta*
Tantum mortis habet. nam [r] *plagæ proxima circum*
Fugit rupta cutis, pallentiaq; ossa [s] *retexit.*
Iamque [t] *sinu laxo nudum est* [u] *sine corpore vulnus.*
Membra natant sanie: suræ fluxêre: sine vllo
[u] *Tegmine paples erat: femoriq; quoq; musculus omnis*
Liquitur. & nigra distillant inguina tabe.
Dissiluit [x] *stringens vterum membrana, fluuntq;*
Viscera: nec, quantum toto de corpore debet,
Effluit in terras: [y] *sæuum sed membra venenum*
Decoquit: in minimũ mors contrahit omnia virus.
[z] *Vincula neruorum, & laterum textura, causmq;*
Pectus, & abstrusum fibris vitalibus, omne
Quidquid homo est, aperit pestis. natura profanâ
Morte patet: [a] *manant humeri, fortésque lacerti:*
Colla, caputq; [a] *fluunt. calido non ocyus Austro*
Nix resoluta cadet, [b] *nec solem cera sequetur.*
Parua loquor; corpus sanie stillasse perustum:
Hoc & flamma potest. sed quis rogus abstulit ossa?
[c] *Hæc quoque discedunt, putresq; secuta medullas*
Nulla manere sinunt rapidi vestigia fati.
[d] *Cynaphias inter pestes tibi palma nocendi est:*
Eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.
Ecce subit facies leto [e] *diuersa fluenti.*
Nasidium Marsi cultorem torridus agri
Percussit Prester: [f] *illi rubor igneus ora*
Succendit, tenditque cutem, [g] *pereunte figura,*
Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior:

k Sanguinem suum bibere.
l Quæ proiecerat Aulus modò v. 748.
m Noluit quenquã hoc scire, ne situm nimiùm timerent. Grotius.
n Siti & morte Atili.
o Militis Sabelli.
p Mole & magnitudine corporis nõ ita magna, sed, &c.
q Istas Sepium statim putredo sequitur. Solin. c. 40. σὴψ δὲ κελεύεται, παρὰ τὸ σήπεσθαι τὸν πληγέντα. Scholiastes Nicandri.
r Vulneri vicina.
s Nudauit.
t Orificio vulneris dilatato.
u Carne. *Imque omnibus quasque corpore corpus erat.* Mart. ep. 71. Spect.
x Peritoneum.
y Corpus veneno absumptum in minorem sui modum redigitur.
z Nerui, costæ, cartilagines pectoris.
a Diffluunt tabe.
b Neque cera liquefieret celerius.
c Sed hîc ossa quoque absumuntur.
d Libycis, i Cinyphe Africæ Propriæ fluuio.
e Contraria illa enim absumpserat; hæc tumefacit.
f Prester quem percusserit, distenditur, enormiq; corpulentiã necatur extuberans. Solinus c. 40.
g Vt inflatum iam non cognoscas eundem esse, latet quippe mersus conglobato corpore. vt &c.

Huma-

Humanumq́ egressa modum super omnia membra
Efflatur sanies, latè tollente veneno,
Ipse latet penitus congesto corpore mersus:
Nec lorica [h] *tenet distenti corporis auctum,*
[i] *Spumeis accenso non sic exundat aheno*
Vndarum cumulus: nec tantos carbasa Coro
Curnauêre sinus. tumidos iam non capit artus
Informis globus, & confuso pondere truncus.
[k] *Intactum volucrum rostris, epulásque daturum*
[l] *Haud impunè feris, non ausi tradere busto,*
[m] *Nondum stante modo, crescens fugêre cadauer.*
Sed maiora parant Libycæ spectacula [n] *pestes.*
[o] *Impressit dentes Hæmorrhois asperaTullo*
Magnanimo iuueni, [p] *miratoriq́ Catonis.*
[q] *Viq́ solet pariter totis se effundere* [q] *signis*
[f] *Corycij pressura croci: sic omnia membra*
Emisêre simul rutilum pro sanguine virus.
[t] *Sanguis erant lacrymæ: quæcunque foramina nouit*
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulæ nares: sudor rubet: [u] *omnia plenis*
Membra fluunt venis: totũ est pro vulnere corpus.
At tibi Leue miser fixus præcordia pressit
[x] *Niliaca serpente cruor:* [y] *nullóque dolore*
Testatus morsus subita caligine mortem
Accipis, & Stygias somno descendis ad vmbras.
[z] *Non tam veloci corrumpunt pocula leto,*
Stipite quæ diro virgas mentita Sabinas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

h Coërcet.
i Non sic inumescit bulliens aqua; non velorum sinus vento turgidi.
k Neque enim sustinuerunt eum tangere, quò busto & sepulchro inferent.
l Epulas sc. venenatas, & feris quoque & alitibus exitiosas futuras.
m Etiam post mortem intumescens cadauer.
n Serpentes.
o Hæmorrhois morsu sanguinem elicit, & dissolutis venarum commercijs, quicquid animæ est, euocat per cruorem. Solin. c. 40. & Nicander in Ther.
p Imitatori, vel studioso.
q Vtque in spectaculis theatralibus, crocus vino aut aquâ dilutus è syphonibus & tubis latentibus ejaculatus diffunditur. vide Martial. ep. 3. l. Spect. & l. 5. c. 26. Apul. l. 10. Milet. Senec. præm. l. 10. controu. Lipsi de Amphitheatro c. 16.
r Et statuis quoque emittebatur imber hic odoratus,

χρόος ὁ ῥαιόμενος. f Coryceus mons Ciliciæ croco nobilis. t Vide quæ ad v. 638 l. 3. u Supra v. 709. x Aspide, propter Cleopatram quæ aspide admotâ sibi necem contulisse creditur. vel quòd Ægypti reges solebant diademata figuris aspidum discriminata gestare. vel quòd limo gaudeat. sic enim Nicander: μελαγκολόφρις ὑπὸ βώλου Αἰγύπτου. ὅτι μὴ πολύσπορος εἶτε θάλασσα νεῖλος Πλησιόμβροος χερσὶ χέων ἄσπιν. y Καμάτῳ δ' ἄνερ ὄλλυται ἀτρύ. Τ. πυλεν. &c. vt supra, ad v. 701. z Non tam veloci, &c. præsentem inferunt mortem venena quæ fatilegi Sabæi decerpunt ex arbore referente betulam, è qua Romani magistratus, Sabinis antoribus, virgas gestabant. & hæc est Græcj mens ex emendatione Scaligeri; cùm priùs legeretur, virgas mentita Sabæas. i. thureas virgas vade colligitur thus.

Ecce[a] *procul sæuus sterilis se robore trunci*
Torsit, & immisit (iaculum vocat Africa) serpens:
Perq́ caput Pauli transactaq́ tempora fugit.
[b] *Nil ibi virus agit: rapuit cum vulnere fatum.*
[c] *Deprensũ est, quæ funda rotat, quã lenta volaret,*
Quàm segnis Scythicæ strideret arundinis aër.
[d] *Quid prodest miseri*[e] *Basiliscus cuspide Murri*
Transactus? velox currit per tela venenum,
Inuadítque manum: quam protinus ille reteclo
Ense ferit, totóque simul demittit ab armo:
Exemplarq́ sui spectans miserabile leti
Stat tutus pereunte manu. Quis fata putaret
Scorpion, aut vires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, &[f] *recto verbere sæuus,*
[g] *Teste tulit cœlo victi decus Orionis.*
[h] *Quis calcare tuas metuat Solpuga latebras?*
Et tibi dant Stygiæ ius in sua fila sorores.
Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem,
Suspecta est miseris in qua tellure iacebant.
Nam neque congestæ struxêre cubilia frondes,
[i] *Nec culmis creuêre tori: sed corpora fatis*
Exposíti voluuntur humo, calidóque vapore
Alliciunt[k] *gelidas nocturno frigore pestes:*
Innocuósque diu victus torpente veneno
Inter membra fouent: nec, quæ mensura viarum,
Quis ve modus nôrunt,[l] *cœlo duce: sæpe querentes,*
Reddite Dij, clamant, miseris, quæ fugimus, arma:
Reddite Thessaliam, patimur cur[m] *segnia fata*
[n] *In gladios iurata manus? pro Cæsare pugnant*
[o] *Dipsades, & peragunt ciuilia bella*[o] *Cerastæ.*
[p] *Ire libet quâ Zona rubens, atque axis inustus*
Solis equis: iuuat ætherijs adscribere causis
Quòd peream, cœlóq́ mori.[r] *nil Africa de te,*

a Supra v. 730. & l. 6 v. 677.
b Neque enim tam veneno, quàm ipso vulnere lasit.
c Deprensum est, glandem è funda, sagittam è Parthi arcu lentam & segnem esse, si iaculo serpenti comparentur.
d Si etiam post mortem venenum eius diffunditur. Quod de torpedine fertur.
e Ictu caudæ recto.
f Habet cœlum, in quo recepti sidus eius fulget, clarum testem virium suarũ in Orione interficiendo.
g Nec minùs clara exitij documenta (inquit Plin. l. 8 c. 19) sunt etiam ex contemnendis animalibus, &c. mox citra Cynomolgos Aethiopas latè deserta regio est, à Scorpionibus & Solpugis gente sublatâ.
h Neque enim in regione desertâ suppetebant frondes aut culmi ad toros extruendos.
i Serpentes innocuas propter frigus nocturnum.
k Stellis obseruatis, vt supra v. 493.
l Segnibus & ignauis congrua, mortem ignauam.
m Milites astricti belli sacramento, & pugnæ deuoti.
n Supra v. 738. & 715.
o Quin eamus potiùs ad loca terribiliora vt cœli intempetici mortem debeamus potiùs quàm serpentibus.
p Zona torrida, & Solis iustra Tropicos meatui subiecta regio.
q
r Neque enim Africa in vrbes quam serpentium nutricem Natura desolatam esse & incultam voluit: sed nos, qui hæc spatia horrida, & inutilia & nemine frequentata, Nec

Nec de te Natura queror: tot monstra ferentem,
Gentibus ablatum dederas serpentibus orbem:
Impatiensq; solum Cereris cultore negato
Damnasti, atq; homines voluisti deesse venenis.
In loca serpentum nos venimus: accipe pœnas,
Tu quisquis Superûm [f] commercia nostra perosus,
[t] Hinc torrente plaga, dubijs hinc Syrtibus orbem
Abrumpens, medio posuisti limite mortes.
[u] Per secreta tui bellum ciuile recessus
Vadit; & arcani miles tibi conscius orbis
Clausstra petit mundi. forsan maiora supersunt
Ingressis. [x] coëunt ignes stridentibus vndis,
Et premitur natura poli. [y] sed longius ista
Nulla iacet tellus, quàm fama cognita nobis
Tristia regna Iubæ. quæremus forsitan istas
Serpentum terras: habet hoc [z] solatia cœlum:
[z] Viuit adhuc aliquid. patriæ non arua requiro,
[a] Europámque, alios soles, Asiamq; videntem.
Qua te parte poli, qua te tellure reliqui
Africa? [b] Cyrenis etiam nunc bruma rigebat.
Exiguáne via legem conuertimus anni?
Imus in [c] aduersos axes: euoluimur [d] orbe:
[e] Terga damus ferienda Noto. nunc [f] forsitan ipsa est
Sub pedibus iam Roma meis. solatia fati
Hæc petimus: veniant hostes, Cæsarq; sequatur
Quà fugimus. Sic dura suos [g] patientia questus
[h] Exonerat: cogit tantos tolerare labores
Summa ducis virtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atque omni [i] Fortunam prouocat hora.
[k] Omnibus vnus adest fatis: quocunque vocatur
Aduolat, atq; ingens meritum, maiusq; salute
Contulit, [l] in letum vires: puduitq; gementem

f Iter hoc & transitum vetitum.
t In terra hac damnati serpentibus inter zonam torridam & Syrtes positis.
u Et iure opt. nobis hoc euenit: qui ciuilis belli reliquias volumus transferre per regiones à te semotas & homini negatas, secreta tua scrutati.
x Vbi cœlo deuexo & prono, sidera merguntur in occidentali Oceano. ex opinione Posidonij philosophi, quem poetæ vulgo interuientes sequuntur, opinati occidentem Solem in æquore stridere more ferri candentis in aqua extincti. Iuuenal. Sat. 14. *sed longè Calpe relicta Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.*
y Vltra hanc terram non est alia, exceptâ Mauritaniâ, regno Iubæ. qua fortè hæc serpentibus damnata terra clementior est.
z Quod non funditus interijmus omnes.
a Europamque Asiamque videntem alios meatus solis.
b Modò cum Cyrenis essemus, hiems erat, vnde nobis tam subito æstus? tam breui interstitio mutauimus legem anni?
c Antarcticum polum, horizonte nostro.
d Nostri orbis partes.
e Qui nobis priùs aduersus erat, & à pectore.
f Fortè apud Ancipedas versor.
g Militis, i. ipse miles patiens.
h *Expletur lacrymis, egeritq; dolor.* Ouid.
i Vide quæ ad v. 311. l. 10.
k Omnium fuorum militum.
l Confirmatis meritissimus e-doctisque mortem contemnere.

m Catone præsente.
n Ipse in militum animis vincit malum, dum adstat edocens fortem virum non dolere, neque affectibus ius esse in virtutem.
o Supra Garamantas Psylli fuerunt, contra noxium virus muniti incredibili corporis firmitate. Soli morsibus anguium non interibant, &c. Solinus c. 40. Herodot. l. 4. Plin. l. 8. c. 25.
p Incolæ regionis Marmaricæ. A. Gel. l. 16. c. 11.
q Ad incantandos serpentes, vel exugendum venenum. Terrori sunt serpentibus (inquit Plin.) tactu ipso leuant percussos, suctuve modico. l. 28. c. 7.
r Etiam citra incantationem.
s Illæsi.
t Naturali morte, non veneno extinguuntur.
u Vt modò v. 892. etiam in prole suâ recens edita.
x Recens editos serpentibus offerebant si essent partus adulterini, matrum crimina plectebantur interitu parvulorum: si pudici, probos ortus à morte paterni sanguinis privilegii tuebatur. Sic origi-

m *Illo teste mori. quod ius habuisset in ipsum*
Vlla lues? n *casus alieno in pectore vincit,*
Spectatórque docet magnos nil posse dolores.
Vix miseris seruum tanto lassata periclo
Auxilium Fortuna dedit. o *gens vnica terras*
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
p *Marmaridæ Psylli:* q *par lingua potentibus herbis:*
Ipse cruor tutus, nullúmque admittere virus,
r *Vel cantu cessante, potest. natura locorum*
Iussit vt s *immunes mixti serpentibus essent.*
Profuit in medijs sedem posuisse venenis.
t *Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est*
u *Sanguinis:* x *in terram paruus cùm decidit infans,*
Ne qua sit externæ Veneris mistura timentes,
Letifica dubios explorant aspide partus.
Vtq; y *Iouis volucer, calido cùm protulit ouo*
Implumes natos, solis conuertit in ortus,
Qui potuêre pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem cœli, seruantur in vsus,
Qui Phœbo cessêre, iacent: sic pignora gentis
Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.
Nec solùm gens illa suâ contenta salute,
Excubat z *hospitibus. contráque nocentia monstra*
a *Psyllus adest populis. qui tunc Romana secutus*
Signa, b *simul iussit statui tentoria ductor,*
Primùm quas valli spatium comprendit arenas
Expurgat cantu, verbísque fugantibus angues.
Vltima castrorum c *medicatus circuit ignis.*

nis fidem probabant venenis indicantibus. Solin. c. 40. y Halixetus implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueri Solis radios: quod si quem contemtorem aduertit præcipitat è nido velut adulterinum atque degenerem; illum cujus acies firma contrà steterit, educat. Plin. l. 10. c. 3. Quam rem elegantissimè expressit Claudianus in Præfatione in tertium Consulatum Honorij Aug. z In gratiam hospitum, quibus subvenit.
a Psyllos etiam secum duxit Cato in itinere per Syrtes; hi morsos à serpentibus sanant, aut venenum exugentes, ipsasque bestias incantationibus demulcent. Plutarch. in Catone Minore.
b Simulac castrametari iussit Cato. c Odore & suffitu herbarum aduersus noxia animalia efficiunt, è quibus pauca enumerat, de quibus vide quæ Nicander, & Plin. l. 25. c. 4. 5. 6. 9. & 10.

Hic

Hic ebulum [d] stridet, [e] peregrinaq; galbana [f] sudant,
Et tamarix [g] non læta comis, [h] Eoaque costos,
Et panacea [i] potens, & [k] Thessala centaurea:
Peucedanumq; sonat flammis, [l] Erycinaq; thapsos,
Et larices, fumoque [m] grauem serpentibus vrunt
Abrotanum, & [n] longè nascentis [o] cornua cerui.
Sic nox tuta viris. at si quis [p] peste diurna
Fata trahit, tunc sunt magicæ miracula gentis,
[q] Psyllorúmque ingens & rapti pugna veneni.
Nam primùm tacta designat membra [r] saliua,
Quæ cohibet virus, retinetque in vulnere pestem.
Plurima tum volvit spumanti carmina lingua
Murmure continuo, [s] nec dat suspiria cursus
Vulneris, aut minimum patiuntur [t] fata tacere.
Sæpe quidem pestis nigris inserta medullis
Excantata fugit: sed si quod tardius audit
Virus, & [u] elicitum, iussumque exire repugnat;
[x] Tunc superincumbens pallentia vulnera lambit,
Ore venena trahens, & siccat [y] dentibus artus,
Extractámque tenens gelido de corpore [z] mortem
Expuit: [a] & cuius morsus superauerit anguis,
Iam promptum Psyllis vel gustu nosse veneni.
Hoc igitur [b] leuior tandem Romana iuuentus
Auxilio, latè squalentibus errat in aruis.
[c] Bis positis Phœbe flammis, bis luce recepta
Vidit areniuagum surgens fugiensq; Catonem.
Iámque illis magis, atq; magis durescere puluis
Cœpit, & in [d] terram Libye spissata redire.
Iamq; procul nemorum rarescere frondes:
Surgere [e] congesto non culta mapalia culmo.

d In igne crepat.
e Exoticum gummi. Dat Galbanum Syria in monte Amano e ferula, quam eiusdem nominis regionis modò Ragonitin appellant &c. Syncerum si vratur, fugat nidore serpentes. Plin l. 12. c. 25.
f Igne liquefacta.
g Humilis sc. & tenuis.
h Indica & Arabica.
i Respicit ad ἴτυμον, παρὰ τὸ πάν & ἀκεῖσθαι.
k A Chirone Thessalo inuenta.
l Sic Nicander: Θεσσαλικὸν μὲν φίζαν ἔλεν χλοάλθεα θαλύσσης: vbi commentator, Θεσσαλικὸν δὲ τὴν φίζαν τῆς θαλύσσης λέγει, διὰ τὸ ἐν Σικελίᾳ γίνεσθαι. Quòd in Sicilia nascatur. Erycx autem mons Siciliæ.
m Plin. l. 21. c. 22.
n Viuacis vulpeculæ ab Africa nasc. Ceruos, inquit Plinius Africa propemodum sola non gignit. Plin l. 8. c. 33.
o Singulare abigendis serpentibus odor adusto cornu cerui. Plin. l. 8. c. 32. Solin. 31. c.
p Percussus à serpente interdiu contraxit venenum lethale.
q Excantando & exugendo luctantur Psylli aduersus venenum.
r Ophiogenes saliuâ contra ictus serpentum mederi, tradit Plin. l. 7. c. 2. & plura de saliua, l. 28. c. 4.
s Neque periculum vulneris properandam desiderantis medelam permittit incantatorem respirare aut carmen intermittere.
t Mors accelerans.
u Carmine.
x Ad v. 893. supra.
y Leui morsu.
z Venenum lethale.
a Quin & gustu venesi dignoscere valent, à quo serpente quis fuerit ictus.
b Minori cum periculo.
c Notatio duorum mensium. sed vide quæ ad v. 294. supra.
d Solidam, glebosam & fœcundam.
e Culmo & stipulâ tectæ casæ & tuguria.

Quanta

Quanta dedit miseris melioris gaudia terræ,
Cùm primùm sæuos contrà videre leones!
Proxima g *Leptis erat, cuius statione quieta*
Exegêre hyemem nimbis flammisq́; carentem.
Cæsar vt h *Emathia satiatus clade recessit,*
Cætera curarum proiecit pondera, soli
Intentus genero: cuius vestigia frustrà
Terris sparsa legens, fama duce i *tendit in vndas,*
Threiciasq́; legit fauces, & l *amore notatum*
Æquor, & m *Eoas lacrymoso litore turres,*
Quà pelago nomen Nepheleïas n *abstulit Helle.*
Non Asiam breuioris aquæ o *disterminat vsquam*
Fluctus ab Europa, quanuis Byzantion arcto
Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu,
Euxinumq́; ferens paruo ruat ore Propontis. p
Sigeáque petit r *famæ mirator arenas,*
Et s *Simoëntis aquas, & Graio nobile busto*
Rhœtion, & t *multum debentes vatibus vmbras.*
Circuit exustæ nomen memorabile Troiæ,
Magnáque x *Phœbæi quærit vestigia* x *muri.*
Iam siluæ steriles, & putres robore trunci
Assaraci y *pressêre domos, & templa deorum*
Iam z *lassa radice tenent: ac tota teguntur*
Pergama dumetis: etiam periêre ruinæ.
Aspicit a *Hesiones scopulos:* b *siluasq́; latentes*
Anchisæ thalamos: c *quo iudex sederit antro:*

f Quod argumentum erat non longè abesse armenta.
g Minor. Libyphœnicum Africæ vrbs.
h Cæsarem duos dies in Phartalo cõmoratum, vt sacris intenderet & exercitum recrearet, scribit Appianus. Plutarchus autem & ipse Cæsar contra. Victorem se, omnibus rebus relictis persequendum sibi Pompeium existimauisse, ne bellum renouare posset. paucos itaque dies in Asia moratum, cùm audisset Pompeium Cypri visum, coniectasse eum in Aegyptum iter habere, cum legionibus duabus & equitibus 800. Alexandriam peruenisse. Poeta eum per Troadem circumducit, vt fabulandi ansam captet.
i Ad mare descendit.
k Bosphorum Thracium, Propontidem & angustias Hellesponti.
l Leandri & Herus, quem cecinit Musæus, dein Ouidius in epist. inter tranandum mersum, quod vbi comperisset Hero, se quoque è turri præcipitasse. m Eros puellæ, in Sesto in Europa. n Helle filia Nepheles & Athamantis, cum Phryxo fratre nouercæ insidias fugiens, ariete quo vehebatur delapsa, Hellespontо nomen dedit. o Hîc enim fretum angustissimum 7. nempe stadiorum Europam ab Asia diuidit Hellespontus. Byzantio h. *Constantinopoli* in Europa, oppositâ Chalcedone in Asia. Polyb. l. 4. p Qua Propontis excepras per Thracium Bosphorum Euxini aquas emittit per Hellespontum in mare Aegeum. l. 3. v. 278. q Litus Troianum; à Sigæo promontorio, Achillis tumulo nobile. r Cæsar, veterem huius loci famam admiratus, simul originis suæ sedem visurus. s Fl. Troadis. t Rhœteum promontorium, Aiacis Telamonij sepulchro nobile. Mela l. 1. Strab. 13. u Manes & sepulchra Achillis & Aiacis Homero aliisque poetis decantata. x Quo Phœbus & Neptunus mercedem cum Laomedonte pacti Troiam cinxerant. y Regis Troiani, filij Troi. z Propter vetustatem ruinarũ. a Scopulum, cui Hesione filia Laomedontis sorte exposita certo à Neptuno immisso alligata fuerat, quam tamen Hercules liberauit. b In quibus Anchisen Venus dignata est concubitu. vel, Anchisæ domum, quæ secreta arboribúsque obtecta recessu. Virg. Æn. 2. c Paris, vbi de forma trium Dearum iudicaret.

Vnde

Vnde [d] *puer raptus cœlo:* [e] *quo vertice Nais*
Luserit Oenone: [f] *nullum est sine nomine saxum.*
[g] *Ignscius in sicco serpentem puluere riuum*
Transierat, qui Xanthus erat: [i] *securus in alto*
Gramine ponebat gressus; Phryx incola manes
Hectoreos calcare vetat. discussa iacebant
Saxa, nec vllius faciem seruantia [k] *sacri;*
[l] *Herceas, monstrator ait, non respicis aras?*
[m] *O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato*
Eripis & populis donas mortalibus æuum.
[n] *Inuidia sacræ Cæsar ne tangere famæ:*
Nam, si quid Latijs fas est promittere Musis,
Quantum [o] *Smyrnæi durabunt vatis honores,*
Venturi me, teq; legent: [q] *Pharsalia nostra*
Viuet, & à nullo tenebris [q] *damnabitur æuo.*
[r] *Vt ducis implenit visus veneranda vetustas,*
Erexit subitas congestu cespitis aras,
Votáque turicremos non irrita fudit in ignes.
[s] *Dij cinerum, Phrygijs colitis quicunque ruinas,*
Æneaq; [t] *mei,* [u] *quos nunc Lauinia sedes*
Seruat & Alba lares, & quorum lucet in aris
[x] *Ignis adhuc Phrygius,* [y] *nulliq; aspecta virorum*
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo,
[z] *Gentis Iuleæ vestris clarissimus aris*
Dat pia tura nepos, & vos in sede [a] *priori*
Ritè vocat: date felices in cætera cursus:
Restituam populos. grata vice mœnia reddent
Ausonidæ Phrygibus. [b] *Romanaq; Pergama surgent.*
Sic fatus, repetit classes, & tota secundis

d Ganimedes filius Troïs, ab aquila Iouis raptus.
e Quo monte, &c. I. dã, Nympha Oenone se Paridi indulserit.
f Nullas in Troade mons, scopulus, aut promontorium caret suo monimento.
g Cæsar.
h Nobilem olim, nunc vix apparentem Xanthum Troados riuulum.
i Nulla religione aut loci veneratione motus nescius ibi latuisse sepulchrum Hectoris donec ab incola Phryge admonitus agnosceret.
k Templi aut aræ. vt respiciat ad seq. *Herceas aras.* alij leg. *Hectoreas.*
l Iouis Herceï. ab ἕρκος: quòd inter aulam & parietem in domus penetrali colerentur. ad hanc aram Priamus cæsus. Virg. 2. AEn. Iuuen. sat. 10. v. 168. Ouid. in Ibin. *Cui nobil Hercei profluit ara Iouis.*
m Exclamatio poetæ in laudem poëseos, quæ omnibus his monimentis, sepulchris, aris, templis diuturniot virtutem reddit vinacem & dignos laude viros vetat mori. *Carmina*

quam donant, fama perennis erit. Propert. *Soláque non norunt hæc monimenta mori.* Martial. l. 1. ep. 2.
n Noli inuidere huic meo operi, quo tua qualiacunque facta legentur, vitalitatem.
o Homeri, quem suum inter alias ciuitates sibi ciuem vendicat Smyrna. Ἐμοὶ φάσκει γεγενῆσθαι πρὸ ἐτῶν ἑπτὰ, Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. A. Gell. l. 3. c. 11.
p Opus hoc nostrum. vide quæ ad inscriptionem in fronte lib. 1.
q Abolebitur.
r Postquam Cæsar satis perlustrasset hæc Troiæ monumenta.
s Manes & vmbræ, Dij & Lares.
t A quo originem ego duco.
u L. 1. v. 196.
x Vestalis. l. 1. v. 199.
y Palladium, simulachrum Palladis Troianæ in templo Vestæ asseruatum tanquam pignus imperij, quod viris conspici nefas.
z Ego, Iulius Cæsar, ab Iulo AEneæ F. originem ducens.
a Pristinâ, antiquâ.
b A Romanis condita.

Vela

Vela dedit Coris, auidúsque vrgente procella
Iliacas penſare moras, Aſiamq́ potentem
Præuehitur, pelagoq́ Rhodon ſpumante relinquit.
Septima nox Zephyro nunquam laxante rudentes
Oſtendit Pharijs Aegyptia litora flammis.
Sed priùs orta dies nocturnam lampada texit,
Quàm tutas intraret aquas. ibi plena tumultu
Litora, & incerto turbatas murmure voces
Accipit: ac dubijs veritus ſe credere regnis
Abſtinuit tellure rates. ſed dira ſatelles
Regis dona ferens, medium proiectus in æquor,
Colla gerit Magni, Pharioque velamine tecta:
Ac priùs infanda commendat crimina voce.
Terrarum domitor, Romanæ maximè gentis;
Et, quod adhuc neſcis, genero ſecure peremto;
Rex tibi Pellæus terræ pelagíque labores
Donat, &, Emathijs quod ſolum defuit armis,
Exhibet: abſenti bellum ciuile peractum eſt.
Theſſalicas Magnus quærens reparare ruinas,
Enſe iacet noſtro: tanto te pignore Cæſar
Emimus: hoc tecum percuſſum eſt ſanguine fœdus.
Accipe regna Phari nullo quæſita cruore:
Accipe Nilbaci ius gurgitis: accipe quicquid
Pro Magni ceruice dares; dignúmque clientem
Caſtris crede tuis, cui tantum fata licere
In generum voluêre tuum. nec vile putaris
Hoc meritum, facili nobis quòd cæde peractum eſt.
Hoſpes auitus erat: depulſo ſceptra parenti
Reddiderat. quid plura feram? tu nomina tanto
Inuenies operi, vel famam conſule mundi.
Si ſcelus eſt, plus te nobis debere fateris,

c Redimere moram quam Ilij fecerat.
d In Pharo inſ. & turri quæ claudit portum Alexandriæ extinebantur faces præloccedis nauibus nocturna ſuggerentes miniſteria. Amm. Marcellin l. 22. Plin. l. 36. c. 12. Solin. c. 45.
e Phariam facem obſcuranit.
f Portum Alexandriæ.
g Ibi primùm è naui egrediens (inquit Cæſar de bello ciu. 3.) clamorem militum audit quos rex in oppido præſidij cauſâ reliquerat: & concurſum ad ſe fieri videt, quòd faces anteferrentur. in hoc omnis multitudo maieſtatem regiam minui prædicabat, &c.
h Theodotus Chius rhetor, pædagogus regis, quem poſtea M. Brutus vbi in Aſia deprehendiſſet, omni prius cruciatu lacerationi occidit. Plutarch. in Pompeio & Bruto. ſed Appianus eum à Cæſare crucifixum refert.
i A rege miſſum caput Pompeij & annulum (vt refert Plutarchus) cuius inſigne erat Leo armatus geſtans.
k Alexandriæ primùm de Pompeij morte cognouit Cæſar. Plutarch.

l AEgyptius. Ptolemæi enim etiandi erant à Macedonibus. L. 1. v. 60. & l. 8. v. 692. & l. 10. v. 86.
m Laborum tuorum mercedem.
n Tibi.
o Alexandriæ vel AEgypti.
p AEgypti quam Nilus inundat.
q Ptolemæum.
r Iure hoſpitalitatis vſus fuerat Pompeius cum Ptol. Lathyro auo huius Ptol. Dionyſij.
ſ Auctoritate ſua Ptolemæum Auletem in regnum reſtituit. ſupra v. 132.
t Si non inuenias quo nomine hoc factum appelles, require famam, quo nomine mundus inſigniat; officij certè, imò beneficij.

Quòd

Quòd ſcelus hoc non ipſe facis. Sic fatus, opertum
Detexit, tenuítque caput. iam languida morte
Effigies habitum noti mutauerat oris.
Non primo Cæſar damnauit munera viſu,
Auertítque oculos: vultus, [u] dum crederet, hæſit:
Vtq; fidem vidit ſceleris, tutúmque putauit
Iam [x] bonus eſſe ſocer; [y] lacrymas non ſponte cadentes
Effudit, gemitúſque expreſſit pectore læto,
Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia, quàm lacrymis. [z] meritúq; immane tyranni
Deſtruit, [a] & generi mauult lugere reuulſum,
Quàm debere caput. qui duro membra [b] Senatus
Calcarat vultu, qui [c] ſicco lumine campos
Viderat Emathios, vni tibi Magne negare
Non audet gemitus. ô ſors duriſſima fati!
Húnccine tu Cæſar ſcelerato Marte petiſti,
[d] Qui tibi flendus erat? non [e] miſti fœdera tangunt
Te generis? nec [f] nata iubet mœrere, nepósque?
Credis apud populos Pompeij nomen amantes
Hoc caſtris prodeſſe tuis? [g] fortaſſe tyranni
Tangeris inuidia, captiq; in viſcera Magni
Hoc alij licuiſſe dolet, quererúſque periſſe
Vindictam belli, raptúmque [h] è iure ſuperbi
Victoris generum. quiſquis te flere coëgit
Impetus, à vera longè pietate receſſit.
[i] Sciliſet hoc animo terras, atq; æquora luſtras,
Ne cubi ſuppreſſus pereat gener. [k] ô bene rapta
Arbitrio mors iſta tuo! quàm magna remiſit
Crimina Romano triſtis Fortuna pudori,
Quòd te non paſſa eſt miſereri, perfide, Magni
Viuentis! [l] nec non his fallere vocibus audes,
Acquirisq; fidem ſimulati fronte doloris:
[m] Auſer ab aſpectu noſtro funeſta ſatelles

u Donec exactè cognoſceret eſſe Pompeij caput, ſuſtinuit videre.

x Præ ſe ferre pietatem & naturam boni ſoceri.

y Sed contra quàm noſter hæc in Cæſaris inuidiam narret, vide quæ Plutarchus in Cæſ. Appian. 2. & Val. Max. l. 5. c. 1. referunt Cæſarem auerſatum primùm caput allatum; mox, vt aſpexit oblitum hoſtis, ſoceri vultum indaſſe, tum propriàs tum filiæ lacrymas reddidiſſe, caput plurimis & pretioſis odoribus cremandum curaſſe, &c.

z Et lacrymis ſuis minuit imò exercit gratiam meriti Ptolemæi.

a Et mauult lacrymas impendere capiti Pompeij quem oderat, quàm obnoxius eſſe aut gratias debere regi pro hoc beneficio.

b Senatorũ in campis Theſſ. exſorum.

c Siccis oculis, i. non lacrymantibus.

d Cuius cædes poſſet tibi elicere lacrymas.

e Affinitas.

f Iulia, & imitatum: infans cuius abortum fecerat. l. 5. v. 653.

g Fortaſſe inuides Ptolemæo faciuus iſtud; cuius maluiſſe te autorem.

h Ex poteſtate tua. i Ironicè. k O quàm benè tibi erepta eſt Pompeij vitæ neciſque poteſtas: ne tum ipſi tum Senatui dedecori foret vitã i te donari. l Et perſuades i. te ſeriò dolere, cùm id vultu tantùm ſimules: Ad fidem veri doloris ficti hac oratione vſus.

m Supra, v. 1035.

Regin

Regis dona tui: peius de Cæsare vestrum,
Quàm de Pompeio meruit scelus.[a] *vnica belli*
Præmia ciuilis, victis donare salutem
Perdidimus.[o] *quòd si Pharios germana tyranno*
Non inuisa foret, potuissem reddere regi,
Quod meruit; fratríque tuum pro munere tali
Misissem Cleopatra caput. secreta quid arma
Mouit, & inseriit[p] *nostro sua tela labori?*
[q] *Ergo in Thessalicis Pellæo fecimus aruis*
Ius gladio? vestris quæsita licentia regnis?
Non tuleram Magnum mecum Romana regentem:
Te Ptolemæe feram?[r] *frustrà ciuilibus armis*
Miscuimus gentes, si qua est hoc orbe potestas
Altera, quàm Cæsar: si tellus vlla duorum est.
[s] *Vertissem Latius à vestro litore proras:*
Famæ cura vetat, ne non damnasse cruentam,
Sed videar timuisse Pharon. nec fallere vos me
Credite victorem: nobis quoque tale paratum
Litoris hospitium: ne sic mea colla gerantur,
[t] *Thessaliæ fortuna facit. maiore profectò,*
Quàm metui poterat, discrimine gessimus arma:
[u] *Exilium, generíq; minas, Romamq; timebam:*
Pœna fugæ Ptolemæus erat. sed parcimus[x] *annis,*
Donamúsque nefas. sciat hac pro cæde tyrannus
Nil venia plus posse dari.[y z] *os condite busto*
Tanti colla ducis: sed non, vt crimina tantùm
Vestra tegat tellus. iusto date[z] *tura sepulcro,*
Et placate caput,[a] *cinerésque in litore fusos*
Colligite, atque vnam sparsis date manibus vrnam.
Sentiat aduentum soceri, vocésque querentis
Audiat vmbra pias.[b] *dum nobis omnia præfert,*

a Clementiæ meæ gloriam. Quam innumeris Cæsar præstitit.

o Quod nisi regi vestro intercederent cum sorore Cleopatrâ inimicitiæ, in promptu mihi esset quo illi parem referrem gratiam; sororis scaput pro hac cernice Pompeij.

p Ciuili bello.

q Quasi verò victoria mea Thessalia regi AEgyptio potestatem dederit interficiendi Pompeium.

r Fruſtra ciuili bello inter me & Pompeium, totis concussi viribus orbis, dimicatum est de summo imperio, si etiamdum æmulum habeam; & dominatus huius cœlum duos admittat soles.

s Fugerem certè litus hoc, scelus vestrum detestatus, nisi famæ meæ consulerem, arguerémque timuisse vos potius quàm damnasse.

t Victoria mea in Pharsalia.

u Ego duntaxat timebam exilium, minas Pompeij, & Romanas inimicitias si modò è prælio victus fugissem: sed ecce maior his omnibus metus, maior pœna à Ptolomæo.

x Puerilis regis, qui vixdum iuris est, huic scelus imputamus.

y Caput Pompeij ad se delatum (inquit Appianus) mihi mè intueri voluit, verùm sepeliri statim iussit. Templum quoque exiguum ante vrbem condidit, quod indignationis Sacellum appellauit. lib. de ciu. bel. 2. z Pluribus & pretiosis odoribus cremandum curauit, &c. Plutarc. in Cæs. & Val. Max. l. 5. c. 1. a Diuisi corporis collectos cineres vna vrnâ & tumulo condite. b Dum omnia quàm me tutiora credit.

Dum

Dum vitam [c] *Phario mauult debere* [c] *clienti,*
[d] *Læta dies rapta eſt populis: concordia mundo*
Noſtra perit: caruêre Deis mea vota ſecundis,
Vt tè complexus poſitis [e] *felicibus armis*
Affectus abs te veteres, vitamq́; rogarem,
Magne, tuam: dignáque ſatis mercede laborum
Contentus [g] *par eſſe tibi. tunc pace fideli*
Feciſſem, [h] *vt victus poſſes ignoſcere diuis;*
Feciſſes, [i] *vt Roma mihi.* [k] *Nec talia fatus*
Inuênit fletus comitem, nec turba querenti
Credidit: abſcondunt gemitus, & pectora lætâ
Fronte tegunt, bilaresq́; [l] *nefas ſpectare cruentum*
[m] *(O bona libertas) cùm Cæſar lugeat, audent.*

c Regi AEgyptio, cui ipſi tutor a Senatu Pompeius datus fuerat, & cuius patri auoque interceſſerant iura hoſpitalitatis cum Pompeio.
d Saluis data, reditionis in gratiam, & concordiæ in æternum.
e Victricibus.
f Amorem priſtinum, & vt velles vitæ à me donatæ munere frui.
g Vide v. 125. l. 1.
h Vt non eſſet, cur eladem tuam Deorum inclementiæ imputaret.
i Vt, propter te O Pompei ſeruatum, Roma mihi ignoſceret quòd arma induiſſem. k Neque tamen propterea inuenit qui fletum illius ſuis lacrymis proſequeretur, neque enim credibile illius dolor verus fuiſſe; diſſimulabant itaque dolorem lætâ fronte. l Caput Pompeij. m Ironicè. quaſi non audeant mentem & affectus vultu teſtari.

M. ANNÆI LVCANI
LIBER DECIMVS.

VT primùm terras [a] *Pompeÿ colla ſequutus*
Attigit, & [b] *diras calcauit Cæſar* [c] *arenas:*
Pugnauit fortuna [d] *ducis, fatumq́; nocentis*
Ægypti, [e] *regnum Lagi Romana ſub arma*
Iret; an eriperet mundo Memphiticus enſis
Victoris, victiq́; caput. [f] *tua profuit* [g] *vmbra*
Magne, tui ſocerum [h] *rapuêre à ſanguine manes,*
Ne populus poſt te [i] *Nilum Romanus haberet.*

a Theodotum, qui Pompeij caput a tergo miſſum Cæſari obtulerat. Lo. v. 1010
b Propter Pompeium ibi trucidatum.
c Litus.
d Cæſaris.
e Vtrum AEgyptum Cæſar ſub Romano imperio redigeret: an AEgyptij Cæſarem æquè ac Pompeium è medio tollerent.
f Cæſari, inquit Badius, vt hinc monitum ſibi eſſet ne in eaſdem inſidias incideret. Grotius autem ſic: Pompeij honori hoc Dij dederunt, ne populi Romani eſſet AEgyptus poſt ipſius mortem. quod futurum fuerat, niſi Cæſar populo Rom. imperium omne cum libertate ademiſſet. g Mors. h Eripuere cædi. i AEgyptum.

Inde

Inde [k] *Paretoniam fertur* [l] *ſecurus in vrbem*
Pignore tam ſæui ſceleris, ſua ſigna ſequutus.
[m] *Sed fremitu vulgi faſces, & iura querentis*
Inferri Romana ſuis, diſcordia ſenſit
Pectora, & ancipites animos. [n] *Magnumq́; periſſe*
Non ſibi. [o] *tum vultu ſemper celante timorem,*
Intrepidus Superûm ſedes. & templa vetuſti
Numinis, antiquas Macedûm teſtantia vires,
Circuit: & nulla captus dulcedine rerum,
Non auro, cultuq́; deûm, non mœnibus vrbis,
Effoſſum tumulis cupidè deſcendit in [p] *antrum.*
Illic [q] *Pellæi proles* [r] *veſana Philippi*
[f] *Felix prædo iacet:* [t] *terrarum vindice fato*
Raptus: ſacratus totum ſpargenda per [u] *orbem*
Membra viri poſuêre adytis: Fortuna pepercit
[x] *Manibus, & regni durauit* [y] *ad vltima fatum.*
[z] *Nam ſibi libertas vnquam ſi redderet orbem,*
Ludibrio ſeruatus erat, non vtile mundo
Editus exemplum, terras tot poſſe ſub vno
Eſſe viro. [a] *Macetûm fines, latebráſque ſuorum*
Deſeruit, [b] *victáſque patri deſpexit Athenas:*
Perque Aſiæ populos fatis vrgentibus actus
Humana cum ſtrage ruit, gladiumq́; per omnes

k Alexandriam, à Paretonio portu & opp. AEgypti, non longè ab Alexandria. Ptol. Ca. nobo.

l Ociosus, inquiunt interpretes. Cæsar enim, vt refert Appianus, dum rex moram circa Caſtium montem ageret, vacauit gratulationibus, vrbis atque templorum luſtrationi, diſputationibus Philoſophorum. Ego autem horum pace ſic intelligo. Cæſar admonitus vt ſibi caueret, exemplo Pompeij ab ijs trucidati (quod *pignus ſceleris* vocat Poeta) ingreſſus eſt vrbem ſecurus. i. munitus ſeptuſque ſuis cohortibus, iraque ſigna ſimpliciter, vel, vt illi *faſces* accipio.

m Cæſ. com. de ciu. bel. 3. refert: Concurſum ad Cæſ. fieri, quòd faſces anteferrentur. in hoc omnis multitudo maieſtatem regiam minui prædicabat.

n Pompejum non ab AEgyptijs exſulem in ſuam gratiam. o Satagebat enim ſalutis ſuæ, cui intentus erat, Alexandrinorum delicijs minimè vacans, vtcunque ſuæ ſaluti præ ſe ferebat.

p Alexandri & ab illo regum AEgyptiorum conditorium: σῶμα dictum vt refert Strabo quòd corpus Alexandri è Babylone huc tulerit condiderit̃que Lagi filius. Curtius l. 10. q Alexander F. Philippi regis Macedoniæ, in cujus vrbe Pellâ natus eſt Alexander. r Cui non vnus ſuffecit orbis, non mortalis parens. Animal (vt appellat eum Seneca l. 2. de Benef. c. 16.) tumidiſſimum. Addo temulentiſſimum, crudeliſſimum. f Felicitatem Alexandri æquè feliciter exprimit Apuleius l. 1. Florid. Fortunâ in meâ, ſuâ maior fuit: ſucceſſuſque eius ampliſſimos & prouocauit vt ſtrenuus, & æquiparauit vt meritus, & ſuperauit vt melior ſolusque ſine æmulo clarus, adeo vt nemo eius audeat vel ſperare virtutem, vel optare Fortunam. t Raptus morte, quæ ſola potuit vindicare terras ab illo ſubactas. u Orientalem maximè, cui grauis & exitialis fuiſſet. x Cineribus quæ hîc condebantur, neque prout meritus ipſe fuerat, diſpergebantur. y Ad euerſionem regni AEgypti, & vltimos AEgypti reges. z Orbi enim, ſi quando erit ſe in libertatem vindicaturus, nihil aliud erit Alexandri gloria & memoria quàm ludibrium & peſſimum ambitionis ſuperbiæ & regnandi cupiditatis exemplum. a Genitiuus plur. vt Macedûm, ſyncopatè. b Magnam Græciæ partem Philippi dolis & auro ſubactam ſibique relictam tanquam imperium non ſatis amplum contempſit. vide Plutarch. Q. Curt. Polyb. Iuſtin. Arrian.

Exegit

Exegit gentes: ignotos miſcuit amnes,
[d] Perſarum Euphraten, Indorum ſanguine Gangen:
Terrarum fatale malum, fulmenq́, quod omnes
Percuteret pariter populos, & [e] ſidus iniquum
Gentibus. [f] Oceano claſſes inferre parabat
[g] Exteriore mari. non illi [h] flamma, nec vndæ,
Nec [i] ſterilis Libye, nec Syrticus obſtitit Ammon.
Iſſet in occaſus, mundi deuexa ſecutus,
[k] Ambiſſetque polos, [l] Nilumq́, à fonte bibiſſet:
[m] Occurrit ſuprema dies, naturáque ſolum
Hunc potuit finem [n] veſano ponere regi:
[o] Qui ſecum inuidia, qua totum ceperat orbem,
Abſtulit imperium; nullóque hærede relicto,
Totius fati [p] lacerandas præbuit vrbes.
Sed cecidit Babylone [q] ſua, [r] Parthóque verendus.
Prò pudor! [s] Eoi prope timuere ſariſſas,
Quàm nunc pila timent populi. [t] licet vſq; ſub Arctò
Regnemus, Zephyriq́, domos, terráſque premamus
Flagrantis poſt terga Noti: cedemus in ortus
Arſacidûm domino. [u] non felix Parthia Craſſis
Exiguæ ſecura fuit prouincia Pellæ.
Iam [x] Peluſiaco veniens à gurgite Nili
[y] Rex puer, imbellis populi ſedauerat [z] iras,
Obſide quo pacis Pellæa tutus in aula
Cæſar erat: cùm ſe parua Cleopatra biremi,
Corrupto cuſtode Phari [a] laxare catenas,

c Turbauit, fœdauit ſanguine.
d Sanguine ſe.
e Velut peſtilentis influentiæ ſidus tertis.
f Oceani Indici viſendi ſtudio, flumini ignoto caput ſuum totóque ſortiſſimorum virorum ſalutem permiſit. *Curt.*
g Quod ambit terras ad Orientem & Meridiem.
h Æſtus Solis.
i Iter per deſerta Libyæ ad Iouis Ammonis templum ſupra Syrtim maiorẽ. Diod. 17. Arrian. Curt. & Plutarch.
k Orbe circuito.
l Strabo refert Alexandrum cum Seſoſtre rege Ægypti ſtatuiſſe luſtrare Æthiopiam vt fontes Nili quæreret, vide inf. v. 272.
m Seu fatum & lex naturæ incidit vitæ ſimul & voti filum.
n Vt ſupra v. 20.
o Qui eãdem inuidiâ qua viuus non tulit imperij æmulum; ita moriens nec vni reliquit Imperium, quaſi fataliter inuidens alteri magnitudinem.
p Inter duces ſuos diuidendas. Diuiſionem vide apud Curtium l. 10.
q In ſuam poteſtatem redactâ Babylone Parthorum metropoli & regiâ.
r Parthis formidandus.
s Macedonum haſtas plus timuerunt Parthi quàm pila noſtra.
t Nos Romani ſubiecimus nobis orbem ab Arctoa parte, Occidentali, Meridionali: ſoli obſtant nobis Parthi, quo minus in Orientem proferamus Imperium.
u Et tamen Parthia Craſſis & exercitibus noſtris exitioſa à Macedonibus, quorum oppidum exiguum eſt Pella, deuicta eſt, & metropolis eius quaſi in prouinciam redacta facta victori Alexandro regia ſecura.
x A Caſio monte propè Peluſium. l. 8. v. 470. & ad v. 463.
y Ptolemæus.
z Tumultum Alexandrinorum. ſupra v. 11. & indignationem Photini.
a Vt laxaret ſibi carcerem, quo cuſtodiebatur, inquit Berſmanus. Ego de catenis portum Alexandrinum obſtruentibus dici opinor. Scribit enim Plutarchus, Cæſarem ad ſe ex agro accuiſſe Cleopatram regno eiectam. Quæ cum Apollodoro Siculo lembum ingreſſa, nocte iam ingruente ad regiam peruenit, cumque latére aliter non poſſet, ſtragulo ſe illigatam ab Apollodoro ad Cæſ. per fores apportari paſſa eſt, &c.

Intulit [b] *Emathijs ignaro Cæsare tectis;*
Dedecus Ægypti, [d] *Latio feralis Erinnys,*
[e] *Romano non casta malo. quantum impulit Argos,*
Iliacásque domos facie [f] *Spartana nocenti,*
Hesperios auxit tantum Cleopatra [g] *furores.*
[h] *Terruit illa suo, si fas, Capitolia* [i] *sistro,*
Et Romana petit [k] *imbelli signa* [l] *Canopo,*
[m] *Cæsare captiuo Pharios ductura triumphos:*
[n] *Leucadióque fuit dubius sub gurgite casus,*
An mundum ne nostra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, quæ prima cubili
Miscuit incestam ducibus [o] *Ptolemaida nostris.*
Quis tibi vesani veniam non donet amoris,
Antoni? durum cùm Cæsaris hauserit [p] *ignis*
Pectus, & in [q] *media rabie, medióque furore,*
[r] *Et Pompeianis habitata manibus aula,*
Sanguine Thessalicæ cladis perfusus adulter
Admisit Venerem curis, & miscuit armis
Illicitosq; toros, & [s] *non ex coniuge partus?*
Prò pudor! oblitus [t] *Magni, tibi Iulia fratres*
Obscœna de matre dedit: [u] *partésque fugatas*
Passus in extremis Libyes [x] *coalescere regnis,*
Tempora Niliaco turpis dependit amori,
Dum [y] *donare Pharon, dum non sibi vincere mauult.*
Quem formæ confisa suæ Cleopatra sine vllis
Tristis adit lacrymis, simulatum comta dolorem,
[z] *Quem decuit, veluti laceros dispersa capillos,*
Et sic orsa loqui: Si qua est ὁ *maxime Cæsar*
Nobilitas, * *Pharij proles clarissima Lagi,*
Exul in æternum sceptris depulsa paternis,
Si tua restituat veteri me dextera fato,

b Alexandrinis, ab Alex. Macedone conditis. *vel* Cæsaris victoris in Emathia.
c Inuectiua Apostrophe ad Cleopatram.
d Ita Virg. de Helena: *Troia ac patria communis Erinnys.* cui noster hanc confert.
e Nunc in Cæsare, postea in Antonio.
f Helena.
g Insanæ libid. & belli illius, quod Antonius Augusto inferebat, furores.
h *Dum Capitolio Regina dementes ruinas Funus & imperio parabat.* Hor. od. 37. l. 1.
i *Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.* Virg. AEn. 8. Est autem sistrum, crepitaculum ex ære aut argento tinnulum, per cuius lamin' nam incurnam vngulæ traiectæ erant quod crispanti brachio agitatum redderet argutum sonum.
k *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* Horat.
l AEgyptijs & vilissimâ Canopi plebe. l. 8. v. 543. Iuuenal Sat. 1. v. 26. & Sat. 6. v. 85.
m Augusto.
n Sinu maris Ambracij sub Leocate promontorio Epiri. l. 1. v. 43.
o Cleopatram, Ptolemæi filiam, p Al *ignes.* q Belli. menses autem 9. ibi moratum refert Appianus. r Etiamdum sibi in aula illa obseruari visâ Pompeij modò ab ijs cæsi vmbrâ. s Filium Cæsarionem susceptum ex Cleopatra muliere barbara. t Cui filia Iulia nupta fuerat. u Pompeianas, sub Scipione, Catone, &c. x Vires colligere. y Cleopatræ, quam fratre interfecto postea præfecit AEgypti regno. z Ita expendat Grotius, cùm prius legeretur, *Quam decuit.* * Ego regina, filia Ptolemæi, proles Lagi. l. 8. v. 692.

a Com-

[a] *Complector regina pedes. tu gentibus* [b] *æquum*
Sidus ades nostris. [c] *non vrbes prima tenebo*
Femina Niliacas: nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos. lege [d] *summa peremti*
Verba patris, qui iura mihi communia regni,
Et thalami cum fratre dedit. puer ipse sororem,
Sit modò liber, amet: sed habet [e] *sub iure Pothini*
Affectus, ensesq; suos. nil ipsa paterni
Iuris habere peto: [f] *culpa, tantóque pudore*
Solue domum: remoue funesta [g] *satellitis arma,*
Et regem regnare iube. [h] *quantósne tumores*
Mente gerit famulus, Magni cervice revulsa!
Iam tibi (sed procul hoc auertant fata) minatur:
Sat fuit indignum, Cæsar, mundóque tibíque,
[i] *Pompeium facinus meritumq; fuisse Pothini.*
[k] *Nequicquam duras tentasset Cæsaris aures:*
Vultus adest precibus, faciésque incesta [l] *perorat.*
Exigit infandam corrupto [m] *iudice noctem.*
[n] *Pax vbi parta* [p] *duci,* [q] *donisq; ingentibus emta est;*
Excepêre epulæ tantarum gaudia rerum:
Explicuitq; suos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in secula luxus.
[r] *Ipse locus templi, quod vix corruptior ætas*
Extruat, instar erat: laqueataq; tecta ferebant
Diuitias, [s] *crassúmque trabes absconderat* [s] *aurum.*
Nec summis crustata domus, sectisq; nitebat
Marmoribus. [t] *stabatq; sibi non segnis Achates,*
[u] *Purpureúsque lapis,* [x] *totáque effusus in aula*
Calcabatur Onyx: [y] *Hebenus* [z] *Mareotica vastos*

a *Cleopatra regis soror assusa Cæsaris genibus, partem regni reposcebat,* inquit Florus l. 4 c. 2.
b Salutare, me in ius æquum redditurum sup. v. 33. vocauerat Alexandrum *sidus iniquum gentibus.*
c *Occupatio.* Neque, inquit, hoc nouo fiet exemplo vt regnet mulier. patre enim meo ejecto, sororem meam natu maiorem in regno constituerunt.
d Testamentum patris, quo ex æquo cum fratre hæres relicta sum, necnon coniux illius.
e Potestatem suam Pothini eunuchi autoritati subiectam.
f Hoc dedecore & turpitudine, vt pro arbitrio seruorum regnetur.
g Achillæ præfecti regij á Pothino solicitati contra Cæs. infra v. 298.
h Quantósnam? duplici interrogatione, vt l. 7. v. 301.
i Sceleratum Pompeij cædem, qua te sibi demereri voluit.
k Satis enim formæ venustas commendabat eam. Aderat puellæ forma, inquit Florus, & quæ duplicaretur ex illo, quòd talis passa videbatur iniuriam. m Cæsare, inter ipsam & fratrem iudice. n Compositis inter se rebus & reconciliatâ fratri Cleopatrâ extruitur conuiuium. p Ptolemæo. q Debuerat pater eius qui tum rex erat Cæsari septingenties HS. inde quadringenties petebat ad alendum exercitum. Plutarch. in Cæs. r Domus regia referebat maiestatem templi, melius extructi atque exornati quàm ferant exornentque seriora secula atque adeò corruptiora.
s Laminæ aureæ. t Copulatiua pro aduersatiua vide l. 1. v. 232. Sed stabat sibi, i.e. per se solidus non incrustatus & alteri insertus, Achates lapis de quo Plin. l. 37 c. 10. Solin. c. 22.
u Porphyrites. Plin. l. 36 c. 7. vel Sardus. x Pauimenta sternuntur Onychite marmore. *Calcatúsque tuo sub pede lucet Onyx.* Martial. l. 12. ep. 50. y Postes non incrustantur Hebeni ligno: sed ex ipso solidæ stant columnæ. z AEgyptia, á Mareotide palude. licet *sola India* ni-

gran fert ebenum. vt canit poeta l. 2. Geo. Herodotus tamen l. 3. in AEthiopia nasci scribit. vide Plin. l. 12. c. 4. & l. 6. c. 30. infra v. 304. Solin. c. 65. Dioscorid. l. 1. c. 137.

Non operit postes, sed stat pro robore vili
[b] *Auxilium, non forma domus,* [c] *ebur atria vestit.*
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedent, crebro maculas distincta Smaragdo.
Fulget gemma toris, & Iaspide fulua supellex:
[d] *Strata micant: Tyrio quorum pars maxima succo*
Cocta diu, [f] *virus* [g] *non vno duxit aheno;*
Pars auro [h] *plumata nitet; pars* [i] *ignea cocco,*
Vt mos est [k] *Pharijs miscendi licia telis.*
Tum famulæ numerus turbæ, populusq́; minister,
(Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas:)
Hæc [l] *Libycos, pars tam flauos gerit altera crines,*
Vt nullas Cæsar [m] *Rheni se dicat* [m] *in aruis*
Tam rutilas vidisse comas. pars sanguinis vsti
[n] *Torta caput,* [o] *refugósque gerens à fronte capillos.*
Nec non infelix [p] *ferro mollita iuuentus*
Atque [q] *excisa* [r] *virum. stat contrà fortior ætas,*
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuêre toris [s] *reges,* [u] *maiórque potestas*
Cæsar: & immodicè formam fucata nocentem,
Nec sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena [x] *maris rubri spolijs, cocló́que, comísque*
Diuitias Cleopatra gerit, [y] *cultuq́; laborat.*
Candida [z] *Sidonio perlucent pectora* [z] *filo,*
Quod [a] *Nilotis actus compressum pectine Serum*
[b] *Soluit, & extenso laxauit stamina velo,*

b Columna ad sustentandum; non incrustamentum ad ornatum.

c Fores operiebantur putaminibus testudinis Indicæ in laminas dissectis, & gemmis intertextis distinguebantur. vide quæ nos ad v. 94. Sat. 11. Iuuenalis.

d Alij leg *Hic terrus, Assyrio cuius pars maxima succo Strata micant Tyrio, quorum pars maxima lentum Cocta diu virus.* Sed illa quam nos retinuimus simplicior est & verior.

e Purpureo, à Tyro vbi optimus purpurarum piscatus, cuius piscis, qui & murex dicitur, sanguine ceu flore quem ore habet moriensque expuit, tinguntur vestes purp.

f Medicatum liquorem, succum, tinctu-ram. Martial. ep. 50. l. 1. & l. 4. ep. 4.

g Plus semel, bis tinctum innuit dibaphum. Plin. l. 9. c. 39.

h Intertexta auro atque varij coloris licijs; qualia opera Græci ποικίλματα vocant. Martial. ep. 150. l. 14.

i Splendida coccino colore. vide quæ ad ep. 24 l. 4. Martial.

k AEgyptijs à Pharo insula in portu Alexandrino.

l Nigros, adustos, tortos.

m In Germania. Germani autem flauâ cæsarie pulchri sunt, Tacit. de Germ.

n *Tortis crinibus AEthiopes*, inquit Martialis l. Spect. ep. 3.

o Reiectos in ceruicem, in supera reflexos, & Solis vapore adustos.

p Castrata. Spadones sc. & Eunuchi. *malè pubescentibus annis Surripuere viros; excléque viscera ferro, In Veneris pœnam: atque vt fuga mobilis ætas Circumscripta mora properantes differat annos, Quam si se natura, nec iniuria.* Petron. Arb.

q Emasculata.

r Virilitatem.

s Non castrati iuuenes, quales tamen æque imberbes.

t Ptolemæus & Cleopatra.

u Et regibus maior Cæsar.

x Gemmis, margaritis. de Mari rubro, vide quæ nos ad Senecæ Thyest. v. 370.

y Granatur gemmis. vel solicita est de cultu.

z Amictu è tenuissimis filis. Pollux l. 7. c. 16. *Non sic in Tyria fyndone intus erit*, ep. 19. l. 4. Martial.

a AEgyptia, *picti tunica Nilotide Mauri*, Martial. ep. 6. l. 10.

b Vt tortiora essent fila, discreuit.

c Den-

[c] *Dentibus hîc niueis, sectos Atlantide silua*
Imposuêre orbes, quales ad Cæsaris [d] *ora*
[e] *Nec capto venêre Iuba. prò cæcus, & amens*
Ambitione furor, ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire suas, incendere mentem,
Hospitis armati. [f] *non sit licet ille nefando*
Marte paratus opes mundi quæsisse ruina:
Ponc [g] *duces priscos, & nomina pauperis æui*
[h] *Fabricios,* [i] *Curiósque graues: hîc ille recumbat*
[k] *Sordidus Hetruscis abductus Consul aratris,*
Optabit patriæ talem duxisse triumphum.
Infudêre epulas [l] *auro, quod terra, quod aër,*
Quod pelagus, Nilúsque dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quæsiuit in orbe.
[m] *Non mandante fame,* [n] *multas volucresq́; ferasq́;*
Ægypti posuêre Deos: manibúsque ministrat
Niliacas [o] *crystallus aquas:* [p] *gemmæq́; capaces*
Excepêre merum, sed non [q] *Mareotidos uuæ,*
[r] *Nobile sed paucis senium cui contulit annis*
Indomitum Meroë cogens spumare [s] *Falernum.*
Accipiunt sertas [t] *nardo florente coronas,*
Et [u] *nunquam fugiente rosa: multumq́;* [x] *madenti*
Infudêre comæ, quod nondum euanuit aura
Cinnamon, [y] *externa nec perdidit aëra terra:*
Aduectúmque recens [z] *vicinæ messis Amomum.*
[a] *Discit opes Cæsar spoliati perdere mundi,*
Et gessisse pudet genero cum paupere bellum,
Et causas Martis Pharijs cum gentibus optat.

c Pedibus eburneis sustentatas rotundas mensas citreas è Mauritania petitas. *felices Atlantica numera syluæ.* Martial. ep. 89. l. 4. vide quæ nos ad ep. 43. l. 2. Mart. *Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.* & Iuuen. Sat. 11. *Istos sustinet orbes Granate ebur.*

d Conspectum.

e Vide Plin. l. 13. c. 15.

f Etiamsi Cæsar non esset.

g Continentes & incorruptissimos viros, quos tamen opima & ampla præda alliceret.

h l. 3. v. 160.

i l. 6. v. 787.

k Quintius Cincinnatus, qui agrum trans Tyberim fodiens à legatis Dictator salutatus est. Liu. l. 3. Dionysius verò consulatum illi ita oblatum scribit. Alij hîc Serranum intelligunt. vide Plin. l. 18. c. 3. *te sulcis, Serrane seretem.* Virg. 6. AEn. Pers. Sat. 1.

l Aureis vasis.

m Sed gulâ & ambitioso luxu.

n Quas AEgyptij pro Dijs coluerunt, vti pisces, Ibin, &c. vide quæ ad Sat. 15.

o Cryſtallinum gutturnium. *Dant famuli manibus lymphas. Cum bibitur concha.* Iuuen. Sat. 6. v. 305.

p Pocula è gemmis. *Cum bibitur concha.* Iuuen. Sat. 6. v. 305.

q Marreotidum vuarum meminit Virg. 2. Geo. & Plin. l. 14. c. 3. Mareotici vini, Athenæus l. 1. c. 25. ὁτὶ τῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ χώρας Μαρεώτης dicti. & Strabo l. 13.

r Sed vinum Meroæum, quod paucis annis nobilitatem saporis odoris que consecutum est, decoctâ creditate. Meroë autem insula Nili est max. l. 4. v. 333.

s Vinum, *Syracodoche*, Falernum enim proprie è Campania est.

t Fructice Indico & Syriaco, cujus folia & spicæ odore commendantur.

u Perenni, per totum annum in AEgypto florente. Martial. ep. 80. l. 6.

x Delibutæ vnguentis.

y Nec peregrè aductum expirauit odorem, *nec spirant cinnama surdum* Pers. Sat. 6.

z In vicina Assyria & Media nata. Plin. l. 12. c. 13.

a Ab Alexandrino hoc luxu.

[b] Postquam epulis, Bacchoq; modum lassata voluptas
Imposuit, longis Cæsar producere noctem
Incboat alloquijs: summáque in sede iacentem
[c] Linigerum placidis compellat [d] Achorea dictis:
O sacris deuote senex, quódque arguit ætas
Non neglecte Deis, Phariæ primordia gentis,
Terrarumque situs, vulgíque edissere mores,
Et ritus, formásque Deûm: quodcunque vetustis
Insculptum est adytis profer, [r] noscique volentes
Prode Deos. si [f] Cecropium sua sacra [g] Platonem
Maiores docuêre tui: quis dignior vnquam
Hoc fuit auditu, [h] mundique capacior hospes?
Fama quidem [i] generi Pharias me duxit ad vrbes,
Sed tamen & [k] vestri: media inter prælia semper
Stellarum, cœliq; plagis, Superisq; vacaui,
Nec meus [l] Eudoxi vincetur [m] Fastibus annus.
Sed cùm tanta meo viuat sub pectore virtus,
Tantus amor veri, nihil est quod noscere malim
Quàm fluuij causas per secula tanta latentes,
Ignotumq; caput: spes sit mihi certa videndi
Niliacos fontes; bellum ciuile relinquam.
Finierat. contráque sacer sic orsus Achoreus:
Fas mihi magnorum Cæsar secreta parentum
Prodere, ad hoc æui populis ignota [n] profanis.
Sit [o] pietas alijs, miracula tanta silere:
Ast ego cœlicolis gratum reor, ire per omnes
Hoc opus, & sacras populis notescere leges.

b Imitatio Virgiliana: Postquam epulis exempta fames. & Homerica, Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

c Sacerdotem Isidis xylinis vestibus indutum, gregem liniferum vocat bos Iuuenal. Sat. 6. & Liniferam Isidem, Ouid. Quippe lana, &c. iam inde Orphei & Pythagoræ scitis profanas vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter opt. fruges terrâ exorta, non modò induui & amictui sanctissimis Ægyptorũ sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris vsurpatur. Apul. Apolog.

d l. 8. v. 477.

e Gloria quippe & celebratione gaudent. infra v. 197.

f Atheniensem, à Cecrope rege.

g Plato in Ægyptum ad prophetas & sacerdotes profectus arcana & disciplinas eorum edidicit. Laertius l. 3.

h Docilior & qui mundi causis noscendis magis vacauit.

i Pompeij, qui huc profugisse dicebatur.

k Quorum scientias scire percupio; Astronomiam maximè, cui inter arma vacaui semper.

l Eudoxus iste fuit Cnidius, auditor Platonis, qui cum Chrysippo medico in Ægyptum profectus, anni rationem reuersus Græcis tradidit & Ephemeridas scripsit. Laert. l. 8. Strabo l. 14. Columel. l. 10. Censorinus, huius autem fastis in rationi anni Cæsar dicit suam anni correctionem non cessuram, qua obseruationi veteri adiecit X dies vt annum CCCLXV dies efficerent, & ne quadrans deesset, quarto quoque anno vnus dies intercalaretur. Plutarchi Cæs. & Macrob. l. 1. Saturn. c. 14. Solin. c. 3. Sueton. Cæs.

m Vtcunque Seruius erroris Lucanum insimulare ausus sit, *Fastum* tamen pro dierum computatione in quarta declinatione vsurparunt autores boni. Varro in Ephemeride: *Cæsar fastus correxit.* Columella 10. *Sequor nunc Eudoxi & Metonis fastus.* & Horat. vtriusque declin. 2 & 4.

n Non initiatis. o Religio.

P Si-

p Sideribus, quæ sola fugam moderantur Olympi,
Occurruntq́, polo, diuersa potentia prima
Mundi lege data est. q Sol tempora diuidit anni,
r Mutat nocte diem, radijsque potentibus astra
Ire vetat, s cursúsque vagos statione moratur.
t Luna suis u vicibus x Tethyn, terrenáque miscet.
y Frigida Saturno glacies, & zona niualis
Cessit. habet ventos, incertáque fulmina Mauors.
Sub Ioue temperies, & nunquam turbidus aër.
At fecunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet. immensæ Cyllenius arbiter z vndæ est.
a Hunc vbi pars cœli tenuit, quà mista Leonis
Sidera sunt Cancro, rapidos quà Sirius ignes
Exerit, & varij b mutator circulus anni
Ægoceron, Cancrúmque tenet, cui subdita Nili
Ora latent: quæ cùm * dominus percussit aquarum
Igne superiecto, tunc c Nilus fonte soluto
Exit, vt Oceanus lunaribus incrementis
Iussus adest, sanctúsque suos non antè coarctat,
Quàm d nox æstiuas à Sole receperit horas.
e Vana fides veterum, Nilo, quò crescat in arua,
Æthiopum prodesse niues. f non Arctos in illis

p Planetæ, qui aduerso motu ab Occasu &c. in Ortum retardant rapidum motum quo decima sphæra ab Ortu in Occasum rectè decurrens reliquos orbes secum trahit, aliam atque aliam sortiuntur motus rationem, adeoque potentiam.

q Medius planetarum; temporum, terrarum, siderum & cœli rector.

r Cum veteribus, qui τὸν ἥλιον πλανωμένων ἡγεμόνα à Sole fieri credebant. errasse nostrum monet Ios. Scal. in prolegom. ad Manil.

s Ipse sub Eliptica certus vagos cæterorum cursus moderatur. Neque enim de planetis stationibus & retrogradis aliquid innoxiisse veteribus verisimile est. Sed de stationibus planetarum Plin. l. 2. c. 15. 16. & 17.

t A Æstum maris Lunæ motui tribuerunt veteres. Pomp. Mela l. 3 c. 1. & Interp. Vadian.

u Crescentis ac decrescentis Lunæ.

x Mare reciproca agitatione nunc accedens litora, nunc recedens.

y De virtutibus & qualitatibus planetarum consulendi Astrologi, qui de his plenius & planius.

z Fluminum, adeoque Nili. *Cessit Mercurio locus imbrifer.* Aquosus.

a Vbi Mercurius peruenit ad extremum gradum Cancri quà Leonem contingit, vicinus Caniculæ & Tropico Cancri cui subiacent ignoti fontes Nili; cum * arbiter vagus Mercurius laxat fontes fluminis directè subiecti, facitque efferuescere, non secus ac Luna motu suo tumefacit mare. modò v. 204.

b Zodiacus in quo taxatur à Ios. Scal. in proleg. ad Manil. quod ex duobus Tropheis vnum facit, & Zodiacum non solem dirigit ad puncta Solstitialia. Nullo modo probantur mihi interpretes, qui Meridianum intelligunt Trop. vtrumque intersecantem.

c Nilus crescere incipiens nouâ Lunâ post solstitium; Sole Cancrum transeunte, modicè; Leonem, abundantissime, in Virgine, residet; reuocatur intra ripas, Sole in Libra, h. e. in æquinoctio autumnali. l. 8. v. 467. Herodot. l. 2. Plin. l. 5. c. 9. Solin. c. 34. & 45. Strabo l. vlt. Diod. Sic. l. 1. Seneca l. 4. nat q. c. 2. Marcellin. l. 22. Heliod. l. 9. Philo l. 1. de vita Mosis. Cardan. de Subtilit. l. 2. & 21 Iul. Cæs. Scal. exercit. 47.

d Notatio æquinoctij autumnalis.

e E septem causis inundationis Nili, quas ponit noster, secunda hæc veteribus Anaxagoræ, Eratosthenis, & aliis grauissimis autoribus placita validissimis nititur argumentis, ad quæ diluenda nimis debiles sunt poetæ confutationes. Sole enim apud nos in Cancri tropico exsiccante vltra Capricorni circulum sitis hyems est. & niues in Lunæ montibus conceptæ à Sole redeunte, quod ijs vel est, dissolui possunt. Sed & hanc opinionem refutat Io. Bapt. Scortia l. 1. de Nili incremento, c. 12.

f Et tamen recessus à circulo Capricorni ad Antarcticum æquè se habet quoad frigus, ac noster à circulo trop. Cancri.

Montibus, aut Boreas. teſtis tibi ſole peruſti
Ipſe color populi, calidiq; vaporibus Auſtri.
Adde, quòd omne caput fluuij, g quodcunque ſoluta
Præcipitat glacies, ingreſſo vere tumeſcit
Prima h tabe niuis: Nilus neque ſuſcitat vndas
i Ante Canis radios, k nec ripis alligat amnem
Ante parem noctis Libra ſub iudice l Phœbum.
Inde etiam leges m aliarum neſcit aquarum:
Nec tumet hybernus, cùm longè ſole remoto
n Officijs caret vnda ſuis: dare iuſſus o iniquo
Temperiem cœlo, mediis æſtatibus exit.
Sub p torrente plaga, ne terras diſſipet q ignis,
Nilus r adeſt mundo, contráque incenſa Leonis
Ora tumet: Cancróque ſ ſuam torrente Syenen,
t Imploratus adeſt: nec campos liberat vndis,
Donec in autumnum declinet Phœbus, & vmbras
Extendat u Meroë, quis cauſas reddere poſſet?
Sic iuſſit Natura parens decurrere Nilum:
Sic opus eſt mundo. x Zephyros quoq; vana vetuſtas
His adſcripſit aquis, quorum ſtata tempora flatus,
Continuíque dies, & in aëre longa poteſtas:
y Vel quòd ab occiduo depellunt nubila cœlo
Trans Noton, & fluuio cogunt incumbere nimbos:
z Vel quòd aquas toties rumpentis litora Nili
Aſſiduè feriunt, coguntq; reſiſtere a flatus.
b Ille mora curſus aduerſiq; obyce ponti
Æſtuat in campos. c Sunt qui d ſpiramina terris
Eſſe putent, magnóſque cauæ compagis hiatus.
Commeat hàc penitus tacitis diſcurſibus e vnda

g Atqui hoc verſus Antarcticum ſitis vernum tempus eſt.
h Solutione.
i Ante exortum canicularẽ, in menſe Iulio: Sole Leonem ingreſſo.
k Neque reuocatur in aliquem ante æquinoctium autumnale l. 8. v. 467. Io. Leo Africanus l. 8. c. 4. & l. 9. c. 26. Hieron. Fracaſtorius tract. de Nilo. M. Ant. Sabellicus Ennead. 1. l. 3. Geropius in Niloſcopio. Cardan. de Subt. l. 11. Cæſ. Scal. exerc. 47.
l Diem.
m Aliorum fluminum, quæ hyeme creſcunt, æſtate decreſcunt.
n Incremento ad irrigationem Ægypti.
o Perueniẽti æthere.
p Zonâ torridâ.
q Calor excandeſcens.
r Ad refrigerium & temperiem ſubuenit Ægypto.
ſ Sibi ſubiectam l. 2. v. 587.
t In auxilium quaſi aduocatus.
u In qua inſtorridæ zonæ ſubiectâ breues aut nullæ reijciebantur vmbræ infra v. 305.
x Impropriè. Etefias Aquilones (qui à Rhiphæis & Septentrione flantes pellere pluuia nubila in Auſtrum, & Nilum verſus fontes repulſum quò minus in mare ſe exoneret, adeoque exundet, ſiſtere dicuntur) vocat Zephyros & ab Occaſu flare facit. vide Ioſ. Scal. in prolegom. ad Manilium. Cæterùm hanc opinionem diſcutit refutatque Io. Bapt. Scottia l. 2. de natura & increm. Nili, c. 13. 14. & 15.
y Quod Democriti placitum eſt. z Quod Thaleti viſum eſt. a Veni. b Nilus impeditus ab Etefijs ex aduerſo flantibus, quò minus in mare delabatur, exundat. Ammian. Marcellin. l. 22. Solin. c. 45. Plin. l. 5. c. 9. Mela l. 1. c. 9. Herodot. 2. c Quarta incrementi Nili cauſa, ſed abſurda quam tamen Memphitici ſacerdotes tradebant. d Canales & meatus ſubterraneos. e Fluuij, vt mox v. 252.

Frigore

Frigore ab Arctido [f] *medium reuocata ſub axem,*
Cùm [g] *Phœbus preſſit Meroën, tellusq́ peruſta*
Illuc duxit aquas, trahitur Gangesq́, Padúsque,
[h] *Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus*
Vno fonte vomens non vno gurgite perfert.
[i] *Rumor ab Oceano, qui terras alligat omnes,*
Exundante procul violentum erumpere Nilum,
Æquoreóſque ſales longo miteſcere tractu.
[l] *Nec non Oceano paſci Phœbumq́ polúmque*
Credimus: hunc, calidi tetigit cùm brachia Cancri,
Sol rapit, atque vndæ plus, quàm quod digerat aër
Tollitur. hoc noctes referunt, Niloq́ refundunt.
[m] *Aſt ego ſi tantam ius eſt mihi ſoluere litem,*
Quaſdam, Cæſar, aquas poſt mundi ſera peracti
Secula, concuſſis terrarum erumpere venis,
Non id agente Deo, quaſdam [n] *compage ſub ipſa*
[o] *Cum toto cœpiſſe reor, quas ille creator,*
Atque opifex rerum certo ſub iure coërcet.
Quæ tibi noſcendi Nilum Romane cupido eſt,
[p] *Et Pharijs, Perſiſq́ fuit, Macetúmq́ tyrannis:*
Nullaq́ non ætas voluit conferre [q] *futuris*
Notitiam: [r] *ſed vincit adhuc natura latendi.*
Summus Alexander regum quos Memphis adorat,
Inuidit Nilo, miſitq́ per vltima terræ
Æthiopum, [ſ] *lectos: illos rubicunda peruſti*
Zona poli tenuit; Nilum vidêre calentem.
Venit ad occaſum, mundíque extrema [t] *Seſoſtris,*
Et Pharios currus regum ceruicibus egit:

f Sub AEquatorem aut torridam zonam, cui ſubiacet Meroë, infra v. 305.
g Meroën premit Sol cùm obtinet quartamdecimam Leonis partem.
h Per ſecretos meatus illos ſubterraneos.
i His fluminibus non ſufficit vnus Nili alueus, adeoque exundat ſi.
k Alij ſunt, qui opinantur ferúntque Nilum ab illo Oceano, qui terras ambit, exæſtuante, incrementum aquarum capere; fluctus verò maris nos ſalſuginem amittere atque dulceſcere longo curſu. hanc opinionem examinat atque reijcit Scortia l. 2. de Nilo, c. 11.
l Alia opinio. Sidera aquis pasci, vt l. 1. v. 415. & l. 9. v. 513. aquarum itaque à Sole in Cancro attractarum partem à ſideribus non digeſtam in AEthiopia deorſum noctu decidere, atque hinc Nilum creſcere. Herodoti ſententia, vide c. 19. l. 2. Scortiæ de incremento Nili.
m Ego reor alios fluuios è venis vi concuſſis erupiſſe poſt orbem conditum, alios accepiſſe ortum & leges certas à Deo in ipſa mundi creatione. Nilum autem hanc incrementi legem à prudenti Deo etiam tum accepiſſe, hanc tanquam vniuerſalem cauſam à noſtro poſitam vt & ab Ariſtide in oratione AEgyptiacâ, pro Ieui refutat Io. Baptiſta Scortia l. 2. de natura & incremento Nili c. 1. Refutatis deinde variis aliorum opinionibus docet c. 17. Nilum aquis pluuijs creſcere.
n In prima mundi conſagmentatione.
o Cum rerum vniuerſitate.
p Seſoſtri, Cambyſe, Alexandro, vt ſeq.
q Poſteris. ἐπορμήσεσι.
r Necdum enim inuenti ſunt eius fontes.
ſ Electos viros, qui ortum Nili indagarent.
t Seſoſtris hunc Tzetzes Chiliad. 3. c. 69. Var. hiſt. refert Aſſyriorum regem fuiſſe, & regibus curru iunctis veſtum triumphaſſe. idem Plin. l. 33. c. 3. Val. Flac. Sed vide Herodoti Euterpen.

[u] *Antè tamen veſtros amnes Rhodanumq́, Padumq́,*
Quàm Nilum de fonte bibit. veſanus in ortus
[x] *Cambyſes* [y] *longi populos peruènit ad æui,*
[z] *Defectiúſque epulis, & paſtus cæde ſuorum,*
Ignoto te, Nile, redit. [a] *non fabula mendax*
Auſa loqui de fonte tuo eſt, vbicunque videris,
Quæreris: & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo ſit læta ſuo. tua flumina prodam,
[b] *Qua Deus vndarum celator, Nile, tuarum*
Te mihi noſſe dedit. [c] *Medio conſurgis ab axe,*
[d] *Auſus in ardentem ripas attollere Cancrum:*
In Boream [e] *is* [f] *rectus aquis, mediúmque Booten:*
Curſus in occaſum flexu torquetur, & ortus,
Nunc Arabum populis, Libycis nunc æquus arenis:
Téque vident primi, quærunt tamen hi quoq́, [g] *Seres*
Æthiopúmque [h] *feris alieno gurgite campos:*
Et te terrarum neſcit cui debeat orbis.
[i] *Arcanum natura caput non prodidit vlli,*
Nec licuit populis [i] *paruum te, Nile, videre,*
Amouitque ſinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quàm noſſe tuos. [k] *conſurgere in ipſis*
Ius tibi [l] *ſolſtitijs,* [m] *aliena creſcere bruma,*
Atque [n] *hyemes adſerre tuas: ſolique vagari*
Conceſſum [o] *per vtroſq́ polos.* [p] *hìc quæritur ortus,*
[q] *Illic finis aquæ. latè tibi* [r] *gurgite rupto*
Ambitur nigris Meroë fecunda colonis,
Læta comis [s] *hebenis* [t] *quæ quamuis arbore multa*

u Neque tamen inuenit magis quàm veſtrorum fl. fontes. Notatio vti ἀδυνάτου.

x Perſarum rex, Cyri F. qui patris imperio adiecit AEgyptum.

y Maxęßiuς AEthiopas. Herodot. l. 3. Plin. l. 6. c. 30.

z Deſtinarat Cambyſes triplex bellum, nauale contra Carthaginenſes; alterum terreſtre contra Ammonios: tertium in Macrobios AEthiopas, deficiente autem in itinere commeatu, ingens fames exercitum inuaſit. vnde decimum quemque militem ſorte ductũ edebant, &c. Herodot. 3.

a Ita vt non falſum ſit quod de Nili origine dicitur, *Neminem notam eſſe.*

b Quatenus.

c A Meridie (innuit autem polum Antarcticum) in Septentrionem recto curſu defertur Nilus, niſi quod ſinuoſo flumine modò Arabiam modò Africam ex æquo alluit. *Inde Africam ab AEthiopia diſpeſcem, &c.* Plin. l. 5. c. 9.

d Alueo quidem contentus à Cataractis, quæ ſub Cancro ſunt: antè per arenoſa & ſqualentia fluens, quandoque ſe terrã condens & poſt dierum aliquot itinera erumpens. e Deſluis. f Directè aduerſum Borean. g AEthiopiæ gens. vt placet Heliodoro l. 9. Indiæ pop. vt Oroſio l. 3. c. 24. Non itaque in tantum errat aut hallucinatur noſter quantum à Ioſ. Scal. ad Manilium arguitur. vide quæ ad l. 1. v. 19. Glareanus conijcit legend. *feri* vt opponatur τοῖς *primi*. h Præterueheris aduena & alibi orto fl. i Fontes Nili ignoti, quem tamen Ptolemæus & alij è Lunæ montibus oriri referunt: Vitruuius ex Atlante Mauritaniæ, lubam ſecutus. k Creſcere, exundare, vt ſupra v. 215. & deinceps. l Solſtitio æſtiuo. m Diuerſa ab aliis fl. ratione. ſupra v. 228. n Incrementum tuum, quaſi hybernum. o Per terras longè ab vtraque AEquatoris parte recedentes ad vtrumque polum. p Apud nos ad Arcticum ſitos, de origine tui quæſtio eſt— q —apud Antarcticos, de exitu & oſtijs— r —Diuidente ſe Nilo & Meroën inſ. circundante. s Supra v. 217. t Meroën premit Sol cùm obtinet decimam quartam partem Leonis.

Fron-

Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra:
[a] Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.
Inde [x] plagas Phœbi, damnum non passus aquarium,
Præueheris, steriléque diu metiris arenas,
Nunc omnes vnum vires collectus in amnem,
Nunc vagus, & spargens facilem tibi cedere ripam
Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
[a] Quà dirimunt Arabum populis Ægyptia rura
Regni [b] claustra Philæ. mox te deserta secantem,
[c] Quà dirimunt nostrum rubro commercia pontum,
Mollis lapsus agit. quis te tam lenè fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? [d] sed cùm lapsus abrupta viarum
Excepêre tuos, & præcipites cataractæ,
[e] Ac nusquam vetitis vllas obsistere cautes
Indignaris aquis: [f] spuma tunc astra lacessis:
Cuncta fremunt vndis: [g] ac multo murmure montis
Spumeus inuictis canescit fluctibus amnis.
Hinc, [g] Abaton quà nostra vocat venerãda vetustas,
Terra potens, primos sentit percussa tumultus,
Et scopuli, [h] placuit fluuij quos dicere venas,
[i] Quòd manifesta noui primùm dant signa tumoris.
[k] Hinc montes Natura vagis circundedit vndis,
[l] Qui Libyæ te, Nile, negant: [m] quos inter vt alta
In conualle iacens stat molibus vnda receptis.
[n] Prima tibi campos permittit, apertáque Memphis
Rura, modúmque vetat crescendi ponere ripas.
[o] Sic velut in tuta securi pace trahebant
Noctis iter mediæ: sed non vesana Pothini
Mens imbuta semel tam sacra [p] cæde, vacabat

a Illa regio liness tam perpendiculari Soli in Leone subiacet.
x Zonam torridam.
y Diminutionem, attrahentibus illum Sole & sideribus.
a Vbi Ægyptus ab Arabia diuiditur, ad Philas opp. Strabonis l. 17. Ptolom. & Heliodoro l. 8. sed Plinio inf. l. 5. c. 9. & Seneca l. 4. c. 2.
b Finis. vel alludit ad τὰς πύλας. Solinus c. 45. Catadupas appellat Nili claustra.
c Quã non ita multum Mediterraneum mare ab Erythræo ceu rubro diuiditur.
d Nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo Cataracte inter occursantes scopulos non sine immenso fragore sedfluere creditur, postea lenis, &c. Plin. l. 5. c. 9.
e Atque indignaris vllas cautes obsistere tuis aquis, nusquã alibi inhibitis.
f Frequentia illic saxa scopulis similia aquam magna vertigine mirabilique aliam reflectunt, inq; contrarium cursum spumis agunt redundantibus, &c. Diod. Sic. Senec. Nat. quæst. l. 4. scopulis asperatur, &c. Solin. c. 45. Mela l. 1. c. 9.
g Petra ceu insula Nili propè Philas ad primum cataractam, inaccessibilis, vnde nomen.
h Quos nonnulli fontes Nili credebant.
i Quòd hîc primum intra alueum fuere, hinc increscere apparet.
k Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò ineluctos montibus, &c. Plin. l. 5. c. 9.
l Qui te ab Africâ diuertunt.
m Inter quos montes Nilus stagnans obtinet conuallis speciem.
n Memphis prima vrbs est planæ & iacentis Ægypti, vnde exundare incipit Nilus, nullis ripis fluuium coercentibus, vetatque rip. pon. modum crescendi.
o Ad historiam redit.
p Pompeij.

A ſcelerum motu. Magno nihil ille peremto
Iam putat eſſe nefas: habitant ſub pectore [q] *manes,*
Vltricéſque Deæ dant in noua monſtra furorem.
Dignatur [r] *viles* [ſ] *iſto quoque ſanguine dextras,*
Quo Fortuna parat victos perfundere Patres;
[t] *Pœnáque ciuilis belli, & vindicta Senatus*
Penè data eſt famulo. procul hoc auertite fata
Crimen, vt hæc [u] *Bruto ceruix abſente ſecetur.*
In ſcelus it Pharium Romani pœna tyranni,
Exemplúmque perit. ſtruit audax [y] *irrita fatis,*
[z] *Nec parat occultæ cædem committere fraudi:*
Inuictúmque ducem detecto Marte laceſſit.
Tantum animi delicta dabant, vt colla ferire
Cæſaris, & ſocerum iungi tibi, Magne, iuberet:
Atque hæc dicta monet famulos perferre fideles
Ad Pompeianæ ſocium ſibi cædis Achillam,
Quem puer imbellis cunctis præfecerat armis,
Et dederat ferrum, nullo ſibi iure retento,
In cunctos, in ſeq́; ſimul. [a] *Tu mollibus, inquit,*
Nunc incumbe toris, & pingues exige ſomnos:
Inuaſit Cleopatra [b] *domum. nec prodita tantùm eſt,*
[c] *Sed donata Pharos.* [d] *ceſſas accurrere ſolus*
Ad dominæ thalamos? [e] *nubet ſoror impia fratri:*
Nam Latio iam nupta duci eſt: interque maritos
[f] *Diſcurrens Ægypton habet, Romamq́;* [g] *meretur.*
Expugnare [h] *ſenem potuit Cleopatra* [i] *venenis.*
[i] *Crede miſer puero: quem nox ſi iunxerit vna,*
Et ſemel amplexus [l] *inceſto pectore paſſus*
[m] *Hauſerit obſcœnum titulo pietatis amorem,*
Méque, tuumq́; caput, per ſingula forſitan illi
Oſcula donabit. crucibus, flammíſque luemus

q Vmbræ Pompeij.
r Eunuchi Potiini & Achillæ.
ſ Cæſaris, vt modò Pompeij.
t Patrum & Bruti deterris ereptæ libertatis vindicibus futuris, penè præripuerat Cæſaris cædem famulus Pothinus.
u M. Bruto Cæſaris interfectore futuro, l. 7. v. 586.
x Pœna à Cæſare tyranno ſumenda Romanis penè factũ erat ſcelus Ægyptiorum, & tyrannicidæ gloria atque exemplum prope perierat.
y Quæ in fatis non erat perficere.
z Erat in procuratione regni propter ætatem pueri nutricius eius eunuchus Pothinus. is primùm inter ſuos queri atque indignari cœpit, regem ad dicendam cauſam euocari: deinde adiutores quoſdam conſcios ſui nactus ex regijs amicis, exercitum à Peluſio clàm Alexandriam euocauit. atque Achillam, quem omnibus copijs præfecerat inſcitum ſuis, & regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, literis nunciíque edocuit. Cæſ. com. cin. bel. 3.
a Ex obliquo ſegnitiem illius arguens Achillam ad cædem Cæſaris excitat.

b Regiam. c Sed palàm donatum eſt Cleopatræ à Cæſare Ægypti regnum. d Ceſſas, vel ſi ſolus eſſes neque tali exercitu inſtructus, accurrere ad has nupcias oppetendas & præueniendas? e Procul dubio efficiet Cæſar cui illa iam vice vxoris eſt, vt Cleopatra concilietur Ptolemæo. f Per vices. g Noctibus. h Cæſarem. i Philtris, veneficijs amoris, illecebris & lenocinijs formæ. k Ironicè. l Sororis, quam duxit in matrimonium. m Inceſtum velauerit coniugij nomine.

n Si

[a] *Si fuerit formosa soror. nil vndique restat*
Auxilij: rex hinc coniux, hinc Cæsar adulter:
Et sumus, vt fatear, tam [o] *sæua iudice sontes.*
Quem non è nobis credet Cleopatra [p] *nocentem*
A quo casta fuit? [q] *per, te, quod fecimus vnà,*
[r] *Perdidimusq; nefas, perq; foedus sanguine Magni*
Fœdus, ades: subito bellum molire tumultu:
Irrue: nocturnas rumpamus funere [t] *tedas,*
Crudelémque toris dominam mactemus in ipsis
[u] *Cum quocunque viro. nec nos deterreat ausis*
Hesperij Fortuna ducis. quæ [x] *sustulit illum,*
Imposuitq; orbi, communis gloria nobis:
[y] *Nos quoque sublimes Magnus facit. aspice* [z] *litus*
[a] *Spem nostri sceleris:* [b] *pollutos consule fluctus*
Quid liceat nobis: tumulúmque è puluere paruo
Aspice Pompeij non omnia membra tegentem.
[c] *Quem metuis, par huius erat.* [d] *non sanguine clari:*
[e] *Quid refert? nec opes populorũ, ac regna mouemus.*
[f] *Ad scelus ingentis fati sumus. adtrahit illos*
In nostras Fortuna manus. en [g] *altera venit*
Victima nobilior. [h] *placemus cæde secunda*
Hesperias gentes. [i] *iugulus mihi Cæsaris haustus*
Hoc præstare potest, Pompeij cæde nocentes
Vt populus Romanus amet. quid nomina tanta
Horremus, viréque ducis, [k] *quibus ille relictis*
Miles erit? nox hæc peraget ciuilia bella,
[l] *Inferiásque dabit populis, & mittet ad vmbras,*
Quod debetur adhuc mundo, caput. ite feroces
Cæsaris in iugulum: [m] *præstet Lagea iuuentus*

n Si forma sororis fratri placere cœperit.
o Cleopatrã.
p Vel hoc nomine, quod non & nos cũ illa consuetudinem habuimus.
q Obtestatio.
r Malè collocauimus, nullum consecuturi illius præmiũ; nisi & nouum hoc scelus adiungamus.
s Allusum ad morem faciendi fœderis.
t Nuptias.
u Ptolemæo, cum Cæsare.
x Euexit.
y Nos quoque gloriam hanc cum Cæsare diuidimus: ille deuicit, nos interfecimus.
z In quo exstus est Pompeius, vbi iacet sepultus.
a Quod iubeat nos sperare idem posse in Cæsare.
b Cæde Pompeij.
c Cæsaris Fortuna & gloria non maiores sunt quàm fuere illæ Pompeij.
d *Obiect.* Sed nos, inquies, non sumus genere clari.
e *Solut.* Neque tamen nos (quod illi fecerunt) solicitauimus populos & reges in nostra auxilia & ad exequendum quod proposuimus.

ad quod ipsi per nos sufficimus. f Magnum est fatum nostrũ & potens ad scelera, ita Grotius qui hanc lectionem probat. Alteram lectionem *Ad scelus ingentes facti sumus*, adstruere poterit illud Lyci apud Senec. in Herc. Fu v. 337. *nobiles non sunt mihi Avi, nec altis inclytum titulis genus: Sed clara virtus, &c. prosperum autem*, vt habetur in eadem tragœdia v. 250. *ac felix scelus Virtus vocatur.* g Cæsar. h *Rituale verbum* quando prioris litatum non fit. *Metaphora à sacris.* i Cæsaris inuisi cæde conciliabimus nobis Romanos offensos cæde Pompeij. k Quos titulos & nomina si illi adimas, nil nisi miles est. sic I. 5. v. 366. *priuatum sullura inuentus.* l Cæsarem, tanquam sacrificium vmbras ex forum pop. placaturum. m In castris tuis milites AEgyptij præstent hanc libertatis gratiam regi suo, quem Cæsar apud se tenet tanquam captiuum: Romani (vt mox v. 403.) sibi, oppressore sc. libertatis Cæsare cæso,

Hoc regi, Romana sibi. tu parce morari:
Plenum epulis, madidumq; mero, Veneriq; paratum
Inuenies: aude: Superi tot vota[n] Catonum,
Brutoríumque tibi tribuent. [o] Non lentus Achillas
Suadenti parêre nefas. haud clara mouendis,
Vt mos, signa dedit castris, nec prodidit arma
Vllius clangore tubæ: temerè omnia sæui
Instrumenta rapit belli. [p] pars maxima turbæ
Plebis erat Latiæ: [q] sed tanta obliuio mentes
Cepit, in externos corrupto milite mores,
Vt [r] duce sub famulo, iussúque satellitis irent,
Quos erat indignum [s] Pharios parêre tyranno.
Nulla fides, pietásque viris, qui castra sequuntur,
[t] Venalésque manus: ibi fas, vbi maxima merces:
AEre merent paruo: iugulúmque in Cæsaris ire
Non sibi dant. prô fas! [a] vbi non ciuilia bella
Inuenit imperij fatum miserabile nostri?
Thessaliæ subducta acies in litore Nili
More furit patrio. quid plus [x] te, Magne, recepto
Ausa foret Lagea domus? [y] dat scilicet omnis
Dextera, quod debet Superis: nullíque vacare
Fas est Romano. [z] Latium sic scindere corpus
Dijs placitum: non in generi, soceríque fauorem
Discedunt populi. ciuilia bella satelles
Mouit, & in partem Romanam venit Achillas.
[a] Et nisi fata manus à sanguine Cæsaris arcent,
Hæ vincent partes. [b] aderat maturus vterque:
Et [c] districta epulis ad cunctas aula patebat
Insidias: poterátque cruor per regia fundi

n Catonis, Scipionis, Bruti, &c. quibus hoc maximè in votis est.

o Dum Cæsar laboraret controuersias regum componere: subitò exercitus regius, equitatusque omnis venire Alexandriam nunciatur, &c. Cæs. com. ciuil. 3.

p Erant cum Achilla copiæ, vt neque numero, neque genere hominum, neque vsu rei militaris contemnendæ viderentur. millia enim viginti in armis habebat. hæ constabant ex Gabinianis militibus: qui iam in consuetudinem Alexandrinæ vitæ atque licentiam venerant, & nomen disciplinamque pop. Rom. dediderant, vxoresque duxerant, &c. ibid.

q Indignationem huiusmodi vide apud Horat. ode 5. l. 3.

r Achillæ.

s Ipsi regi AEgyptio.

t Non ex animo suo aut se in libertatem vindicaturi; sed stipendio conducti.

u Milites Rom. qui non interfuerant prælio Pharsalico, hic tamen in AEgypto ciuili sanguine manus imbuere parant. sic l. 8. v. 601.

x Si Pompeium exceptum tuerentur armis AEgyptij?

y Omnis vbique Rom. dextra se immiscet bello huic ciuili ita volentibus Superis.

z Ita Dijs visum res Rom. & vires vnitas dissellere & dissoluere factionibus; neque his Pompeij & Cæsaris, sed tertias partes se quoque ingerit satelles AEgyptius Achillas.

a Et nisi fatis reseruatos esset Cæsar interficiendus Romæ; hic certè ab his fuisset oppressus.

b Pothinum intra, Achillas extra vrbem. Plutarchus refert, tonsorem Cæsaris, hominem timidissimum, dum omnia curiosè exploraret, percepisse insidias Cæsari strui ab Achilla & Pothino, indicioque rei detulisse. Cæsarem cœnaculum præsidio cinxisse, & Pothinum interfici iussisse. Achillam verò fugâ in castra elapsum intulisse ei difficillimum bellum, &c. Aliter Cæs. l. 3. de bello ciu.

c Impedita, distracta.

Pocula

Pocula Cæsareus, mensæq; incumbere ceruix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
[d] *Ne cædes confusa manu, permissaque fatis*
Te, Ptolemæe, trahat. tanta est fiducia ferri.
[e] *Non rapuêre nefas:* [f] *summi contemta facultas*
Est operis: [f] *visum famulis reparabile damnum,*
Illam mactandi dimittere Cæsaris horam.
Seruatur pœnas in aperta luce daturus.
Donata est nox vna duci, vixitq; Pothini
Munere Phœbeos Cæsar dilatus in ortus.
[g] *Lucifer à* [h] *Casia prospexit rupe, diemque*
Misit in AEgyptum [i] *primo quoque sole calentem:*
Cùm procul à muris acies non sparsa maniplis,
Nec vaga conspicitur, [k] *sed iustos qualis ad hostes*
Recta fronte venit. [l] *passuri comminus arma,*
Laturíque ruunt. [m] *at Cæsar mœnibus vrbis*
Diffisus, foribus clausæ se protegit aulæ,
Degeneres passus latebras. [n] *nec tota vacabat*
Regia compresso: minima collegerat arma
Parte domus: tangunt animos iræq; metusq;:
Et timet incursus, indignatúrque timere.
[o] *Sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris,*
Et frangit rabidos præmorso carcere dentes.
[p] *Non secus in Siculis fureret tua flamma cauernis,*
Obstrueret summam si quis tibi [q] *Mulciber Aetnam.*
[r] *Audax Thessalici qui nuper rupe sub* [s] *AEmi,*
Hesperiæ cunctos proceres, aciémque Senatus,
Pompeiúmque ducem, [t] *causa sperare vetante,*
Non timuit, fatumq; sibi promisit iniquum,
Expauit [u] *seruile nefas, intráque penates*
Obruitur telis [x] *quem non violasset* [y] *Alanus,*
Non Scytha, [z] *non fixo qui ludit in hospite Maurus.*

d Ne qua fortè & ipse rex Ptolem. in tumultu periret.
e Non itaque temerè & raptim aggressi sunt facinus.
f Visum est ijs occasionem hanc omittere atque opportunius resumere die insequente.
g Notatio Autoræ.
h Monte Casio, qui ad Orientem Alexandriæ est. l. 8. v. 463.
i Rectè quippe orto.
k Sed collecta & instructa.
l Achillas copijs suis fidens, paucitatemque militum Cæsaris despiciens, occupabat Alexandriã, præterea oppidi partem quam Cæsar cum militibus tenebat, &c. Cæs. com. 2.
m Cæsar à persuasoribus Pompeij obsessus in regia, quamuis exigua manu, ingentis exercitus molem mirâ virtute sustinuit. Florus.
n Neque sufficit parua Cæsaris manus tuendæ totî regiæ.
o Indignatur, instar Leonis caueæ inclusi, clathros mordicùs prehendentis—
p —furitúque non secus atque AEtna. l. 3. v. 99. si quis foramina illius obstruere laboret.
q Vulcanus. *Apostrophe.*

r Cæsar, qui nuper in Pharsalicis campis nimium ausus est, nimium speranit; iam trepidauit. *Amplificatio.* s Thraciæ quidem montis; sed nostro semper ferè Thessaliæ. t Iniquâ nec felicem exitum promittente. u Scelesta Achillæ satellitis regij arma. x *Altera exageratio.* y Scythiæ Europeæ pop. z Non Mauri inhospitales, qui per lusum & exercendi gratiã hospites pro scopo positos sagittis configunt.

[a] *Hic,*

[a] *Hic, cui Romani ſpatium non ſufficit orbis,*
Paruáque regna putat Tyrijs cum Gadibus Indos,
Ceu puer imbellis, ceu captus femina muris,
Quærit [b] *tuta domus: ſpem vitæ in limine clauſo*
Ponit, & incerto luſtrat vagus atria curſu:
[c] *Non ſine rege tamen; quẽ ducit in* [d] *omnia ſecum,*
Sumpturus [e] *pœnas & grata piacula morti;*
Miſſuruſque tuum, ſi non ſint tela, nec ignes,
In [f] *famulos Ptolemæe caput.* [g] *ſic barbara Colchis*
Creditur vltorem metuens regnique, fugæq́,
Enſe ſuo, fratríſque ſimul ceruice parata
Expectaſſe patrem. [h] *cogunt tamen vltima rerum*
Spem pacis tentare ducem: [h] *miſſuſque ſatelles*
Regius, vt ſæuos abſentis voce [i] *tyranni*
Corriperet famulos, quo bellum auctore mouerent.
Sed neque [k] *ius mundi valuit, neq; fœdera ſancta*
Gentibus: orator regis, pacíſque [l] *ſequeſter,*
[m] *AEſtimat in numero ſcelerum ponenda tuorum*
Tot [n] *monſtris AEgypte nocens.* [o] *non Theſſala tellus,*
[p] *Vaſtáque regna Iubæ, non Pontus, &* [q] *impia ſigna*
Pharnacis, & [r] *gelido cirumfluus orbis Ibêro*
Tantũ auſus ſcelerum; non Syrtis barbara quantũ
[f] *Deliciæ fecêre tuæ. premit vndique bellum,*
[u] *Inq́, domum iam tela cadunt, quaſſantq́, penates.*
Non [a] *aries vno moturus limina pulſu,*
Fracturúſque domum; non vlla eſt machina belli:

a Hic cui non ſufficit Romanum imperium ab Indis vſque in Oriente ad Gades in Occidente, inſulam in qua colonia Tyriorum, *omnes terræ quæ ſunt à Gadibus vſque Ad Gangem.*

b Pars erat regiæ exigua, in quam ipſe habitandi cauſa initio erat inductus, &c. Cæſ com. ciu. bel. 3.

c Regem vt in ſua poteſtate haberet, Cæſar effecit, magnamque regium nomen apud ſuos auctoritatem habere exiſtimant, &c. ibid.

d Loca omnia. *vel* euentum omnem.

e A rege.

f Achillam & alios.

g Non ſecus ac Medea inſequentem patrem aurei velleris proditi vindicem morata eſt, fratrem Abſyrtum diſcerpendo diſpergendoque. vide quæ nos ad Sen. Med. v. 44.

h Miſſi á rege ad Achillam Serapion & Dioſcorides, (inquit Cæſ. com. 3. ciu. belli) quos illé, prius quam audiret, aut, cuius rei cauſã miſſi eſſent, cognoſceret, corripi ac interfici iuſſit, &c.

i Regis Ptolemæi.

k Ius gentium, quo ſacrofancti ſunt legati.

l Mediator, legatus.

m AEſtimationem eorum ſpecimen dat ſcelerum AEgypti. Grotius legendũ coniicit *Res minima in numero.*

n Sceleribus.

o *Amplificatio.* Non bellum Theſſalicum, quo cum Pompeio confixit: non Africum, quo Scipionem & Iubam Mauritaniæ regem deuicit: non Ponticum, quo Pharnacem Mithradatis F. occaſione ciuilis belli captã, patrium regnum in poteſtatem ſuam redigere conatum vidit, vicit, Ponto expulit: non Hiſpanica bella, quorum altero Petreium & Afranium Pompeij ducem; altero Cn. & Sext. filios Pompeij deuicit. Non hæc omnia tantum afflixere Cæſarem, quantum delicati iſti famuli atque Eunuchi AEgyptij.

p Ad v. 670. l. 4.

q Propter defectionem à patre, l. 1. v. 320. & l. 7. v. 637. necnon conatum Bithyniam, Cappadociam, & Armeniam inuadendi, principeſque ad defectionem pertrahendi.

r Hiſpania, *quam ſuperat ambit Iberus.* l. 7. v. 15.

f Ne virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes. Florus l. 4. c. 2.

t Tuæ ô AEgypte.

u Primo impetu domum eius irrumpere conatus eſt, &c. Cæſ. com. ciu. bel. 3.

a Ad v. 390. l. 3.

Nec

[b] *Nec flammis mandatur opus: sed* [c] *cæca iuuentus*
Consilij, vastos ambit diuisa penates,
Et nusquam totis incursat viribus agmen.
[d] Fata vetant, muriq; vicem fortuna tuetur.
[e] Necnon & ratibus tentatur regia, quà se
Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxuriosa domus. sed adest defensor vbique
Cæsar, & hos aditus gladijs, hos ignibus arcet:
Obsessusq; gerit (tanta est constantia mentis)
Expugnantis opus, [g] piceo iubet vnguine tinctas
Lampadas immitti [h] iunctis in bella carinis.
Nec piger ignis erat per [i] stuppea vincula, pérque
Manantes cerâ tabulas: & tempore eodem
Transtráque nautarum summiq; arsere [k] ceruchi.
Iam propè semustæ merguntur in æquore classes,
Iámque hostes, & tela natant. [l] nec puppibus ignis
Incubuit solis: sed quæ vicina fuêre
Tecta mari longis rapuêre vaporibus ignem:
Et cladem fouêre Noti, percussáque flamma
Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,
[m] Quàm solet ætherio lampas decurrere sulco,
[n] Materiáque carens, atque ardens aëre solo.
Illa [o] lues clausa paulum [p] reuocauit ab aula
Vrbis in auxilium populos. [q] nec tempora cladis
Perdidit in somnos, sed cæca nocte [r] carinis
Insiluit Cæsar, semper feliciter vsus
Præcipiti cursu bellorum, & tempore rapto. (dam
Tunc [s] claustrum pelagi cepit Pharon: [t] insula quon-

b Nec incendium parant.
c Expers consilij.
d Cæsaris Fortuna hostibus audendi consilium, illisque præstitit inclementiam.
e Eodem tempore pugnatum est ad portum (inquit Cæsar com. 3.) dum naues longas occupant hostes conarentur; quarum erant auxilio L. missæ ad Pompeium, quæ proelio in Thessalia facto domum redierant, præter XXII. confractas, quæ præsidij causâ Alexandriæ esse consueuerant. quas si occupassent, classe Cæsaris erepti, portum ac mare totum in sua potestate haberent, commeatu auxilioque Cæsarem prohiberent, &c.
f Regiæ enim pars, in quam Cæsar habitandi causâ initio erat inductus, habebat aditum ad portum & ad reliqua naualia. Cæs. com. 3.
g Phalaricas ad v. 681. 13.
h Nauibus quæ perfidij causâ Alexandriæ esse consueuerant, modò ad v. 486.

i Funes nauticos & tabulas pice vnctas, vt l. 3. v. 683. k Cornua antennarum. l. 8. v. 177.
l Dum Cæsar custus suæ saluti consulere classem incendio amoliretur, longius à nauali grassatus ignis celeberrimam Ptolemæi Philadelphi bibliothecam absumpsit. Plutarch.
m Ad v. 532. l. 1. *de cælo lapsa per umbras Stella facem ducens multâ cum luce cucurrit.* mox. *tum longo limite sulcus Dat lucem, &c.* Virg. Æn. 2. n Pabulo, ignis alimento. o Incendium. ita Virg. Æn. 5. *lentúsque carinas Æstus vapor, & tacto descendit corpore pestis.* p Reuocauit multitudinem à regiæ obsidione ad incendium restinguendum. q Neque interdiù tempus ita impendit somno, vt sibi deesset. r Consestim ad Pharon nauibus milites exposuit. s Hæc enim insula (ait Cæsar com. 3.) obiecta Alexandriæ portum efficit, &c. supra v. 513. & supra v. 57. t Pharos Alexandriæ nunc ponte coniungitur, olim, vt Hemericus canonine proditum est, ab ijsdem oris cursu diei totius abducta, &c. Ptolem. l. 4. c. 7.

In medio fletit illa mari, sub tempore vatis
Proteos: [x] *at nunc est Pelleis proxima nauis.*
[y] *Illa duci geminos bellorum præstitit vsus:*
Abstulit excursus & fauces equoris hosti;
Cæsaris auxilijs aditus & libera ponti
Ostia permisit. [z] *Nec pœnas inde Pothini*
Distulit vlteriùs: sed non quas debuit iras,
Non cruce, non flammis, rabido non dente ferarum:
Heu facinus, ceruix gladio malè cæsa pependit:
[a] *Magni morte perit.* [b] *Necnon subrepta paratis*
A famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes
Cæsaris [c] *Arsinoë: quæ castra carentia rege*
Vt proles Lagea tenet, famulúmque Tyranni
Terribilem iusto transegit [d] *Achillea ferro.*
[e] *Altera, Magne, tuis iam victima mittitur vmbris.*
Nec satis hoc Fortuna putat. procul abstt, vt ista
Vindictæ sit summa tuæ: non ipse tyrannus
Sufficit in pœnas, non omnis regia Lagi.
[f] *Dum patrij veniant in viscera Cæsaris enses,*
Magnus inultus erit. Sed non [g] *auctore furoris*
Sublato cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspicijs Ganymedis eunt: ac multa secundo
Prælia Marte gerunt: [h] *potuit discrimine summo*
Cæsaris vna dies infamem, & secula mitti.
[i] *Molis in exiguæ spatio stipantibus armis,*
[k] *Dum parat in vacuas Martem transferre carinas*

u Qui rex Aegypti fuit tempore belli Troiani. Diod. Sic. & Herodot. l. 2.
x A superioribus regibus in longitudinem pass. nongentorum in mare iactis molibus, angustè inire, & ponte cum oppido iungitur. Cæs. com. 3. ciu. bel.
y Neque enim per pontem in Pharon excurrere, neque è portu soluere in mare poterant hostes. Iis autem (inquit Cæs. com. 3.) inuitis, à quibus Pharos tenetur, non posse esse, propter angustias, nauibus introitus in portum.
z Hæc dum apud hostes geruntur, Pothinus nutricius Pueri, & procurator regni, cum ad Achillam nuncios mitteret hortaretúrque ne negotio desisteret, neue animo deficeret, indicatis deprehensisque internunciis, à Cæsare est interfectus. Cæsar com. ciu. bel. 3.
a Gladio & eo mortis genere quo Pompeius l. 8. v. 671.
b Interim Arsinoë filia minor Ptolemæi regis, vacuam possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regia traiecit, vnaque bellum administrare cœpit. sed ortâ celeriter inter eos de principatu controuersiâ, cum alter alteri insidiaretur, & summam imperij ipse obtinere vellet; præoccupat Arsinoë per Ganymedem eunuchum, nutricium suum, atque Achillam interficit. Cæs. com. ciu. bel. 3. & Hirtius 4.
c Filia Ptolemæi minor, Arsinoë.
d Accusatiu. Græcus ab Ἀχιλλεύς. vel ab Achilla nom. lõn. in prima Declin. vt Xerxes Herodot. l. 7.
e Ptolemæus, qui paulò post ad suos ex ipsus, è prælio fugiens receptusque in nauigium, eo deuerso multitudine adnatantium, periit. Hirt com 4. de bel. Alex. *Regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aurea lorica hostis.* Florus l. 4. c. 2. & Paterc. l.
f Deinde ipse Cæsar à patribus Rom. in curia cædat Pompeij manibus victima.
g Achillâ cæso, Arsinoë sine vllo socio & custode omne imperium obtinebat, exercitus Ganymedi traditur. Hirt 4. com.
h Vel vnum illud Cæsaris summo cum discrimine factum meremur in omne æuum propagari.
i In aggere. *Plutarch.* Circa oppugnationem pontis. Sueton. Cæs. c. 64.
k —dum milites nauibus impositos traijcere in Pharon & propugnare pararet, eruptione hostium subitâ compulsus in scapham, à multis Aegyptiorũ nauibus petitus, in mare se con-